

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

1,-444.
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 01890 7
+REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

N° 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

SPECIMEN
ANTIQVITATUM
BIBLICARUM,

QVO

LIBRIS TRIBVS

VARIA INSTITVTA, MORES ET RITVS, FORMæ Civitatum & Rerumpublicarum, inter Palæſtinos, Ægyptios, Syros, Romanos alioſq; populos, è Sacris literis exhibentur,

AUTORE

JOHAN. CUNRADO DIETERICHIO,
in Academiâ Heſſorum Profeſſore.

Marpurgi Cattorum,
Typis exſcripſit CASPARUS CHEMLINUS.

M. DC. XLII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

B.R.H.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

VIRO
MAGNIFICO, ILLUSTRI,
STRENUO,
DN. DETLEFO REBENTLAW
Hæreditario in Ziſendorff & Reez,
SERENISS. REGIS DANIÆ CANCELLARIO,
Patrono meo benigno.

ERUDITIO ſecularis, Illuſtris DOMINE, quam Philologiæ nomine paſsim commendamus, in liberale SS. Theologiæ famulitium, cui plurimum inſervit, cauſâ utilitatis aſſumta cum tribus maximè hominum generibus experiri neceſſum habet. Primi ſunt ſupercilioſi illi &

 auſte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

auſteri Polymathiæ contemtores, qui cùm vix ultra prima literarũ elementa ipſi progreſsi ſint, omne illud quod ſeculari literaturæ impenditur ſtudium tanquam periculoſum & inane eludũt. Planè ut olim deſes illa & voluptaria Epicuræorum turba non niſi lixas & calones, hoc eſt, abjectiſsimas quasque animas Philoſophiæ initiavit, affirmare auſa liberales artes ad ſapientiam ne quicquam conferre. argumentum communis erroris fuiſſe credo, ut gulæ ſuæ ventrisq; cupiditatibus, ad quas in iſto contubernio certatim præparabantur Sectatorum animi, ipſa tantò indulgentius vacare poſſet. Quanquam, quod pejus eſt, eâdem ſcabie adhuc hodie infecta ſit ſerioris ætatis noſtræ factio vaga Paracelſiſtarum, heri aut nudiustertius ſpecioſo habitu triplicis cujusdam ſcientiæ in theatrum novi orbis Enthuſiaſtici introducta. Quorum quidem ſtuporem non niſi magnanimo contemtu Philologia vindicandum exiſtimat: ut quos non ad docendum ſed ad arguendum ſeculum noſtrum videatur inveniſſe. Proximi his ſunt, qui, dum Grajæ Latiæq; literaturæ autores non contemnunt quidem omnino, leviori tamen, quàm parerat, brachio tractant, ſeria ſtudia, ubi

bi ad ea ventum fuit, immane quantum infamârunt, adeoq; corruptæ omnis literaturæ auctores extiterunt, ut priſcorum hâc in parte, & paucorum retro ſeculorum, in eruenda vel verborum origine vel rerum naturâ ridere liceat ſimplicitatem. Exemplo ſint, ut noſtram teſtemur hiſtoriam ſacram, librarii imperiti, qui, qvum ſenſum verborum de Caſtore & Polluce, geminis Tyndaridis, in Apoſtolorum hiſtoriâ non aſſequerentur, mirum in modum *Caſtorum* in *Caſtrorum* commutantes ridiculos & frivolos excogitârunt lectionis iſtius ſenſus. Alii vocabulo *Pellium*, quo pro caſtrenſibus tentoriis è pellium materiâ confectis utuntur Hiſtorici, decepti neſcio quam cutem humanam Bartholomæi interpretabantur. Non minor fuit oſcitantia Theologi illius Hiſpani, qui Candacem Æthiopiſſam in Reginam de Candacia convertit, non fœminæ ſed provinciæ Candaces vocabulum ratus Succedunt alii demum, quorum æquè ſpatioſè præpoſterum acumen atq; illorum hebetudo diffunditur; qui dum majeſtatem Philologiæ ubiq; præ ſe ferunt, miris cogitationib⁹ relicti nimis diſtendunt miſeram, varieq; lancinant & indignis modis diſcindunt. Horum induſtriam uti laudamus, ubi modum ſervat, ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ubi immoderata fuit, ſeriò caſtigandam cenſemus. Sæpe enim diffluit ſerpitq; juſto longius ingeniorum quorundam libido atq; intemperies, quam neceſſe ſit coercere, tanquam vitem erraticam falce, ne profanitate temerarii ſcrutinii divinum altare coinquinet. Fit enim, ut qui palatū ac lingvam multo abſynthio habēt infectam, iis quidquid deinde guſtarint, ſapiat abſynthium; ita qui divinas literas rariſſimè legunt, iis non ſapiant id quod ſunt, ſed quod illi ſecum adferunt. atq; ita, dum illi oculos nimiâ profanorum ſcriptorum lectione paſcunt, perſtricta inde & caliganti acie ad ſacra converſi cæcutiant planè, & inſtar Theopompi illius in medio divinæ doctrinæ oceano naufragium faciant. Non exiſtimo neceſſarium eſſe diſputare exemplis velle, quæ obvia commodiori loco erunt. His autem vicibus quælibet ætas tulit vel malignos contemtores, vel deſidioſos Doctores, vel deniq; faſtuoſos judices. Hieronymus Rufinum, Cyprianus dictioſos Coprianos, alii alios, ſibi adverſos habuêre. Quod, quàm iniquè factum, paucis in examen vocavi, ut ſimul Philologiæ profanæ, quam vocant, honorem, (cujus *uſu* ut nil locupletius, ita *abuſu* & *neglectu* nil pernitioſius, quoquo nos vertamus,) tuerer, eâ ſpe ſimul innixus aliis accura-

curatius dexteriusq́; ſcrutandi fore occaſionem. Hunc ergo mediocris ingenii fœtum GEN. T^æ omnino deberi ſcio, eò magis, quo illuſtriora affectûs Tui in me extiterunt indicia, tum maximè, cum me hominem antea ignotum, non ſine honore Glückſtadii & Hatterſlebiæ domeſtico convictu Tuo aliquandiu honeſtares, nullo vel virtutis vel doctrinæ meæ merito. Quæ inſignis Humanitas Tua, quoties animo meo obverſatur, pene fit ut erubeſcam, & ſuſtinere eam me poſſe debito animi cultu pene deſperem. Equidem felicem me exiſtimo, qui in tam turbulentis patriæ noſtræ turbis, ubi propter armorũ fragrores parum aut nihil literis otii relinquitur, incolumis hactenus ſervatus ſim. Feliciorem tamen, quod poſtquam inter ictus & vulnera anhelantem Germaniam reliqui, auſpicato itinere nec ſine ſummo divini Numinis favore in Danicum hunc orbem delatus, gratiam invenerim apud maximum terrarum Regem, qui in fatali hac & deploranda omnium pene regnorũ panoletria, inuſitato prudentiæ & fœlicitatis exemplo pacem hactenus regno ſuo præſtitit: eo etiam nomine felicior, quod Filium Sceptrorum ſuorum aliquando Succeſſorem videat, uti nomine ita ſummis virtutibus tanto Patri ſimilem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

hoc eſt, Principem ſine exemplo maximũ. Qui uterq;, quam prolixâ me Clementiâ proſecuti ſint, vel Academia hæc Hafnienſis, alma omnis eruditæ doctrinæ nutrix, teſtari poteſt. Quantò verò inſperatior & omni ſpe major accidit Clementia apud Talem ac tantum Chriſtiani orbis Regẽ; eò majori ſubjectione ac fidelitate me obſtrictum ſentio. Agnoſco utiq; Eam humilimo obſequio, agoq; grates immortali memoriâ ampliſsimas, adeoq; id agam in omni vita mea, ne pro tantâ unquam Clementia ingratitudinis argui jure poſsim. Hujus autem felicitatis meæ cum præter Generoſitatem Tuam nullum aliũ Muſæ noſtræ colant Pararium, meritò redeunt exhibituræ Patronorum optimo in obſervantiæ ſubmiſſæ obſignaculum memoriſq; maximorũ beneficiorum animi teſtimonium præſens paucarum pagellarum ſcriptum; exiguum quidem, fateor, ac prope nullum; cui tamen multum lucis mirandæ Virtutis tuæ literatæ Splendor, ſi acceſſerit, fœnerabitur. Facies hoc, VIR MAGNIFICE, tantò libentiùs, quantò magis in concinnandis his adjutũ me illis libris profiteor, quos ipſe largâ manu ſupppeditaſti. Dignare igitur Tuo aſpectu opuſculum hoc, cultûs mei & grati animi nomine potius, quàm ſuo pretio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

& ſimul memetipſum inter tot Clientes tuos in-
fimum favore ſolito porro complectere. DE-
US OPT.MAX. concedat hoc meis & piorum
omnium precibus ac votis, ut afflictiſsimæ Ger-
maniæ, quæ inter flammas ſuas & incendia in-
terq; priſtinæ fœlicitatis rudera Tuâ atq; Tui ſi-
milium ope inſpem priſtini floris ſui erigitur,
ſoſpes ac ſalvus in iſtâ Dignitate tua diu conſer-
veris, & ſpiritu ſapientiæ atq; conſilii ad ſalutare
Reipubl. & Eccleſiæ incrementum magis ma-
giſq; illuſtreris. Ita ſpero & voveo. HAF-
NIÆ a. d. III. Octob. ANNO
cIↃ IↃ C XXXIIX.

Generoſiſs: Nobilit. &

Magnif: Tua

devotiſsimus

JOH. CUNRADUS DIETERICUS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

PIO ET
CANDIDO LECTORI
SALUTEM.

SIſto oculis tuis, *Benevole LECTOR*, ex Antiquitatis literatæ Viridario præſentem DIATRIBEM, infra mediocritatem ἀπορεάδην conſcriptam, ut ſobrio mentis judicio *Uſum & Abuſum literarum ſecularium & Antiquitatis* expendas, maximè in Reginâ Diſciplinarum Theologiâ. Dixi in propylæo *Philologiam* Viridarium, quæ, ſi omnibus eam partibus intueor, bono literarũ nata rivulos *per omnes diſciplinarũ campos* tam lato diffundit uſu, ut inaniter oportet dicant, qui hîc prævaricantur. Quicquid uſpiam idiotiſmorum extat & rituum, illa pretio ſuo & legitimo cenſu æſtimat, ut, quiſquis ejus neglexerit præſidia, altiori literaturæ fruſtra addixiſſe operam non fruſtra dicatur. Quid ſanctæ memoriæ Viri *Lutherus*, *Chemnitius*, *Melanchton* hîc optârint, ſuo loco vidi, cum quibus & loquor, & libenter ſentio. Quorum judicio *Theologi* erunt, qui Hebraiſmi & Helleniſmi exactam & reconditam ſcientiam, adeoq; totum hoc, quicquid humanioris literaturæ nomine cenſetur, callent. Quicquid hujus ſtudii eſt, Philologicæ dicitur eſſe contemplationis τῶν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ ἑκάστῃ συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν*. Eſtq; eadem ſententia *Epiphanii* ad ſacrarum literarum Studioſos, cum interpretationi vocis ממלכך ex LXX. Interpp. ſenſu* προσφώνημα ſubjicit: Εὔροις αὖ, ὦ ΦΙΛΟΛΟΓΕ, καὶ τοῦτο εἰς ἑαυτοῦ ὠφέλειαν πρὸς φιλομάθειαν καὶ σαφήνειαν εἰς εὐσεβῆ σύστασιν καὶ φράσιν τῶν ἐν θείᾳ γραφῇ κειμένων*. Adeo ut verè dictum Tertulliano*: *literaturam inſtrumentum eſſe ad omnem vitam*; cujus uſus in omnes ſcientias latiſſimè diffuſus o-

* *Baſil. Proœm. de Spir. S.*
* *Eſa. 18. v. 2.*
* *adv. Baſilidianos.*
* *lib. de idolol.*

peram ſuam paſſim conferat, non ut dominetur leges latura earum objectis quæ uti non conſtituit & determinat, ita nec probat & defendit. Quælibet diſciplina ὑποκείμενον γένος, αἴτια καὶ παθήματα οἰκεῖα tractat.*. Metaphyſici eſt, de primis rerum principiis diſputare, in univerſali omnia cognoſcere, ſcientias dirigere. Logici eſt, mentis diſcurſum informare, ut verum à falſo diſcernere queat; notiones ſecundas, ut vocant, efformando, quibus Philoſophus in inquiſitione veritatis utatur. Phyſici, arcana naturæ earumq; cauſas ſcrutari. Nobilis miniſtra *Philologia* inſervit ſtudio lingvarum, ut veritatem in verbis deliteſcentem rebus omnibus & diſciplinis q. in pabulum præbeat. Commendent JCti Labeones ſuos. *Medici* Hippocratem & Galenum ſuſpiciant; *Philoſophi* Ariſtotelem & Platonem, ſolicitè in vocum διασκέψει rerum veritatem inquirentes. Nobis omnia Moses, πρῶτος τῶν Ἰουδαίων γραμματοδιδάσκαλος*. Eloquiorum divinorum majeſtatem θεοπαραδότων ſanctiſſimis nominibus, variis & multiplicibus verbis & phraſibus, commendat piis verbi Myſtis; quorũ pretia, ne decipiantur, in timore Domini cõſiderant; indeq; *Philologia ſacra* originem ſumit; non ut dominium affectet, ſed ut in famulitio ſit Cleri. Sicut nihil magis mercatorem decet, quàm ut æſtimationem mercium & pretia nummorum, ne decipiatur, intelligat; Ita vocum ac lingvarum ἰσοδυναμίας noſſe, ne diverſas notiones miſceat, aut alteram pro altera ſupponat, proprium Interpretis eſt. Mutuum autem eſt iter inter verba & res*; fontes quoq; & fundamenta rerum in iis eruditè monſtrantur, nec ſine iis evolvi poſſunt, eorumq; enarratio in explicatione ſingulorum Locorum utilitatem præſtat eximiam, ut nequeamus eſſe *cuſtodes doctrinæ divinitus repurgatæ*, niſi *Grammaticam* didicerimus & amaverimus; judicio magni illius Chemnitii*. *Omnis, quæ à rectâ ratione ſuſcipitur de re aliqua tractatio, debet à definitione* (nominis) *proficiſci, ut intelligatur, quid ſit, de quo diſputatur*; ait ipſe eloquentiæ Parens Cicero lib. III. officiorum. Itaq; haud abs re faciunt, qui in Diſciplinis πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώ-

των

* *Ariſt. 1. Poſt. Anal. 8.*

Wouw. Polym. p. 178. ſeq. 21. 159. 180. 58. ſeq.

* *Clem. Alex. 1. Strom.*

Heinſius in Ariſt. pag. 219.

* *Strigel. in Coll. Vinar. p. 57.*

* *part. 2. L. C. pag. 246. & in H. E.*

τῶν ἀγξάμ(?)οι justo obſervato ordine (ſine quo procedens equo habenas in caudâ ponit*. & lumē poſt laternam ſtatuit*) verborum vim atq; ſignificationes indagant prius, quàm ad ipſum rei nucleum tranſitum faciant; *rei enim intelligentia non tantùm ex ſerie & continuatione argumentorum, ſed etiam ex verborum naturâ petenda eſt**; id quod in SS. Theologiâ quàm fructuoſum ſit, multis comprobant *Filii DEI epitheta* & *appellationes magnificæ*, ut diſcamus Chriſtum præ Moſe & Angelis magni facere, magna ab eo ſperare, magna pro ipſo pati & facere, ut alicubi Chryſoſtomus loquitur. Nec minus illa *Peccati* apud Ebræos & Græcos varia & multiplicia nomina magnitudinem mali exprimunt; *ut vel ipſa appellationum frequentia naturam noſtram de extremâ corruptione ſeu depravatione accuſet*; ſicut eleganter D. Mentzerus obſervat. Quare ſic edocti multis exemplis aliis, quæ in ipſis vocabulis q. fundantur*, magni æſtimemus Philologiam ſacram. *JCtos*, *Medicos*, *Philoſophos*, duce Philologiâ infinitos ſenſus expediviſſe, in *Wouwerio* paſſim obvium, quem compilent alii. Nec n. in alienâ Republicâ curioſum eſſe decet abſq; Senatûs juſſu. Hâc eam parte, qua ſe infinitate commendat, contemplati *Oceano* & *Campo* comparamus, quæ *margaritarum primitias* & *pabuli q. libamenta* ſcientiis præbeat. Juxta ea ſimilia ſimile prenſare nomen quid vetat? Ut illa *claudicant* Logicorum verbo, ita & in pari materiâ ſæpe verba, in quæ neminem cogimus jurare. Nominis tralati, ſi non tralatitii, quia auctores habeo, invidiam deprecor; quo video, ne prorſus inane videatur aut periculoſum, etiam Veteres delectatos, ad eandem faciem titulos librorum oſtendiſſe. nam eo ſenſu libros variæ & elegantis eruditionis *Prati* & ſimiliū inſcriptione ſeculo relictos *A. Gellio** credimus. Nec diſpari ſenſu *Grammatica*, quæ & ipſa Philologiæ ſubſellia occupat, quondam dici meruit *Nutrix ſcientiarum*, quam q. nutricem, ut animum paſcat, artes liberales præ foribus collocâſſe Evodius ep. ad Agnellam ſcribit, etiam teſtimonio Tullii, cujus verba ſcio in ſequiorem ſenſum neminem accepturum. *Si qua igitur titulis fides, horum cultu dignitas Philologiæ effloreſcit, quam nemo deſerit, niſi*

*Part. litig. l. 1. cap. 15. n. 4.
*Scal. Ex. 324.
*Trem. præfat. Bibl.
Exeg
*Chemn. Pecc. pag. 21.
*

 qui

qui arcti & compreſſi animi per naturæ iram, quod Græci di-
cap.16.p.121. *cunt*, τοῖς χάρισιν οὐκ ἔθυσε; quod ait oculatiſſimus Philologiæ vindex *Joh. Wouwerius*, argumentum Polymathias in omnes diſciplinas latiſſimum fidâ curâ executus erudito libro, qui digna legi, ut appareat, quàm idoneè cum ipſâ re conſentiat metaphora. Omne etiam hîc merentur punctum *Scaligeri* & *Caſauboni*, *Voſſii* & *Camerarii*, *Glaßii* & *Heinſii*, & ſi qui alii literarum divinarum & humanarũ Magiſtri, quorum veſtigia è longinquo vel cum ſuperſtitione adoro. Quid n. inquis? *Quis novus hic noſtris ſucceßit ſedibus hoſpes?* Philologũ te eſſe dicis? Minimè, inquã. Non neſcius, qui tituli eruditionis debeantur ei nomini. Scrutari profundum ἁπάσης ἀρχαιολογίας oceanum proprium Philo-
v.p.116.117. logi munus eſt. Φιλόλογον *appellant*, quicquid variæ & elegantis ac feſtivæ eruditionis.* Philologi πολυΐστορες appellati. Quod ſi mihi ſumerem, næ arrogantis eſſet. Liceat a. inter olores cano-
Symm.1,Ep.1 ros anſerem ſtrepere*. Stricturas quaſdam, quantum in me fuit, ſequor, rituum verborumq; proprietates & naturam eruo, eorumq; in diverſis gentibus q; affinitatem & connubium adinvicem conſidero. Quo ſucceſſu, judicent, qui variâ exculti doctrinâ utramq; in utrâq; literaturâ fecerunt paginam. Rituum Antiquitatis profanæ ſaltem duco lineamenta, & quidem qua ſunt in ſacris ſerie; ἀπάξη cum Deo daturus integrum σύστημα *Antiquitatum Biblicarum*, ſuis jam Claſſibus diſtinctè diſpoſitum & cõfectum, ſi ἀποσπασμάτιον hoc quale-quale non diſplicuerit. Hoc progymnaſmate ad adyta præparare debui aditum, argumentum ſtudio meo, cui auctoratus ſum, non indignum ratus, quod πρὸς ὕμνον τοῦ θεοῦ utile ſperarem futurum. Eſt n. [illegible] Codex verè πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων, quo titulo [illegible] ſtit liber Callimachi. Nil non ſubit Veterum rerum Philoſophicarum, quarum materiem ſuis titulis ſtrictim eruit *Alſtedius*, ſarcinator probus, libro peculiari, cui nomen *Triumphi Biblici* inſcripſit. Recenſet quoq; πολλὰ τῶν ἔξωθεν παρὰ πολλοῖς ἔθιμα καὶ νόμιμα; quæ non uniformia *locorum ſeculorumq; varietas* patitur; Etiam absq; gentilium fluctuantium animis fuiſſet. Omni tempore videmus fuiſſe Diabolum quidem eundem à primâ defectione in

nequitia & fraudibus, varium tamen in diverſitate cultuum &
ceremoniarum; quâ hoc egit, ut vel depravaret ſacros ritus Judę-
orū nequiter; adeo ſæpe dilaniatos, ut vix elementum elemento
hęſerit, cum à Judæis ad Ægyptios, ab his ad Græcos & Latinos
& inde ad alios ſeceſſerunt. Hinc ſimul efficitur, *Autores*, quos
produximus è diverſis ſeculorum ſpatiis, mirè variaſſe in deſcri-
bendo Numinum monſtroſorū cultu; adeo confuſo ſæpe & dis-
rupto, ut, niſi quis Oedipus, vix inter tantas diſcrepantium ſcri-
ptorum ſententias poſſit internoſcere τὴν πᾶσαν θεοποιΐαν ἀνά-
ειθμον. nam, ut error eſt variabilis, ita & Deorum cult9, in quo
Satan variis luſit formis, ut unius Numinis notitiam, quam ani-
mis ſapientum eripere nequivit, in vulgo obſcuraret, quem vari-
is de Diis eorumq; cultu fœdo delirationib9, tanquā procellis a-
gitatum, miris modis exercuit: Sui etiam fuêre per traducem An- * quæſt. 114. in V. & N.T.
tiquitatis, ut cum Aug. loqnar*, laudabiles *in communi vitâ mo-
res* Ebræis Græcis & Latinis *communes*, quorum dedimus mani-
pulum, prout & alia id genus. De *miſcellâ Autorum recentiorum*
hoc juxta mecum ſcis, ut aliū alio eruditione ſic & judicio præ-
ſtare. Tuum ſit judicare eorum frugem bonā, laudatos ab illau-
datis diſcernere, & inſtar apum, quod in iis optimum, ſeligere.
Satius duxi profiteri quemq; quàm ullum fraudare laude debitâ,
quam merentur, qui εἰς πάντα τὰ μαθήματα facem prætulerunt.
Ne fœcundus inventor, multorum exemplo, videri adfectarem,
aut ingratus poſtularer pro datis, dedi omnes, quos in Schedis
reperi. Non n. eſt dignus dandis, qui non eſt gratus pro datis,
ut dicitur vulgatè. Ut nomen meum non quæro, ita nullius no-
mini obſtruo. Si quæ mea ſunt, pauca erunt & exigua. Apoſtatas,
quibus una religio & nulla religio pari paſſu ambulant, nec non
Fidei noſtræ hoſtes acerbiſſimos δικαίῳ ψόγῳ tactos ſpem prę-
ſumo. Ἀντιμετρέυθρον præceptū illius Lutheromaſtygis ſic uſur- I. Bonif. lib. 1. de ſap. fr. p. 72.
po mutatis perſonis. *In libris Chriſtianus generatim reprehendet
atq; inſectabitur vitia. Niſi* Bemb9, Ignatius Lojola *& alia hujus-
modi peſtes vituperentur, aut forte* Scioppius & ſimiles Gnatho-
nes & Philoxeni *ſanctiſſima quæq; rodentes & carpentes.* Sæpe

hæc duo in iis Fidei deſertoribus, quos Plauto & Petronio omne vitæ tempus conſecraſſe novimus, conſenſiſſe animadvèrtimus, * in Dial. Iun. & Lat. ut & *turpiter* viverent & *impudenter* ſcriberent; ὅτι ζυνίζουσι τῷ Διὶ, καὶ διὰ τοῦτο ὑβρίζουσιν ἀδεῶς, ut illa Juno Luciani*. * de Invoc. S.c. 2. q. 3. Apoſtatam ipſum *Nibuſium** in ipſos audiamus. *Solent*, ait ille, *qui nil niſi Philologi* (Scioppiani) *ſunt, ſicut ultra crepidam ſuam non ſapere. Ita Rhinocerotis aut certè Luciani naſum gerere.* Hîc προοιμιάζεσθαι neceſſum fuit, quia Archilochi iſti *Noſtrates Philologos* paſſim turpibus verbis παραδειγματίζουσι. Demum non deerunt præpoſterè curioſi formularum cantores ſyl- 1. de Orat. labarumq; aucupes, ut Ciceroni dicuntur, qui verba pro faſtu comtiora incaſſum quærent. Per nos liceat, qui λογοδαιδαλίαν quaſi venalem geſtant in omnibus compitis, fluctus maris in ſimpulo excitent, convectent tributim verba, circulentur quantum placet, verbis in oſtentationem numeroſis nobiles diſcurſus jactitent, rerum non ita ſoliciti; iis certè non abſimiles, qui calceum curant, & pedem, cui ille inſervit, negligunt; qui in pede quàm in oculo curando ſe ſtudioſiores præbent; quod ve- * Com. de Philoſophi cũ Princ. conſuet. tat Plutarchus*. Cogitare oportet non verſari nos in hymetio Oratorum, ubi exultet licet oratio, ut verborum mole auribus abblandiatur. Scaligeri judicium, quod Cl. Voſſius* Majo- * l.4. Inſt. Orat. c.1. §3. p.6. ragio nauſeanti ad vocabulum *Contrarietatis* oppoſuit, hîc repeto. *Non verſamur in foro aut in Romano comitio; ſed in communi theatro ſapientum, ſub oculis veritatis, cujus ſupellectilem atq; apparatum, non tàm nitidum quàm opulentum eſſe decet.* Si quid vero hîc eſt minus nitidum aut artificii nexu benè junctum, monitus una litura expungam, ipſius Ciceronis, quo abſolutiorem virum ætas non vidit, exemplo, qui non veretur ſententiam refigere phraſeos, *Inhibere remos*, ad Atticum Ep.21.l.13. ap. Voſſ. d.l. p. 25. ſic locutus: *Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet.* Non me magis pudebit revocare, quàm puduit *Auguſtinum* aut *Ciceronem*, Viros toto cælo notiſſimos. Me eſſe hominem memini, id eſt, eum, cujus ſit labi, errare, neſcire, decipi. eoq; melior ſpes veniæ erit, quo minus otii & libra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

librariæ ſupellectilis in vitâ noſtrâ apodemicâ ſuperfuit. Ju-
venilibus annis proclivis eſt error. Sit ſua cuiq; ἰσηγορία, mo-
dò abſit Chriſtiano homine indigna κακηγορία, quæ κακοκε-
σίαν ſecum vehit. Tria verba in bona cauſa ſufficiant: טוב
ויחיל דומם*, nam ut nunc ſeculi mores, *ſpe certâ & pruden-* *Thren. 3, 25.
ti diffidentiâ ſive potius *ſimplicitate** nil utilius; quam faxit * Matt. 10, 16.
DEUS, ut apud omnes pios, quorum judicio confido, & re-
tinere & in dies augere queam. Chriſtiani eſt Servatoris no-
ſtri præcepto λόγοις φιλανθρώποις τὰς καθ᾽ αὑτοῦ διαβολὰς ἀ-
ποτρίβεσθαι. Ἀδικεῖσθαι κρεῖττον ἢ ἀδικεῖν, Chriſtianè dixit,
qui dixit; ideo non eſt, ut Ariſtarchos Saturninos & inhuma-
nos Timones, quorum oculis ne Maronis quidem & Tullii Mu-
ſæ placuerunt, curem. Provoco potius ad Senatum Criticum,
cujus judicio, ut illo Areopagitico Athenienſium, nil ſanctius.
Quemadmodum *Pomponius Secundus*, olim Scriptor Tragœ-
diarum, ſi quid forte familiarior amicus tollendum, ipſe reti-
nendum arbitraretur, dicere ſolebat teſte Plinio: *Ad populum
provoco.* Sic & Ego æquo Cenſori ſupplico, det ſignum. Pla-
ceatne labor. *Si erravi**, *temere feci, pœnitet, ad judicium tu-
um confugio, delicti veniam peto, ut ignoſcas oro, ſi nemo im-* * Cicer. Orat.
petravit, arroganter, ſi plurimi, tu idem fer opem, qui ſpem de- pro Q. Ligario.
diſti. Adjeci coronidis loco Epiſtolam ſummi Fautoris Dn. Jo-
han. Frid. Gronovii, quâ priſtinæ dignitati Procuratorum, Pr̨-
torum & Imperatorum titulos aſſeruit. Sunt enim, qui *Pro-
conſulis, Imperatoris & Prætoris* nomina indifferenter quando-
que poni pertendant. Inde *Mitællerio* traditum ad Valerii
Maximi hiſtoriam, eandem provinciam nunc Proconſularem
nunc Prætoriam dici. & anguntur Viri docti *ad Annal. Taciti
lib. 1.* de Prætore Bithyniæ, qvum Bithynia Provincia Procon-
ſularis. Ajunt *Imperatorem Provinciæ Epheſinæ* apud Petroni-
um pro Proconſule Achaiæ capi. Sic viciſſim apud Tertullia-
num *Proconſulem* pro *Imperatore* poni. Ciceronis Epiſt. *IX.
lib. I. ad Lentulum* Inſcriptionem afferunt, quâ utrumq; con-
junxit: *P. LENTULO PROCOS. IMP.* Ita enim in libris MSS.

hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

hanc epigraphen concipi teſtatur Gebhardus *in Notis*. Super hâc controverſiâ me nuper monuit Leidæ Batavorum Vir humaniſſimus, docta inſuper ad me data Epiſtola, qua difficultatem omnem ſubmovit. Eam omnino dignam mecum alii judicârunt, quæ ad calcem legeretur, quod non indignè laturum Autorem ſpero. Tantum veni præfaturus, *Amice LECTOR*, neſcius ne eſſes noſtri inſtituti & animi. Non movebit ſpero candorem tuum, quod hîc calamo aliquid indulſerim. Interim lege & judica, cùm animo vacas remiſſo; tractantem graviora ne moleſtent. Dabam in Regiâ Danorum, quæ Hafniæ eſt, Academiâ. Ao. M.DC.XXXVIII.

E. T.

PAg.3. *fœdatas*. p.21. lin. penult. *Eccleſ.39. v.5.* p.33. lin. ult. *decent*. p.38. l.6. *v.609.* p.39. in marg. *Conſ.98.* p.49.15. *horto vicino* 24. ibid. *ſepeliebantur*. lin. ult. *Arabibus dicitur; de quâ*. p.50.22. *ſubceſ.* 53.20. *Celſiß.* 56.12. וצרות רבות 65.4. רוקם· 80.25. *vehement*. 93.27. διεράπελος 104.26. πεθερείαν. 125.10. *obtruſas*. 135.9. *Gehinnom* 136.23. *Alphabeto*. 167. רבא· 171.13. Judææ. 178. παρακληθῆναι. 180. *Bœoticis*. 184.19. *quarum*.

Alia ſi ſunt παροράματα ignoſce & corrige, quorum illud benevolentiæ erit, hoc humanitatis. Si qui etiam recto non ſtent numero auctores, erunt ἀθελήματα Schedarum, quas tanquam fidas memoriarum diſceptatrices in auxilium adhibueram. *Lamentavimus, nardus piſticus* &c. ut mea nōn ſunt, ita non corrigo. Ebræis vocibus cur puncta non addiderit Typotheta, non te celabit rogatus. B. V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

בשם יהוה

PHILOLOGIA *pabulum omnium ſcientiarum* dici ſanè qvàm verè poteſt. Ea enim eſt, qvæ ſtudia artium alit, in ortus inqvirit ac rudimenta literarum, vim verborum examinat, ſenſus ignotos luce ſuâ aperit atq; illuſtrat; ſuperioribus diſciplinis ancillatur, tenebras labentis diſciplinæ diſcutit; qvæ de autoribus omnibus humanæ divinæq; ſapientiæ præclarè meretur, qvæ rerum antiqvarum memoriam eruit. Obſonium ejusmodi dico *Philologiam*, ubi cibus eſt, *qvem perfectus comedat, & qvem parvulus ſugat*, & cujus ſucco Reſpublica literaria creſcit, augeſcit, adoleſcit. Ita ut *Seminarium qvoddam* dici qveat, qvo ſtante ſtent omnes illæ literæ, ex quibus *Literati* nomen inveniunt, qvo cadente, cadant. Qvæ n. barbaries fuerit, cum Hebraicè, Græcè, Latinè neſcirent homines (ſi homines fas eſt dicere) hìc repetere otioſum eſt & odioſum. Magna ſunt, qvæ dicimus, ut tamen illis majora dixerint, in qvorum ingeniis doctrinæ lumen elucet, qvorum permulti *Uſum Philologiæ in omni ſtudiorum genere* omnibus partibus piâ exeqvuti ſunt ſolicitudine; è quibus vivos teſtes hâc vice nominabo Clariſſimos Viros, *Jacobum Matthiæ & Johannem weitzium*, quorum, in hoc ſcribendi genere, Diſſertationes ſeorſim inſtitutæ legi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

poſſunt. ut de illis, quod præcipiamus & ad calculos vocemus, nihil ſuperſit.

Qvid PHILOLOGIA, ſive ea ſacra ſive profana ambitu ſuo complectatur, aliud, quàm *ſcientiarum mare?* Qvem Euripum huic comparabis freto? in cujus ſe demittunt abyſſum, quidam ut conchas ac margaritas legant, quidam, ut gemmas & pretioſos lapides; quos neq; Hermus neq; Pactolus neq; Indus ſuis divitiis ferunt, colligant.

——— ——— *rari nantes in gurgite vaſto.*

Dubitanter quidem, fateor, ac meticulosè in hunc me commiſi Oceanum, partim fluctuum difficultate cõmotus, partim imbecillitate virium deterritus, partim vi ventorum impeditus. Qvàm enim indignus ſim, qui in ſpatioſo eo & altiſſimo mari, quod invidiæ ſecum volvit qvandoq; procellas, urinarer, mihi ipſe probè ſum conſcius. Sumſi tamen animum neceſſitate efflagitationis magis qvàm voluntatis, eoq; magis, quò plures fuêre parati Auxiliatores, qvi ope ſuâ & favore caverũt, ne, qui in mari verſarer, fluctibus obruerer. Fieri enim non poſſe ſpem fecerunt, ut timerem, qvem navigantem inſeqverentur Patroni. Qvin potius cum Cicerone* liceret purgato ſenſu affirmare. *Ejice te de navi, præſto eſt qvi excipiat vel Delphinus, ut Arionem Methymneum, vel Pelopis illi eqvi Neptuni, qvi per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur.* In nomine itaq; DEI, qvi *à* mari usq; ad mare* dominatur, lintre Muſarum vectus, nunc huc nunc illuc rete laxavi; nec fruſtratus meâ expectatione, inter Scyllam temeritatis atq; Charybdim ſocordiæ, non qvidem nobilem margaritam, ſed *teſtam*, qvod Ebræi proverbio dicunt, *eduxi* omnium poſtremus, omnium infimus, aliorum, qvi plenis ferebantur velis, veſtigia

*2. Tuſcul.

* Pſ. 72. v. 8.

inſecutus, lentoq; gradu raſo littore ad portum confugi.
Qvi fructus operis laborisq; expectandus ſit, Muſarum Thalaſſiarchæ, qvorum commendata eſt in judicando æquitas & perſpicacia, ne me cælent, etiam atq; etiam obteſtor. Illud enim eſt, quod probo tribunal. Benigniſſimus Soſpitator DEUS, in qvo unica ſpes eſt conatuum, cœleſti ſua aurâ deducat nos * in eam regionem, qvam ipſi navi petimus. * Pſ. 107. v. 30.

In earum literarum, qvas certo reſpectu dicimus profanas, latifundium expatiari animus eſt, ut, qvas *uſu* inſignes experimur, ſimul deprehendamus *abuſu* à pravis & otioſis ingeniis inſigniter ſæpe fœdatos. In ſuperiori diſciplinâ Theologiâ, qvantus ſit uſus literarum ſecularium & Antiqvitatis, nemo neſcit, in illâ ſiquidem nos ſine prævia Scriptorum profanorum luce, & ex iis hauſtâ rerum rituumq; cognitione, in multis progredi non poſſe, in qvâdam, qvæ in publicum extat ab humili ducta principio, Exercitatione לפי עניות דעתי, ut Ebræi loqvuntur, vel centum amplius teſtimoniis ſacris monſtravimus. Sunt enim perplurima loca, in utroq; Veteris & Novi Fœderis Codice ſparſa, qvæ niſi *ex gentilium hiſtoriis, aut ex fabulis & figmentis eorundem, ex vetuſtis dicendi modis vulgaribus, ex priſcorum hominum moribus, obſoletis & antiqvatis jam diu*, explicentur nullo pacto poſſint intelligi, nullâ viâ penetrari qveant. Agebant Scriptores divini contra Paganos, eorum mores & ſuperſtitionem multifariam taxabant, Prophetias contra eos inſtituebant. qvarum complementa ex exoticis ſcriptorib⁹ colligenda reſtant, ad qvod tanti operæ pretii ſtudium cohortantur Andreas Franckenbergerus, * & Antonius * Gvevara. *In Theologo*, ait Lipſius, * *accuratum illud antiqvitatis ſtudium ſi abeſt, fortaſſe non requiram. Si adfert,*

* Tract. de dignit. hiſtor. Prophet.
* Præfat. in Habac.
* Epiſt. q̃ſit. l. 3. Ep. 19.

fert, vehementer amplectar. Nec ſolùm, quaſi ornamentum, ſed etiam, fas ſit dicere, adjumentum. Nam in Hiſtoria ſacrâ multa eſſe, quorum penitior intelligentia pendeat à moribus & literis antiqvis, nemo negabit. Eum itaq;, qvi in Reginâ Diſciplinarum Theologiâ ſtudet

optatam curſu contingere metam

Philologum eſſe oportet. nam, doctiorum opinione, qvi Philologiam ignorare ſe dicit, idem ſe plurima neſcire fatetur.

Qvemadmodum autem Literæ humaniores habent utilitates & oblectationes animi infinitas, qvibus omnes omnium ordines, earum potiundarum cupiditate accenſos, ſatiant. Fontes enim, cujus aqvæ non deficiunt, & fertiles agros poſſident, qvibus ut cum Poeta loqvar,

Æſtiva qvantum decerpunt luce capellæ
Tantum fœcundus gelida ros nocte reponit.

Sic & incommoda ſua ex culpâ perversè utentium. Multi namq; à regiâ dejecti viâ gravi temeritatis infamiâ raptantur in illos abuſuum fluctus. Qvantum enim emolumenti è Philologiâ accedit ad diſciplinas, tantum decedit, cum perversè utimur, & cum non utimur. Aſtutè & verè dixit Alphius. *Bona nomina non appellando fieri mala.* Nos in re diſſimili non minus verè. *Profanas literas ſi perversè colas, fieri malas.* VOS IN HANC REM BONI QVIRITES TESTIMONIUM PERHIBETOTE.

Iliacos inter muros ſolet peccari & extra. Invenias enim homines, qvi in ellipſi peccant, imperitos atq; eoſdem perqvàm moroſos, inexpiabile clamantes crimen, ſi qvis *Ethnicorum lectionem* adhibeat, doctrinam eorum graves ſarcinas ſupervacanei laboris continere ajentes: id qvod ævi antiqvi & noſtri qvoq; pervicacium *Catharo-*

rum

rum, *Paracelſiſtarum*, *weigelianorum aliorumq́, Fanaticorum* nonnullis viſum eſt, qvi dum vitant vitia, in contraria currunt. Ab Hieronymi ætate dicendi ſumam initiũ.

Hoſtes Hieronymi ſubornârunt Magnum qvendam Oratorem Romanum, qvi ſciſcitaretur à ſancto Viro. *Cur Eccleſiaſticis libris admiſceret literas Ethnicorum, profaniſq́, ſacra?* Huic ſanctiſſimus Vir ſatisfactur⁹ affirmabat, *in Moſis & Prophetarum ſcriptis haberi qvoq́, nonnulla de libris Ethnicorum aſſumta. Salomonem Philoſophis Tyri & multas propoſuiſſe qvæſtiones & ab illis propoſitas abſolviſſe. Paulum Apoſtolum Epimenidis, Callimachi, Menandri & Arati nonnunqvam verſiculos uſurpaſſe.* Affert S. Pater, ut eorum qvàm ſit abſurda ſententia declaret, exempla θεοπνέυστων ſcriptorum ἐν τοῖς τῶν ἔξωθεν μαθήμασιν τὴν διάνοιαν γυμνασαμένων; utpote *Moſis*, primi mundi naſcentis Hiſtorici, ἐν * πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων enutriti; qvi ſecundum Ori- * Act.c.7.v.22.
genis, Baſilii & Gregorii ſententiam diſertus cenſebatur inprimis eâ, qvâ florent homines, eloqventiâ. utpote à pueritiâ rudimentis in aulâ regiâ Pharaonis, liberaliter inſtituti, & nobilioris ingenii culturâ perpoliti. qvem * Baſil. in He-
Pharaonis filia adoptavit, regioq́; modo * *ſapientibus Æ-* xaem. princip.
gyptiorum adhibitis præceptoribus, educavit ac erudivit. nihilominus celebratur ἠγαπημένος * ὑπὸ Θεοῦ. Qvod vero * Syrac.45.v.1
Philo *in vitâ Moſis* ait, eum Græcis fuiſſe uſum Magiſtris, repugnat index temporum; cum Cadmus, qvi primus literas (unde Φοινικήϊα & Καδμήϊα γράμματα dicuntur) in Græciam intulit, aliqvot ſeculis vixerit poſt Moſen.

A Moſe ad Prophetas tranſit, qvos inter Daniel fuit inſtructus ἐν πάσῃ σοφίᾳ Χαλδαίων, בספר ולשון כשדים, *in lingvâ & literis Chaldæorum*, Daniel: cap. 1. v. 4. ubi in Comment. Hieronymus ait. *Qvi de menſâ Regis & devino potus ejus non vult comedere, ne polluatur; utiq́, ſi ſciret, ipſam*

ſapientiam atq; doctrinam Babyloniorum eſſe peccatum, nunquam acquieſceret diſcere, quod non licebat. Proculdubio autem fuêre Magica in traditis Chaldæorum. ea tamen neglexiſſe Danielem dubitavit nemo. Τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπὶ Βαβυλῶνος φασὶ τῆς σοφίας χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θείων ἅψασθαι παιδευμάτων, ait Baſilius Magnus. Prophetas excipit *S. Paulus Tarſenſis*, Gentium præco, quem in lectione prophanorum verſatiſſimum fuiſſe tum ex Strabone colligunt, qui de Tarſenſibus teſtatur, eos Philoſophiæ, aliarumq; diſciplinarum, quæ encycliæ vocantur, ſtudio Alexandriam atq; ipſas adeo Athenas ſuperaſſe. tum è ſacris manifeſtum fit; nam *Epimenidis*, Poetæ Cretenſis, verſiculo uſus eſt de Cretenſium moribus fraudulentis. In aliâ quoq; Epiſtolâ *Menandri* poſuit ſenarium de conſortio malorum vitando. *Arati*, Poetæ decantatiſſimi, hemiſtichio in Evangelii gloriam uſus eſt in concione ad Athenienſes, quos δεισιδαιμονεστέρους in Areopago de Deo Opt. Max. inſtruit, & inſcriptionem fortuitã, *ARÆ IGNOTI DEI*, torquet in argumentum fidei, ut noſter Hieronymus loquitur. Deniq; ex libro, qui inſcribebatur *Jannis* & *Mambris*, laudat hiſtoriam de illis Magis, qui reſtiterunt Moſi θαυματέργῳ in Ægypto. Quæ profecto Vir divinus non allegaret, ſi Chriſti cultoribus τῶν ἔξω ſcriptis voluiſſet interdictum. Hæc argumenta à Stridonenſi Epiſcopo allata facient, niſi vehementer fallor, ſatis ei, qui non omnino pertinax falſi patronus defenſorq; eſſe voluerit.

Orat. πρὸς νέους.

Tit. 1. v. 12.
1. Cor. 15. 33.
Act. 17. 28.

2. Tim. 3. v. 8.

Prolixius de hâc quæſtione diſputat in Epiſt. ad Magnũ Oratorem Roman. *ab infantiâ* detent⁹ inter Grammaticos & Philoſophos* Vir ille ſanctus, divinâ humanaq; ſapientiâ mirabiliter erudit⁹. Idem *in Epiſtolã ad Titum* Grammaticen & Dialecticen ad bene diſſerendum, falſaq; à veris

* Præfat. in Jobum.

diju-

dijudicandum, Chriſtianis utiles eſſe judicat, easq; ſi meliores in uſus adhibeantur, plurimùm prodeſſe. *Itaq; inquit, ſi qvando cogimur literarum ſecularium recordari, & aliqva ex iis diſcere, qvæ olim omiſimus, non noſtræ eſt voluntatis, ſed (ut ita dicam) graviſſimæ neceſſitatis, ut probemus ea, qvæ à ſanctis Prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tàm Græcorum qvàm Latinorum & aliorum gentilium literis contineri.* Triviale vero eſt, quod multi, Rufino ſimiliores quàm Hieronymo, humanarùm rerum cultoribus objiciunt, Hieronymum ab Angelo fuiſſe percuſſum admonitumq;, ne dein humanas amplecteretur literas. quod ut factum videtur affirmari *Diſtinct. XVII. Decret.* his verbis. *Legimus de Beato Hieronymo, qvod qvum libros legeret Ciceronis, ab Angelo eſt correptus, eò qvod Vir Chriſtianus Paganorum figmentis intenderet.* Quod attinet iſthæc, non diffitetur ipſe Autor fuiſſe ſomnium, noctisq; ludibrium. ſicuti ſuapte manu ad Marcellam ſcribit ſeſe à calumniis purgans * Ruffini. *objicit mihi,* ait, *mixtum perjurium ſacrilegio, qvod in libro* (ad Euſtochiã *) *qvod ad inſtituendam Chriſti Virginem loqvor, ante tribunal Judicis dormiens pollicitus ſim, nunqvam me literis ſecularibus daturum operam: & nihilominus damnatæ eruditionis meminerim. Nimirum iſte eſt Saluſtianus Calphurnius,* (quem ſæpius inculcat, nec liquet, quis ſit) *qvi nobis per Magnum Oratorem non magnam moverat qvæſtionem; cui libello brevi ſatisfecimus. Nunc qvod inſtat pro ſacrilegio atq; perjurio ſomnii reſpondendum eſt. Dixi me ſeculares literas deinceps non lecturum: de futuro ſponſio eſt, non præteritæ memoriæ abolitio &c.* Neq; unqvam ſomniis hujusmodi fidem adhibendam diſſerit, ſe enim nonnunqvam in ſomniis vidiſſe volantem, natantem maria, in ſepulchro poſitum, qvæ vera fuiſſe neqvaqvam potuerunt.

* Tom. 3. fol. 95.

* Tom. 1. fol. 67. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

runt. *Qvanti*, pergit, *in ſomniis divites, apertis oculis repente mendici ſunt? Sitientes flumina bibunt: & experrecti ſiccis faucibus æſtuant. Tu à me ſomnii exigis ſponſionem.* Somnium legas ap. eundem *in Epiſtolâ de Cuſtodiâ Virginitatis ad Euſtochiam.* ubi Cenſoris Eraſmi verba leguntur. *Hæc eſt illa fabula, qvam memoriter etiam tenent omnes iȷ, qvi ne verbum qvidem unqvam legerunt in ſcriptis Hieronymianis.* Vapulavit, *inqviunt*, Hieronymus, qvod Ciceronem legerit. *Ac mirâ qvadam religione ſic ab omnibus bonis abſtinent literis, ut nec attingant, ne forte imprudenter incidant in aliqvod verbum Ciceronis & cum Hieronymo vapulent: & tum ſibi videntur Apoſtolis proximi, ſi qvàm ſpurciſſimè loqvantur. At D. Hieronymus, cum locum hunc objicienti reſpondet*, Somnium *vocat, etiamſi hic ſomnium fuiſſe neget. Nec hoc unqvam ſenſit Hieronymus Ciceronem non eſſe legendum: ſed in hoc duntaxat, ut divina rectius intelligamus & commodius tractemus. Alioqvi qvid ſibi vult, qvod ſcribit ad Oratorem Magnum.* Non poſſum qvin his addam verba Johannis Gerſonis, Pariſienſis Academiæ qvondam Cancellarii (cujus laus & ſanctitas deprædicatur à Dauroultio *) qvæ in ejusdem ſermone de Angelis extant. *Nolo exemplum iſtud ad hoc traducatis, ut abjiciendos prorſus æſtimetis Infidelium libros; velut qvidam falsò argumentari ſatagunt. Alioqvin & ipſe poſtmodum Hieronymus & Auguſtinus & Bernhardus, &, ut altius repetam, Paulus, Cyprianus, Origenes: imo ut generalius extendam, omnes prophetantes, omnes legiſtæ, omnes artiſtæ culpabiliter erraverunt: qvod dicere, intolerabilis eſt temeritas*, & qvæ ſeqvuntur. Plura in hanc rem lege apud eundem Eraſmum ut & Marianum Victorium Reatinum, *in Deſcriptione vitæ Hieronymi*, Reinhardum Lorichium *in Scholiis ad Progymnaſmata Apthonii fol. 105. 106.*

* in Flor. exēp. c. 1, tit. 2. ex. 5.

Eadem

Eadem opinio inſedit quorũdam mentib⁹ ætate *Gregorii Nazianzeni*, externas diſciplinas, qvas exactè gẽtiles tradiderant, à Deo abducere homines; qvam in *Deſcriptione vitæ Baſilii*, qvæ ſub titulo *Monodiæ* extat, confutat magnus Eccleſiæ Doctor. Verba ejus in hunc modum Latinè vertit Raphael Volaterranus. fol. 59. b. *Exiſtimo apud omnes, qvi ſapiunt, jam eſſe in confeſſo, qvemadmodum* eruditio *ſeu* diſciplina *primum eſt omnium bonorum, non ſolùm* Chriſtiana, *qvæ non dictionum pulchritudinem, ſed rerum ſenſum & intelligentiam ſeqvitur* (πᾶν τὸ ἐν λόγοις κομψὸν καὶ φιλότιμον ἀτιμάζουσα, μόνης ἔχεσθαι τῆς σωτηρίας, καὶ τοῦ κάλλους τῶν νοουμένων); *Verùm & ea,* qvæ extra fidem eſt, *qvamvé Chriſtiani nonnulli velut à Deo ſeparatam* (ὡς ἐπίβουλον καὶ σφαλερὰν καὶ Θεοῦ πόῤῥω βάλλουσαν διαπτύουσιν, ut inſidioſam ac periculoſam & procul à Deo avertentem,) *odio habuêre, malè qvidem judicantes. Si enim, qvemadmodum qvidam ex Philoſophiâ alienâ noxam contraxêrunt ac in errores varios inciderunt, eâ de causâ deſpiciunt. Eodem modo & hi cœlum terramq́ & omnia, qvæ in eis continentur, odio poterunt habere: qvando plures inveniuntur, qvi hæc Deos conſtituunt, aut his alioqvi abutuntur. Similiter autem & ignis & elementa cætera & cibus ipſe, qvæ interitum ac pernitiem malè utentibus ferunt, ab omnibus ut mala vitabuntur. Verùm contra conſpicimus, qvod non ſolum ea, qvæ de genere ſunt meliorum, ſed omnino peſtifera & vitanda, interdum ea probè accommodantes juvare inveniantur: jamq́ ex viperæ carne* (καὶ τῶν ἑρπυστικῶν θηρίων ἔστιν ἃ τοῖς πρὸς σωτηρίαν φαρμάκοις συνεκεράσαμεν) *ſingulare morbis remedium inventũ, qvod theriacã appellam⁹. Sic igitur ex græcis doctrinis, qvæcunq́ ad naturæ cognitionem morumvé inſtitutionem* (τὸ

μὲν ἐξεταστικόν τε καὶ θεωρητικόν) *ediſcamus: qvæ vero ad errorem & ſuperſtitionem* (ὅσον ᾗ εἰς δαίμονας φέρει καὶ πλάνην καὶ ἀπωλείας βυθόν) *ea vitabimus.* Appoſitè duobus ſimilibus oſtendit, profanas literas non eſſe contemnendas Chriſtianis; ſed earum ornamenta, omnemqvé philoſophiam, qvâ per injuriam erat abuſa gentilitas, in ſacros uſus congerendam. Qvo eodem artificio *Baſilius Magnus* (qvem in celeberrimâ Athenienſium Academiâ ὁμόστεγον καὶ ὁμοδίαιτον habuerat S. Gregorius) ſuperbit in *Oratione* πρὸς νέους *de Utilitate ex Paganorum ſcriptis hauriendâ*, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. qvâ eruditè docuit doctrinæ liberalioris & elegantioris divitias à profanis autoribus eſſe repetendas, atq; veritatis aurum illud è metallis divinæ providentiæ elaboratum, feliciores in uſus transferendum. unde qvædam ſimilia in eam rem affabre excogitata huc transportare non pigebit. *Qvemadmodum in legendis roſis ſentes vitamus; Sic in profanis autoribus, quicqvid eſt utile, carpimus, noxium vitamus.* ὅσον χρήσιμον καρπωσάμενοι: τὸ βλαβερὸν φυλαξόμεθα. Qvod ipſum exemplo apicularum illuſtrârat: qvæ optimum (ὅσον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν) ſeligunt è floribus, reliqva omittentes. Idem porrò. *Sicut plantis, qvibus propria virtus eſt fructu pulcherrimo ſcatere, folia nihilominus ramis conjuncta qvendam ferunt ornatum. Sic & anima, cui præcellens qvidem fructus eſt veritas, non abs re tamen exteriore ſapientiâ* (τῇ θύραθεν σοφίᾳ) *circumdatur, ſicut foliis qvibusdam umbram fructui ac aſpectum non injucundum* (ὄψιν οὐκ ἄωρον) *præbentibus.* Ideoq; τοῖς νέοις præcipit ἐπὶ τὴν τούτου παρασκευὴν, καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν: qvod ipſum ſtatim ſubjunctâ pereleganti ſimilitudine ſumtâ *à Tinctoribus* de-

clarat expreſſiùs. *Sicut enim Fullones ac tinctores, medicamentis qvibusdam prius rem tingendam ſolent parare, qvàm colorem, qvem cupiunt, ſive purpureum ſive aliqvẽ alium inducant.* Ita, inqvit, & nos, εἰ μέλλοι ἀνέκπλυτος ἡμῖν ἡ τοῦ καλοῦ παραμένειν δόξα, τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προτελεσθέντες, τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀπορρήτων ἐπακουσόμεθα παιδευμάτων. *ut ſolida honeſtatis jaciamus per ſolidum fundamenta, operæ pretium eſt à teneris manſvetioribus ſtudiis intingi, antequam ad ſacras & arcanas Scripturæ diſciplinas accedamus.* V. Cauſinus de Eloqv. l. XV. Qvi Pater verè Magnus poſt acceptum baptisma Rhetoricam profeſſus eſt aliqvandiu. qvod munus adeo magnificè implevit, ut Libanius, Sophiſta celebris inter Ethnicos, ſuas declamationes Baſilii cenſuræ ſubmiſerit; eodemq; Libanio rogante, *ut Amphilochius* * ſcribit, diſcipulos à Baſilio religione disjunctos Chriſtianæ vitæ præcepta docuerit. Et qvidem Patres illi venerandi, *Baſilius* & *Gregorius*, ex qvo literis operam dedêre Athenis, tantam ſibi eruditionem in omni diſciplinarum genere acqviſivêre: *ut non ſolùm apud Præceptores & ſocios* (dicam hæc verbis Gregorii à Billio converſis) *ſed apud totam etiam Græciam ac præſertim clariſsimos qvosq; Græciæ viros illuſtri famâ celebrarentur. Qvin etiam ultra Græciæ fines*, ait, *progreſsi ſumus, ſicut multorum ſermone compertum eſt. Nam ut qvocunq; Athenarum fama, eodem quoq; Præceptorum noſtrorum ſeſe proferebat: Ita qvicunq; Præceptores, iidẽ qvoq; nos cognoſcerent, ſimulq; de nobis audiebant & loqvebantur, ac par qvoddam non obſcurum & incelebre apud eos & eramus & dicebamur.* Qvam eorum eruditionem & pietatem Athenis cognoverat *Julianus*, ut alibi * teſtatur Gregorius, cum qvo ſe Athenis verſa-

* in vita Baſil.

* Orat. in laudẽ frat. Cæſarii.

tum fuiſſe, & ex vultu, habitu & geſtibus pravam ejus
Inveɛt. 2. in Julian. indolem animadvertiſſe affirmat*. Nec fefellit Vatem eventus: nam, ut de re præſenti loqvar, proditum eſt de eoipſo Juliano apud Nicephorum *lib. X. cap. XXV.* qvod lege publicâ caverit, ne Chriſtianorum pueri græcis diſciplinis imbuerētur, aut Poetas legerēt, aut Scholas publicas frequentarent: *ne linguis* (ehodum edicti cauſam!) *eorum acumine perpolitis, facile diſputationibus noſtris reſiſtere, & ſacra qvidem ſua ædificare & amplificare, religionem autem noſtram facile refellere qveant.* Nam *ſi ſint*, inqvit apud Socratem, * *linguâ ad dicendum exercitatâ, facilè Dialecticorum, qvi ſunt apud gentiles, argutiis occurrere poterunt.* Qvam ob cauſam in Julianum invehitur Gregorius Oratione I. Inde etiam doluit Ethnicus Apollophanes *Dionyſium Areopagitam* * τοῖς τῶν ἑλλήνων ἐπὶ τοὺς ἕλληνας χρῆσθαι. Sic apud Cyrillum *lib. 7. contra Jul.* miratur novus iſte Nebucadnezar, ut * Athanaſius eum nominat. Cur Chriſtiani ſuos arcerent ab idolothytis, & non potius à lectione librorum Ethnicorum, cum ab his plus periculi immineat, illius qvidem opinione. Cui Cyrillus. *Qvoniam dulce eſt omnia ſcire: idcirco hâc ratione & valde prudenter etiam Græcorum ſententias diligenter diſcutimus, qvas de unaqvaq; re habuerunt, & ante alia de Deo, & inde ridendi occaſionem accipimus, quod volunt innumeros Deos & immundorum Dæmoniorum multitudinem honorare.* Sed Julianum furere ſinamus, noſtriq; Cyrilli ſeqvamur doctrinam. Vel enim ob hanc qvoq; cauſam Deus optimos gentilium auctores extare voluit, ut ex comparatione intelligerent Chriſtiani, quantum interſit inter ἐξουσίαν τοῦ σκότους & regnum Filii

* lib. 3. c. 10.

* Epiſt. 7.

* Orat. 1. ad Jul.

Dei

Dei, quantum diſtent tenebræ à luce. ἡ γὰρ ἐναντίων παράθεσις illuſtriorem utriusq; naturam reddit; quod verè ſtudiorum conſecranei, Baſilius & Nazianzenus, ſcribunt. Ille in Orat. modò laudatâ. *Si noſtrorum ſermonum ac gentilium ulla eſt convenientia, illorum valde cõnum ac gentilium ulla eſt convenientia, illorum valde cõferet notitia. Sin minus, eos ſaltem ſimul conferendo differentiam diſcere libebit, cum ad melioris optionem atq; delectum non parum comparatio faciat.* Hic d. Monod. ait. *Non ex eorum dogmatibus parum ad Dei cultum* (πρὸς θεοσέβειαν) *proficimus, ſi noſtra cum illis conferamus, ac comparatione ut ſancta, pura, integra, vera, illis probroſis impuris, ineptis, longè præſtare noſcamus;* qvo ſenſu Volaterranus exprimit.

Qvid itaq; *Clementi Romano* viſum fuit; quod *lib. 1. Conſtit. cap. VI.* juſſit ab omnibus gentilium libris abſterreri, utpote *à Diabolo* excogitatis? Quid opinionis fuit Gregorio Magno? de qvo Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus,* refert, eum, *omnes libros,* quos habere potuit, *Titi Livii comburi feciſſe, quia ibi multa de ſuperſtitionibus idolorum narrantur.* Quænam nauſea inceſſit ſtoicum quendam Paracelſiſtam? qui non ſine ſtomacho ad Plauti locum, qui extat in argumento Amphitruonis de Jovis adulterio, effutit hæc verba. *Nimis impium eſt Latinitatem diſcere ab illis, qui Deo, qui hominum bonis moribus injuriam inferunt. Satius eſſet Plauti Amphitruonem igni traditum, quàm iſtâ perditiſſima fabulâ Deitati & humanis virtutibus illudi.* Ut & Pontifici, multisq; aliis, *Franciſcus Petrarcha,* omniũ opinione doctiſſimus ſcriptor, Magus* *Virgilium* quod legiſſet, firmiter creditus. ut Andreas Schröderen *in ejus Vita pag. 30.* teſtatus eſt. Adeoné docti qui haban-

* part. 4. ſum. tit. 11. c. 4. §. 3. ſub fin.

* Vid. ſenil. l. 1. Ep. 3.

bantur olim, indocti erant & bonarum literarum inſcii? *Magus* infœlici illo ſeculo putabatur, qui ſub eclipſi iſtâ literarum Philoſophiæ operam navabat. Qvæ hæc religioſitas? Nos ſi legendum putamus, niſi quod Chriſtianæ Religioni conſonum eſt, abjiciamus ſanè & omittamus omnes illos veteres Græcos Latinosq́, autores. Exulet à Chriſtianorum adytis Homerus, exulet Tullius, abeat Livius, & uno verbo, omnes antiqvi Poetæ Hiſtorici & Oratores. Nemo enim eſt ex illis, qvi non multitudinem inducat Deorum; nullus, qui non exempla ſuggerat magnorum & furioſorum peccatorum. *Si qua contraria ſacris literis in gentilium libris inveniantur,* (quam Auguſtini γνώμην refert

*pag. 182. inter regulas * intelligendi ſacras ſcripturas Fr. Ruizi⁹, Ordinis S. Benedicti Abbas) *ſi falſiſſima: vel ex ſacris refuta, vel etiam à vero David diſce extorquere de manibus hoſtium gladium, & Goliathi ſuperbiſſimi caput proprio mucrone truncare.* Qvis enim tàm ſit ſtupidus, tàm amens, qui his ſcriptoribus *ob admixta cupiditatum ac libidinum exempla* longam ſalutem dicere velit; qvod

cap. 1. de Van. ſcient. quidem voluit Zoroaſtri diſcipulus Cornelius Agrippa. qvâ ratione qui moveretur, illum oporteret ne Chriſtianorum quidem libris uti. Prodeſt potius profanorum lectio, qvò diſcamus, quàm impune graſſata fuerit idololatria inter ipſos; quanta inde invecta fuerint flagitia, plenisq; velis, quæ impudica, quæ turpia, excepta. nimirum vident pii homines in his libris, velut in ſpeculo, vitam moresq; hominum, atq; otii ac vitiorum reliquorum vituperationem luxurioſam ſobriis accipiunt auribus. Lectionem enim niſi præparatis & animis & auribus aggredi non licet, eoq;

in

in genere Viri pientiſſimi juxta ac ſecularium litterarum experientiſſimi, Joachimi Camerarii judicium perplacet, qvod in Plautum graviter reliqvit; qvodq́; Catonis illius rigidi præpoſtero judicio meritò prævalere debet. Aſinariam Plauti commendaturus * ſic infit. *Contemplemur quaſi in ſpeculo hujus Comœdiæ ſummam turpitudinem temporum illorum, & timeamus Deum atq; veneremur orantes, ut à nobis tantam atrocitatem pœnæ, id eſt cæcitatis & ἀδοκίμȣ νȣ͂, benignè avertat, & molliat animos noſtros, commoveatq́; per S. Spiritum ad pœnitentiam delictorum, & erigat ad ſpem ſalutis in fide Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri Amen.* Pariter in Bacchid. *Fabula hæc elegãs eſt, ſed flagitia & turpitudinem nefariã proponit; ad cuj⁹ cognitionem terreri debẽt animi piorũ, conſideratione horribilis iræ divinæ*, & qvæ ſeqvũtur. Annon *Petroni⁹* eſt impuriſſimus ſcriptor puriſſimæ Latinitatis, puriſſimo ſermone impuriſſimum tractans argumentum? nec tamen ideo exterminamus ex qvorundam inſcientiâ; qvo judicio nihil eſſe iniquius, *Goldaſtus* & *Pithoeus*, * *Barthius*, * monſtrant. Qvid de *Ariſtophane* dicamus? Facetiſſimum iſtum, ſed & obſcœniſſimum, veteris Comœdiæ ſcriptorem S. Johannes Chryſoſtomus, ſi hoſce ſpurcos ſcriptores non exiſtimaſſet legendos, ſub pulvino ſanè non habuiſſet, qvem habuit ſemper. *Si bene natus* (ut verba mutuem Theodori * de Juges) *bonis artibus imbutus & veræ Philoſophiæ* (addimus nos, Theologiæ) *placitis inſtructus fueris, tanqvam murex caſtitatis piſcis, non patieris corruptelam. Et ut Socrates ingreßu ſuo carcerem purgavit, ita ſi quid à virtute alienum & vitio adfine, purgabit tua fœlix & bona indoles.* Itaq;, ut cum Hieronymo Vida concludã.

* pag. 265. Ed. Lipſ. Anno 45

* ad Petron. diſſert.

* l. 49. Adv. cap. 11.

Florid: 5. Lect. ſubc. 7.

* Præfat. ad Petr. Satyr.

Poni-

Ponite crudeles iras & flagra Magiſtri,
Fœda miniſteria, atq; minis abſiſtite acerbis.

Alii ne profanos nobis libros crederent, *docendi ſanctitatem*, qvæ tamen vix ulla eſt, opponebant; qvorum cohortatione nihil jejunius. Exemplo ſint Monachi Anachoretæ & Cænobitæ, apud qvos veriverbium erat. *Profana ſunt, legi non poſſunt.* Proavorum noſtrorum ſecula mire id probant, ubi barbarorum plus erat, quàm muſcarum in Armeniâ, republica literariâ collabaſcente. eoq; temporis ſcholarum erant ἀμυντήρια verſa in χολὴν, i. e. deſidiam. & quibus incubuerat pietatem cum morum probitate conjunctam, literatâ facundiâ, propagare, inſcitiam poſteris propinabant, eliminatis autoritate prætoriâ bonis & probatis autoribus, neſcio quo ſanctitatis & ſtultæ ſeveritatis prætextu. Johannes Dullardus ſuis inſtillare conſueverat: *Qvantò eris melior Grammaticus, tantò pejor Theologus.* Hæc fuit quorundam olim temporum ſancta (ita nominabatur) inſcitia. Odioſum eſt ire per exempla; qvæ *Meiſnerus, Finckius, Clauderus, Ebelius*, & alii in peculiaribus diſſertationibus magno afferunt numero. Ut meritò exclamem de illo ſeculo;

O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca,
Qvalibus in tenebris vitæ
degitur hoc ævi qvodcunq; 'ſt.

Conantur in eo velamenta qværere, ut obtegant eorum in loqvendo ſimplicitatem ſanctimoniæ magnitudine. Afferunt Concilii Carthaginenſis IV. Dictatores, qvi *cap. XVI.* decretum evulgârunt. *Epiſcopus gentilium libros non legat.* Qvod etiam Gratianus,

Decretorum compilator, ſuis inferſit* centonibus. * diſt.37.c.1.
Addunt *Iſidoros*, ingenii aliâs laude commendatiſſimos; alterum qvidem *Peluſiotam*, qui *lib.1.Epiſt.63.* Monacho ſive Anachoretæ tali ſtudio prorſus interdixiſſe videtur, propter admixtam rerum fœditatem atqve obſcœnitatem. Alterum *Hiſpalenſem*; cui *lib.3. ſent. de ſummo bono cap.13.* ſecularium lectio ob neqvitiam diſplicet. *Ideo* inquit *num.2, prohibetur Chriſtianus figmenta legere Poetarum, qvia per oblectamenta inanium fabularum excitant ad incentiva libidinum. Non n. ſolùm thura offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.* Neſcio qvàm conſultè ſcribat; niſi benigna interpretatio admittatur, qvam ex §.*3.* forſan habebis, ubi ait divinarum literarum amore raptus: *Cavendi igitur ſunt tales libri, & propter amorem ſacrarum ſcripturarum vitandi.* Cum ad ſeculi ſui calamitoſi forum hæc ſcripſerint, qvò indiſcretim cuivis lectionem gentilium permittere non erat tutũ, multaq́; poſſint dici in ſenſu comparato, qvæ non dici poſſunt abſoluto, benignè pro ratione temporis & perſonarum eorum verba interpretanda eſſe cenſerem; ut qvæ συγκριτικῶς, qvoad lectionem S.Scripturæ, qvæ ſola eſt βάσις ἐπιστήμης καὶ φάρμακον ψυχῆς, ſint dicta; qvomodo rectè inſtruit *Caſſiodorus* Monachos Vivarienſis ſui Monaſterii: quibus etiam ſecularis literaturæ codices omnis generis reliqvit, ut eos aſſiduâ tererent lectione, mundoq́; exhauſto qvodammodo doctorũ Virorum ingeniis tales è lectione evaderẽt, qvi ſeculo eruditione ſuâ conſulerent; unde laudis fuit in Ruthardo*; qvi Monachus, ſanctitatis & eruditionis laude præſtans, *Gymnaſium Hirſaugienſe*, optimis inſtructum

* Trithem. in Hiſt. Monaſt. Hirſ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ctum autoribus, ingreſſus literas docebat, relictis honoribus Epiſcopatus, qvos ei Ludovicus Imperator decreverat. Non minori gloriâ Carolus Imperator, & Bonifacius, Archiepiſcopus Moguntinus, undante per Germaniam ex diuturno bello ſangvine, *Fuldenſe cœnobium* bonis auſpiciis erigunt, Muſas exilio pulſas in libertatem vindicant, *Monachos quadringentos* in Collegium tanqvam in eqvum Trojanum incluſos Præceptori Sturmio expoliēdos Græcis Latinisq; literis tradunt; ex qvibus multi, qva erant eruditione, ex Græco ſermone in Latinum multa vertentes Gymnaſium inſigni bibliothecâ nobilitarunt, non ſine totius Germaniæ emolumento, teſte etiam Hiſpano* Doctore. Me ut liberem, audi* Caſſiodorum. *Nec illud Patres ſanctiſsimi decreverunt, ut ſecularium literarum ſtudia reſpuantur; qvia non exinde minimum ad ſacras ſcripturas intelligendas ſenſus noſter inſtruitur. Si tamen divina gratia ſuffragante notitia ipſarum rerum ſobriè ac rationabiliter inquiratur, non ut ipſis habeamus ſpem profectus noſtri, ſed ipſa tranſeuntes deſideremus nobis à Patre luminum proficuam ſalutarēq; ſapientiam debere concedi.* Ab eadē mente Paulinus, Epiſcopus Nolanus, de lectione gentilium id genus ſcriptorum differens, ait*. *Licet qvædam plerumq; de inanibus fabulis, ut de vulgaribus aliqva proverbiis* in uſum veri ac ſerii ſermonis *aſſumere.* Rurſum d. epiſt. *Tibi ſatis ſit ab illis lingvæ copiam & oris ornatum, qvaſi qvædam de hoſtilibus armis ſpolia, cepiſſe, ut eorum nudus erroribus & veſtitus eloquiis fucum illum facundiæ, quo decipit vana ſapientia, plenis rebus accommodes; ne vacuum figmentorum, ſed medullatum veritatis corpus exornans non ſolis placitura auribus, ſed & menti-*

* Joh. Bonifacius Epp. de ſapiente fructuoſo lib. 5. pag. 641. 642.
* de div. lect. cap. 28.
* Epiſt. ad Jovium.

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

bus hominum profutura mediteris. Audito nunc Johannem Sariſberienſem lib 7. cap. 9. *Sicut omnia animantia fuerunt conceſſa homini, excepto, quod non debuit comedere carnem cum ſangvine; ſic omnes ſcripturæ tàm Poetarum qvàm gentilium legi poſſunt ad utilitatem, excluſis tamen erroribus, qvi per ſangvinem intelliguntur.* Et lib. 3. cap. 8. *Qvod ſi hoc ipſum patienter admittitur, ea qvæ à Philoſophis gentium publicæ utilitatis gratia ſcripta ſunt, audiri qvid prohibet? Qvæcunq; enim ſcripta ſunt, inquit Apoſtolus, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Sed verò Apoſtoli autoritate in rem ſuam abutitur; qvemadmodum nonnulli dicto illo*, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, non * 1. Tim. 4, 13.
ſolùm librorum ſacrorum evolutionem, ſed humanam etiam, tùm Philoſophorum, tum etiam Poetarum & Hiſtoricorum ſapientiam Timotheo commẽdatam fuiſſe ſcribant. Qvod ex Patrum mente qvoq; affirmari annotat ibidem loci P. Stevartius*: quas * pag. 368. Comment.
qvidem interpretationes longè petitas ſuo relinquimus loco.

Qvorum augeat cumulum Princeps Patrum latinorum B. Auguſtinus: ex cujus cogitationibus piis, cũ illorum confererendo dictis, concentum aliqvem extruimus. Sic ille *lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 40.** ſcribit. * Tom. 4. f. 43.
Sicut Iſraelitæ idola & vaſa aurea & argentea Ægyptiorũ auferunt, & ad juſtos & Deo placentes uſus conferunt. Sic Chriſtiani philoſophiam & diſciplinas liberales, quæ in Ethnicorum literis exſtant, non eo prorſus relinquere debent, quod Ethnici eis impiè utebantur, ſed ad juſtum prædicandi Evangelii uſum *transferre debent.* A vaſis ab Ægyptiis mutuò ſumptis præfiguratum eſſe ſcribit, *non eſſe negligendas* (ſicut verba Greg. Nyſſeni iſtud, Ebræ- de Vita Moſis pag. 506.

orum factum in eundẽ typum accommodantis habẽt) *doctrinarũ divitias, qvas gentes poſſident, moralem naturalemq́ Philoſophiam, Geometriam, Muſicam, Dialecticam cæterasq́ ſcientias, quibus* alieni ab Eccleſiâ *florent, accipere ab illis, ac illos abutentes privare, ſi poſſibile eſt, & in meliores uſus transferre jubemur.* Jubet nos magnus ille Pater uti potius eorum literis, qvàm frui; eoq; dirigendam omnem ſtudiorum rationem, ut illa ſuperioribus inſerviant ad uſum veritatis, ſuadet. Eum in finem S. Auguſtinus (qvalis & qvantus vir!) librum elegantiſſimum, quo *Doctorem Chriſtianum* inſtituit, elaboravit: atq; in eo totum conſumſit, ut doceret, quemadmodum is, qui relicta gentium idolomaniâ Deo nomen dedit, poſt ſui converſionem uti debeat *ſpoliis Ægyptiacis*, i. e. doctrinis gentium: qvæ optimè etiam in uſum noſtrum accommodamus; manet enim eadem res, mutatis tantùm perſonis; inprimis *capp. 20. 22. 23. 28. 29 31. 37. lib. 2.* affirmat, Aſtronomiam, Phyſicam, Geographiam, Dialecticam, Rhetoricam, ad omnia genera qvæſtionum & rerum, quæ in literis ſanctis ſunt, penetranda multum habere momenti, etiamſi *præter Eccleſiam* puerili diſcantur eruditione. Addit *cap: 40.* ante eum viros ſanctitate præclaros in Eccleſiâ, humaniores literas ad ſacras attuliſſe: *Aſpicimus*, ait, *qvanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierint ex Ægypto Cyprianus, Doctor ſvaviſſimus & Martyr beatiſſimus: qvanto Lactantius, qvanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam: qvanto innumerabiles Græci? quod prior ipſe fideliſſimus Dei famulus Moſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit omni ſapientiâ Ægyptiorum.* Reqvirit autem *cap. 39.* in hiſce

V. Geſneri & Calixti in h. l. Præfat.

doctri-

doctrinis, qvæ apud gentes inveniuntur, cautionem qvàm diligentem: *ne ullas doctrinas, quæ præter Eccleſiam Chriſti exercentur, tanqvam ad beatam vitam capeſſendam ſecurè ſeqvi audeant, beatam vitam qværentes.* Superſtitioſa vitanda docet cap. 20. qualia inter ſunt *conſultationes cum Dæmonibus, cultus idolorum, variaq́; auguria, aliaq́; millia inaniſſimarum obſervationum, millia fabularum & falſitatum.* Superflua reſecanda, neceſſaria utenda; *ad uſum juſtum prædicandi Evangelii, in uſum unius Dei colendi; in Chriſti obſequium*, cap. 40. monuit; ut, qvibus diſciplinis illi utebantur in adjutorium falſi, iis nos uteremur in teſtimonium veri. Qvod ipſum auguſtè comprehendit Patrum ille maximus in opere illo eruditiſſimo, quo contra paganos *Civitatem Dei* architectatur, poſt veri cognitionem Dei Philoſophica & Philologica alia paſſim aſſumens, paſſim etiam reſpuens.

Itaq; omnia ab Ethnicis dicta & ſcripta dicere *Ethnica*, ſive *à Diabolo excogitata*, nimis turpe eſt dictu. Agnovit Ariſtoteles *Deum unum*, eumq́; *ipſam vitam, unitatem & bonitatem* appellavit. Aratus, teſte Apoſtolo, *Dei providentiam* poſuit; ut alia infinita in hâc nota prætercam. Suntné propterea talia enunciata ethnica, i.e. ut illi explicant, à Satana profecta? Abſit, ut ita dicamus. Magis eſt, ut dicamus, ubi quid eſt nimium, reſecandum illud eſſe falce veritatis. Nec nos charybdis & ſcylla, ac fabuloſum iſtud fretum deterrere poteſt; cum cautione hîc navigandum eſt, *bona & mala in omnibus tentanda in terrâ alienigenarum*, ut applicem verba *divini Scriptoris*; ſordes mendaciorum aliarumq́; vanitatum ſunt abſtergendæ, &, ut

* Deut. 21. 12. lex loqvitur*, *circumcidendi ungves captivæ mulieris*, (quæ mulier, ut *S. Hieronymus* interpretatur*, illorum *Ep. ad Pamm. de obitu Paulinæ. ſcriptorum lectio eſt, qui Chriſtum neſcierunt) *cæſaries radenda*, & *exuenda veſtis*, in qva capta fuit, h. e. abjicienda ſunt ſuperflua, impertinentia, & ſi qvæ ſunt impia: *Si quid enim ſuperfluum de idolis, de amore, de curâ rerum ſecularium, hæc radimus, his calvitiũ inducimus, hæc in ungvium morem ferro acutiſſimo deſecamus*; inquit Tom. 4. fol. 52. S. Hieronymus, exponens parabolam Evangelicam de Filio prodigo; quam eandem parabolam Herricus Altiſiodorenſis *Homil. in Sabbato poſt Dom. II. in Quadr.* ad doctrinas ſeculares, ut loquitur, *ſterili ſuavitate reſonantes* accommodat. Atq; ita ſocietatis optimè ineundæ remora nulla eſt, modò hæc gentilis & captiva Philoſophia & Philologia ſicubi minus ſalubria docet, abraſâ cæſarie, reſectis ungvibus, & abjectâ veſte ad maritum ſuum, S. Theologiam, ducatur, cui licet manumiſſa ſerviat perpetuò, ut ne ſerviat. In qvo mirè nos capit inſignis de hâc re locus Gregorii Nyſſeni, qui *in myſticâ enarr. vitæ Moſis pag. 35.* ſic ex latinâ interpretatione extat. *Habet Philoſophiæ ſecularis partus, humanaq; diſciplina, carnale qvoddam præputium, quo circumciſo; quod relinquitur, Iſraeliticæ invenitur eſſe nobilitatis: ut exempli causâ,* immortalem eſſe animam, *Philoſophi perhibent, id autem pium eſt.* De corporibus in corpora tranſire *volunt, & de rationali etiam naturâ in rationis expertem tranſilire nonnulli aſſerunt. Hæc quaſi præputium circumcidenda ſunt, & procul omnino abjicienda.* Deum eſſe, *non negant,* creatoremq; omnium, *à quo omnia dependent, verè aſſeverant, ac rationibus, quantum fieri poteſt, demonſtrant: ſed creatori velut egẽti*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

artifici, materiam ſupponunt, multaq; alia hujusmodi ſunt veris excogitata rationibus, ſed abſurdis ac falſis oppoſitionibus maculata, quæ ſi tollimus, propitius nobis Dei Angelus fiet. Hoc eſt certum agere exploratorem in caſtris alienis: ut ſcitè dixit de Cabalâ ſuâ Reuchlinus*. [Fecerunt hoc multi ex priſcis illis Patribus, inprimis Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Juſtinus, Clemens Alexandrinus, Lactantius, & alii, qvi contra Ethnicorum ſapientiam peculiare ſuſcipientes certamen, omnia gentilitatis cubilia & tentoria, tanqvam exploratores ſeduli in caſtris Moabitarum, luſtrare debuerunt; ut hoſtem ſuis eductum latebris ad riſum oſtenderent, & ex ore proprio ſervum neqvam judicarent. Lue. 19. Cum enim illis res eſſet cum eruditiſſimis Veritatis hoſtibus, ad eorum errores evertendos, non tàm ex ſacris qvàm profanis erat certandum autoribus; ut ex eorum delirantibus placitis errores in Eccleſiam qvandoq; emanantes validiùs atq; certiùs reprimere valerent. Ideoq; quicquid veneni in naturalem veritatem, bonos mores & in ſancta fidei decreta, conſperſerant, diligenter erat inquirendum. Quid enim cauſæ fuiſſe putatis, ut Viri illi ſanctiſſimi atq; etiam doctiſſimi, tàm multa tamq; præſtantia ſcripta contra Ethnicos conſcripſerint? Nimirum his neceſſitas iſtam ſcribendi legendiq; licentiam dedit: fruſtra enim laboraſſent, niſi probe perſpecta ipſorum ſcripta ſacræ fidei præcones habuiſſet. *Non defugi*, ait Lactantius, *hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non exeqvutus eſt in eâ Oratione, qua Demetrianum, ut ipſe ait, oblatrantem atq; obſtrepentem veritati redarguere conatur: quâ materia non* lib. 5. de juſtit. cap. 4.

* lib. de Verbo mirifico.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

eſt uſus, ut debuit. Non enim ſcripturæ teſtimoniis, quam ille utiq; vanam, fictam, commentitiam putabat, ſed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis pauliſper divinis lectionibus formare hunc à principio tanquam rudem debuit, eiq; paulatim lucis principia monſtrare; ne toto lumine objecto caligaret: nam ſicut infans ſolidi ac fortis cibi capere vim non poteſt ob ſtomachi teneritudinem ſed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus veſci fortioribus poſſit: ita & huic oportebat, quia nondum poterat capere divina, prius humana teſtimonia offerri, id eſt, Philoſophorum & Hiſtoricorum, ut ſuis potiſſimum refutaretur autoribus. Suffragatur Origenes apud Euſebium quibusdam reſpondens, qvi profana obtrectabant ſtudia, hunc in modum: *Cum ad verbi Dei me convertiſſem ſtudia, & fama de nobis celebrior haberetur, atq; ob id nonnulli Philoſophorum, vel ad percontandum vel ad obſiſtendum adire nos & congredi convenirent, hæreticorum qvoq; quamplurimi ad impugnandos nos excitarentur: viſum mihi eſt, vel Philoſophorum vel hæreticorum dogmata diligentiùs perſcrutari, ne ad convincendos eos, ſi ignorarem, qvæ apud ipſos ſunt, imparatior invenirer. Hoc autem fecimus, exemplum ſeqventes prioris noſtri Apoſtolici viri Panteni, qvi in Græcorum ſtudiis & Philoſophorum eruditionibus qvam maximè effloruit.* Nunc cum adverſa ſint tempora, non eadem ſit ætas, non hominum eadem ſors, non ingenia, non mores, non rerum temporumq; conditio; malè factum ab iis putârim, qvi ingenii acumine in eo abutuntur, ut omnes loculos ſcriptorum paganorum venentur; qvorum hâc in parte licentia exiit in immenſum. Nec enim

noſtra

noſtra eadem ratio eſt, qvæ olim Patrum. *Nos Dei beneficio in ſinu Chriſtiani orbis nati commoramur: ut tales ne videamus etiam; nos ſcribimus Chriſtianis ſolùm, docemus miſeram & rudem plebeculam; illi eruditos philoſophos & Paganos. Itaq; non decet tot Centones proferre, qvi magis arguunt oſtentationem ingenii, qvàm pietatem. Inprimis hoc vitioſè fit ab iis, qvi tempus ſacris deſtinatum ad illa Ethnica ſcripta transferunt. Modum tenuêre beati:* qvibus verbis obſignat doctam ſuam Diſſertationem de lectione Ethnicorum Benedictus Aretius.

Perplures ἐν ὑπεροχῇ peccant; qui ingeniis & ſtudiis Ethnicorum plus ſolito tribuunt; qvi uno ore cum Jovis laudibus Chriſti perſonant laudes; ut utar verbis Gregorii M.* qvibus Epiſcopum Deſiderium increpabat: qui obſcœnis fabulis, Philoſophorum commentis, nugisq; Poetarum vacant libentius, qvam immortalitatem beatæ nobis vitæ promittentibus ſcripturis; quod ait H. Buſchius*; qui Ethnicorum virtutes & facta (quod facit impiè-doctus Machiavellus, maculatum iſtud Hetruriæ vellus) Chriſtianæ religioni ſine ullo pudore anteponunt; qui tempore ſacris deſtinato profanis vacant: quod olim obtigit tempore Gregorii, qui Epiſcopum quendam reprehendit, non quod literas ſeculares didicerit, ſed qvod contra officium ſuum pro lectione Evangelicâ Grammaticam populo exponebat. Et poſt Italiæ vaſtitatem à Gothis Vandalisq; affectam Religioſi fuerunt attentiores in legendis Comœdiis, quàm in Evangeliis: nobiles matronæ majore cum plauſu audiverunt lyram Flacci, quàm præcepta Salomonis; exercitatiores fuerunt in artibus Naſonis, qvàm in lectione Pauli: illud Damaſo Pon-

* diſt. 86. c. 5.

* de Autor. S. Script.

Jus Can. diſt. 37. §. Turbat.

 ſo Pon-

ſo Pontifici conqveritur Hieronymus; hoc Abbati Salmoni Victor Maſſilienſis.

Nigrum theta heîc ponimus φιλοσοφοτεχνοθεολόγοις, ſive impiè Theologizantibus Philoſophis: qui Theologiam ita deformârunt terminisq; Ethnicis obruerunt, ut vix ulla amplius ejus imago manſerit: qvippe Scripturam non per Scripturam explicantes, ſed ὕστερον πρότερον ex Platone, Ariſtotele & ſimilium cæcorum ducibus ſine judicio enarrantes ſive pro cathedrâ ſive pro ſuggeſtu.

Ethnica tunc adeo manſit ſapientia paſſim,
Vt Chriſtus inde terminis ſit Ethnicis
Submerſus, verbiq; ſacri cœleſtia dona
in technicam, pulſâ fide, contorſerint.

Thomas ἀριστοτελικώτατος, ut nominat Eraſmus, fere primus fuit, qvi Ariſtotelem ex antro ad lucem revocavit, ut Ariſtotelica miſceret ſacris; ſicut ipſe Gerardus Liſtrius *in Eraſmi Moriam p.187.* annotat. Ex hoc fonte naſcebantur infinitæ diſputationes, conſultationes, conciones, hortationes; quibus rem in utramq; partem agitabant, ſcholasq; agitabant, ex qvo dicta *Scholaſtica eſt.* de qva ſi vellem enumerare, nunqvam finis eſſet. Thomas Bradwardinus, Archiepiſcopus olim Cantuarenſis, *in præfatione* (qvam totam Autor Catalogi teſtium veritatis in ſuum transfudit Syntagma) *ad tres libros de cauſa Dei contra Pelagium*, poſtqvam fuiſſet conqveſtus ſuâ ætate multos cum Pelagio pro libero arbitrio contra gratuitam gratiã pugnaſſe, & contra Paulum pugilem gratiæ ſpirituale, inter cætera exclamat: *Sicut antiqvi Pelagiani ventoſo nomine*

ſecu-

ſecularium ſcientiarum inflati Conſiſtorium Theologicum contemnentes Philoſophicum flagitabant; Ita & moderni. Magnam certè fuiſſe dogmatum, ex Ariſtotelis & Platonis fontibus hauſtorum, confuſionem præteritis temporibus, vel ex lectione ſolâ libri iſtius lectori innoteſcet; quem nuper ex ſex *MSS.* in commodum rei literariæ edidit in Angliâ Henricus Savilius. Tempus perdebant in Decretis & Decretalibus, Thoma Scoto, & aliis ſententiarum, ut vocant, Magiſtris. Speculationes iſtæ in intima Theologiæ intromittebantur, pulpita & ſuggeſtum occupabant. Biblia ſancta vix in vulgata translatione legebantur; nedum in lingvâ originali, qvæ ipſis erat incognita. Teſtis eſt auritus, Thomas Freigius*, Ariſtotelem ſæpe fuiſſe pro concione explicatum Magiſtris iſtis: qvibus erat moris fere nihil pertexendi pro concione ſine Ariſtotele, aut alio quopiam ſecularis gloriæ tympano, parcè interim adhibito Propheta aut Apoſtolo; niſi forte *Sententiarum Magiſtro*, cujus erat doctrinæ genus ex malè detortis Scripturæ Sacræ ſententiis, & confuſis cum Platonis & Ariſtotelis diſputationibus conſutus Cento. Idem de *Ariſtotelicis concionatoribus* poſt Buſchium d. l. comprobat Vitus Winshemius* de Monacho qvodam magiſtralium definitionum, concluſionum & propoſitionum copiâ turgido, qui Tubingæ pro cõcione *Ariſtotelis Ethica* explicârat. Sicut & Philippus Melanchton *in Erotematibus Dialecticis* meminit cujꝰdam ajentis, amiſſis libris Propheticis & Apoſtolicis Eccleſiam doceri poſſe ex Ethicis Ariſtotelis, qvæ nonnulli ablegato Evangelio enarrabant populo: uti etiam Noſtrates *in Apologiâ Auguſtanæ Confeſſionis*

* Orat. de Unit. Dei.

* in Orat. fun. Philip. Mel.

fol. 13. b. edit. 1. Lutherus *Tom. 1. Germ. Jen. fol. 248. a.* Johannes Waremundus in **gemeiner** Proteſtation **vnd Klagſchrifft wider das** Interim d. iij. b. **Vſ. Zum Fünfften.** Rud. Gvaltherus *Hom. 244. in c. 48. Eſa. fol. 301. b.* conqveſti ſunt. Nec eos indignos fide autores judicabis, nec de mendacio convinces: in his enim nugis, velut in cimmeriis tenebris, eos ceſpitaſſe, ut ulterius probemus, ad partes advocamus Johannem Bonifacium, qui in Epiſtolâ* ad Franc. Riberam hanc χρέιαν de ineptis concionibus iſtis præmiſit: *Mirari ſatis neqveo illiteratam qvorundam concionem, ineptam, jejunam, ſangvinis ſucciq́ expertem, nihilq́ neq́ â ſacris literis neq́ à ſanctis Doctoribus mutuantem. Quis enim ferat nūgas & ſomnia veteris concionis, cujus adhuc in urbibus, non modò oppidulis manſêre veſtigia? Sunt qvidem concionum commenta magna ex parte ſublata, ſtultaq́ & ridenda virtutis ornandæ ſvadendæq́ ratio* (ex Ariſtotele) *plurimum obſolevit, eoq́ turpiores videri debent, qvi reliqvi ex illa* antiqvorum barbarie *fœminam pro concione veſtiunt, parentem illum Univerſitatis Deum, aut chartis aut pila ludentem faciunt, certamen armorum inſtituunt, choreas ducunt, de humanis artubus & membris lentè & faſtidiosè philoſophantur, ſunt in Phyſicis infiniti, ex anilibus fabulis & ex ludis puerorum fructuoſiores ſenſus fruſtra conantur eruere, naturales (ſic enim nominant) citare non deſinunt, cum nil illa ſit hiſtoria mendoſius, eaq́ beſtiis, ſive natantibus & aqvarum incolis, ſive volucribus liberoq́ cœlo fruentibus, ſive ſerpentibus, ſive gradientibus tribuunt, qvæ natura non dedit. In Aſtrologia etiam, in hiſtoria temporum, in annalibus ridendos ſe præbent. Illa enim dicunt, qvibus aut ratio ipſa repugnat, aut nulla bo-*

*l. 3. Epp. de ſap. fruct. pag. 256.

ni ſcriptoris autoritas ſuffragatur. Prophetàrum, Evangelii, & Apoſtolorum verba qvaſi machinis qvibusdam trahunt, Veteriſq; Teſtamenti figuras inſcienter accommodāt. & qvæ ſeqvuntur alia lectu non indigna. Qvorum Matæologorum tanti habitam doctrinam cum videret Beatus *Lutherus*, cujus ope Eccleſia, Deo ita providente, à Thomiſticis & Scotiſticis tenebris liberata eſt, ac S. Scriptura ex oblivionis antro & ex obſcuritatis tenebris ad lucem revocata exeruit caput, de ſuis libris modeſtiſſimè ſenſit, ſeduloq; cavit, ne culpâ hominum abſtraherent à lectione S. Scripturæ, prout in Papatus tenebris cum Thoma & Scoto factum erat. *Ego ipſe*, ait, *eam ob causā odi meos libros, & ſæpe opto eos interire, quod metuam, ne morētur lectores, & abducant à lectione S. Script. qvæ ſola omnis ſapiētiæ fons eſt. ac terreor exēplo SUPERIORIS ÆTATIS. Poſtquam n. in hominū commentarios inciderunt, qvi ſacris ſtudiis dediti erant, non ſolùm plurimum temporis in lectione Veterum Theologorum conſumſerunt: ſed etiam tandem occupati ſunt in* Ariſtotele, Averroe *& aliis, ex qvibus poſtea nati ſunt Thomæ Scoti & ſimilia portenta.* Magnus ille & deſideratiſſimus Vir, Deſiderius Eraſmus (quem Adverſarii *Erat mus*, quia ulcera eorum rodit, per convitium nominant) cum in eos homines incidit, mirum qvàm invehat. Impræſentiarum unicum ejus ſuper iſta verba, *Philoſophi Patriarchæ hæreticorum**, ſermonem juvat appingere. *Cur non in jus vocant Hieronymum iſti qvidam Theologi, qvi nihil putant intelligi in divinis literis, niſi bonam vitæ partem* in Ariſtotele *contriveris: impudentiſſimum eſſe concionàri apud populum de Chriſto, niſi* Ariſtotelis Phyſicam *&* Metaphyſicam *ad amuſſim calle-*

Tom.2.in Gen. c.19.f.143.a.

* Tom.3.f.117 b. Hieron. ed. Baſil.

calleas. Indocta putant omnia, niſi centies inculcâris Philoſophum. Actum putant de Chriſtianâ religione, ſi qvis Ariſtotelis decreta rejecerit. Neq; vero hæc dixerim, qvod Ariſtotelicæ philoſophiæ ſtudium improbem, aut ullum omnino ſtudium, modò bonarum literarum. Sed qvod nolim in prophana gentilium doctrinâ ſacræ Chriſti doctrinæ præſidium conſtitui. Idem in deſcriptione Vitæ Hieronymi, cum illos refutaſſet, qui ex ſomnio Hieronymiano omnes bonas literas deſpiciebant, ſubjungit. *Si crimen eſt, habere libros ſeculares: & ſi Chriſtum negavit, qvisqvis hos legit, cur ſolus vapulavit Hieronymus? Cur hodie in Theologorum ſcholis celebrior eſt Ariſtoteles, qvàm Paulus aut Petrus?* Perhibet Theobaldus Thammerus, ob Apoſtaſiam fœdam notus, in Exhortatione ad Theologiam Marpurgi Heſſorum editâ, *plures Ariſtotelicos* extitiſſe ſuperiori ſeculo, qvàm Chriſtianos, plures Thomiſtas, qvàm Biblicos. Certè hi Ariſtotelis admiratores non addubitarunt Magiſtrum ſuum aſſimilare Johanni Baptiſtæ, CHRISTI anteambuloni. *Qvemadmodum enim*, ajunt, *Johannes Baptiſta præcurſor fuit Chriſti in Theologicalibus; ita Ariſtoteles Chriſti præcurſor fuit in Phyſicalibus.* Ridete, qvicqvid eſt cachinnorum. Qvin & Ariſtotelis ſcripta, qvæ ſtudioſiſſimè legebantur ab omnibus, demonſtrationibus niti, verbum verò Dei probabili ratione, ſomniabant. unde eò perverſitatis res proceſſerat, ut Ariſtoteles & Magiſter ſententiarum pluris haberentur, qvàm ipſiſſimus S.S. Bibliorum Codex. *Biblicus* enim (ſic vocabant) in iſto ſeculi ſqvalore *Baccalaurei* ſive initiati primore laurea & prærogativa Theologicâ, meruit nomen. Sed *SENTENTIARIUS Doctoris* aſſumebat ti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

bat titulum; qvemadmodum Joh. Spangenbergius *in Poſtill. ſerm. 1. in die Paſch. fol. 200. b.* retulit. Non diffitetur Melchior Canus, Canarienſis Epiſcopus, Au- in Loc. Th. 2. 13.
tores Scholaſticos *CCC. annis* lingvarum ignorantiâ, ſola Latina fuiſſe contentos. ideo ſuſpectus erat hæreſeos, qui præter ſolam Latinam ad Græcam & Ebræam veritatem, qvam minimè noverant, recurrere deſideraret, ut iterum fatetur d. l. Canus, & Eſpencæus* *Pag. 105.
in Titum. Etiam usq; eò rudes fuêre qvidam, ut ne *Latinè* quidem fari ſcirent, Miſſamq; celebraturi vocis ſono ſubagreſti, ne ſolœcismos committerent longas & breves ſyllabas debito ſono ſpoliando, notis diacriticis lingvam regerent. e. g. *Domine exaūdi oratiōnem &c.* Mediocriter legere aſſveverant: in compendiosâ ſcribendi ratione, ut tempora erant, qvandoq; ceſpitabant. Hîc ſi legendum erat in hymnis Eccleſiæ: *Jeſum Nazār; Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas; Erat autem Barrabas latro; Ego ſum Alpha & Omega &c.* Iſti extra intellectum & æſtimationem ſenſûs dimidiatis & ſemeſis verborum ſonis portentoſè dicebant: *Jeſum Nazum; Jarlim, Jarlim, qvæ ocqvecediſſe profans; E, e, erat autem bilebaretro; Ego ſum alphati-tout menga;* Hæc ut ſcias, ita eſſe, lege, qui e- *l. 1. Var. c. 7. edit. Pariſ.
xempla recitat, Eſtienne Tabourot*. Imò (quod immanius dictu) nondum elapſo ſeculo Sorbonenſis R. Stephanus in Reſp. ad Cenſ. Theol. Pariſ. præfat.
Collegii Theologici non infimus ignorabat adhuc. Qvid eſſet Novum Teſtamentum. *Miror*, inquiebat idiota, *qvod iſti Juvenes ſemper allegent nobis Novum Teſtamentum. Per Deum, ego habebam plusquam L. annos, qvod neſciebam, quid eſſet N. T.* Cum Robertus Stephanus ſubinde rogabat eos, quo loco N. T. aliquid

ſcri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

ſcriptum eſſet, reſpondebant, ſe illud apud Hieronymum aut in Decretis legiſſe, quid vero N.T. eſſet, ignorare. Egregiam verò laudem! *Novi*, ſcribit Gerardus Liſtrius, *permultos Theologos, Doctores ut vocant, qvi ante 50. annum nondum evolverant omnes Epiſtolas Pauli, ut per familiaritatem mihi fatebantur. Iſti qvoties ad interpretandum ſacras literas accedunt, Dii boni, quàm frigent, qvàm ſordent omnia, quàm nihil adferunt Chriſto dignum.* In eandem qverelam ſolvitur Rodulphius à Toſſignano *in Dictionario pauperum*, cum *pag. 107.* ſcribit. *Singularis mortalium abuſus eſt, qvi incautæ juventuti ſub ſpecioſo eloqventiæ pallio aniles fabulas & vana Philoſophorum deliramenta, in qvibus juvenes conſeneſcunt, proponunt. Theologiæ verò tàm altum eſt ſilentium, ut ejus (nec ſine fidei noſtræ detrimento) vel minima ratio habeatur, cum tamen ad eam acqvirendam danda eßet diligens opera: quia pietatis & Chriſtianæ noſtræ Religionis fundamenta ex fontibus Theologorum potius, quàm ex rivulis Ethnicorum, vel ex verborum lenociniis comparanda ſunt. taceo, quia (heu) ſunt multi etiam inſignes & præſtantißimi Theologi, qui vix integra Biblia perlegerint.* Quid itaq; mirum, ſi in profanis fuère exercitatiores; ſi plures ſententias ex Platone, Socrate & Ariſtotele, Thoma & Scoto, σκοτεινοὶ meminerunt recitare, qvàm ex S. Scripturâ; ſi præter profanas ſententias nil vel admodum parum in medium proferre ſciverunt: qvâ de ſocordiâ poſt Nicolaum Clemmangium & Johannem Lithocomum conqveſtus fuit olim Vir doctus & eloquens, Antonius Codrus Vrceus, Profeſſor Bononienſis, in ſermone 1. fol. 11. a. *Non poßum*, inquit, *non deridere qvorundam Declamatorum ſive Theologorum arrogan-*

Not. ad Eraſmi Moriam pag. 185.

Edit. Venet. Anno 1506.

rogantiam, qui cum eorum officium ſit Evangelica prædicare, & Deum ac animam Catholicè & Theologicè definire, confugiunt ad Philoſophos, recitant omnes illorum opiniones: citant Platonem, allegant Ariſtotelem, producunt Senecam, quorum dicta fabulas eſſe demonſtravi. Inſinua mihi Reverende Pater Pauli Epiſtolas, catenam auream Thomæ, & alia hujusmodi. Et paucis interjectis concludit. *Qvin & Religio ipſa primò certa, poſtea incerta, nondum ad Catholicam fidem perduci poteſt.* Idem de Italis ſcripſit Gvido Fabritius ad Henr. III. Galliæ Regem: nempe *Ariſtotelis & Averrois placita dogmataq; lubentius ſæpiſſimè eos* tractaſſe, qvàm *legem Moſis aut Evangelium Chriſti.* Comprobantur hæc verba, qvæ veritatis fidiculæ homini *factioni Lutheranæ* alioqvin minimè addicto expreſſerunt, vocibus, qvæ notæ ſunt orbi Christiano, impiis quorundam Italorum: I. *ANGELI POLITIANI,* Canonici Florentini: quem Antiqvitatis profanæ vindicem & adſertorem ſummum nominabant. Is interrogatus, *an legeret Biblia?* nauſeabundus reſpondit. *Semel perlegi librum illum, & nunqvam collocavi pejus ullum tempus.* Videamus, inqvit Ludovicus* Vives, quid idem in pretio haberet. Diſputavit, qvamdiu vixit, dicendumne eſſet. *Vergilius,* an *Virgilius. Carthaginenſis* an *Carthaginienſis, primus* an *preimus,* & ſi quid otii ab hujusmodi nugis ſuperfuit, Epigramma aliqvod Græcè compoſuit in Cupidinis aut præpoſteræ Veneris laudem. 2. *PETRI BEMBI,* Cardinalis, qui cum ad Sadoletum veniſſet, & eum in enarratione Epiſtolæ ad Romanos aliquid operæ collocare intellexiſſet. *Omitte,* inquit, *has nugas, non decet gravem virum* (ignoſcat Deus referenti blasphemiam)

ad N. T. Syr.

* lib. 2. de verit. fid.

am) *tales ineptiæ*. Alfonſus de Caſtro *lib.1. cap.13. adv. hæreſes*, impiè ſcribit, plus damni ex lectione Bibliorum in lingvis vulgatis eſſe, quàm ex lectione librorũ Ethnicorum. Increpet te Deus Satan. Horret animus plura huj⁹ generis afferre ſcommata & impia judicia, qvorum apud Ottonem Melandrum, Apoſtatam, *in Jocoſeriis part.1.c. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 349.* qvædam memorantur. Hos irriſores tangit Dominicus Nanus Mirabellius in Præfat. ad Polyantheam Anno 1517. Argentinæ editam, cum ſic ſcribit ad Gvielelmũ, Marchionem Montisferati: *Videbam nonnullos ſcripturam ſacram irridentes, & qvicquid Maroniano Ciceronianoq; caret lepore ita dedignantes: ſolâ aurium delectatione allectos; ut etiam contra Catholicam veritatem interdum ſentirent.* Et qvicqvid ejus fecis homines ſunt alii, ſannis ſarcasmisq; appetentes libros noſtros ſacros, ut non erubeſcant Spiritus S. lingvam correctioni & ferulæ ſuæ puerili ſubjicere ipſi digni ferula & ſcutica.

Ex eadem claſſe ſunt, qvi qvædam dogmata, Chriſtianismum impugnantia, ſplendore Antiqvitatis paganæ venditant, bellantium copiis deſtituti. Ante annos qvinqvaginta, & quod recurrit, Pariſienſes Doctores in Articulis ſuper materiis fidei determinatis, Art. XII. *Invocationem Sanctorum* ſtabilire conantur ex literis gentilium. candidè interim fatentur, nos fundamentum tenere noſtræ Religionis inconcuſſum, cum in hæc verba incautè erumpunt. *Si non eſſet hic invincibilis clypeus pro nobis* (Eccleſiam non poſſe errare) *eſſemus jam centies victi à Lutheranis, cum habeant pro ſe apparentiam veritatis, & fortibus argumentis nos premãt.* Eadem δεισιδαιμονία (cur enim leniore utar voce?)

Corne-

Cornelius à Lapide pro cultu Sanctorum affert eandẽ rationem, religioſè colendos eſſe illos, ne Eccleſia hâc in parte *ſuperetur* à gentibus. *Nec enim decet*, inquit, *ab impiâ ſuperſtitione gentilium vinci piam religionem fidelium, qvi proinde ſibi & aliis jugem Dei & ſanctorum memoriam ac præſentiam per cruces, imagines, altaria, exhibere & repræſentare debent.* Vult Jeſuita, ut Chriſtiani in rebus non modò ſcripturæ ignotis, ſed etiam planè adverſis impios gentiles ſuperent: qvos etiam *Jacobus Gretſerus**, impudentiſſim⁹ ſcriptor, proponit in rebus illicitis ad incitandum, excitandum, extimulandum Chriſtianos. En parallelismum Paganismi & Papanismi! Per globulos preces perſolvunt ad ſanctos ſanctasq; miſeri homines, qvinqvies, decies, vicies; numeris ſervandis ſæpè intentiores, quàm precibus concipiendis; ut numero, non pondere animiq; ardore vincerent Deum; ſimili fermè cum gentilibus βαττολογία*, qvam Chriſtus reprehendit, Battologi iſti

* lib. 2. de diſcipl. cap. 5.

* Matt. 6. v. 7.

Barbottant Patres noſtros Aveq; Marias.

Qvid differant ab illis falſorum Numinum Græcorũ aliarumq; gentium invocatione tales preces, præterquam nomina quod mutantur, neſcio, inqvit alicubi Camerarius. & faſſus eſt ipſe Ludovicus Vives* Vir extra omnem irreligioſi animi ſuſpicionem (qvo elogio donat Claud. Eſpencæus) non poſſe diſcrimen aliqvod inveniri cultus Ethnici & Papiſtici ad ſtatuas, niſi qvod nomina & titulos tantùm mutârint: ubi liceat Papiſtico ſangvine ulciſci Papiſtas, ut in hoc qvoq; Madianitam ab alio Madianita confodi videatis. ἡ γὰρ ἀλήθεια παρὰ τῶν ἐναντίων ἀνακηρυττομένη διαλάμπει; ait Chryſoſto-

* in Auguſt. l. 8. cap. ult.

mus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

* Homil. 91. in Matth.

* in Catal. Teſt. Ver. fol. 207. a.

mus*. Sic enim Apoſtata famoſiſſimus Georgius Wicelius (qvem Wilhelmus Eiſengrein adverſus hæreticorum phalangas conſtanter decertaviſſe* ſcribit) cōtra hanc invocationem decertat. *Mihi* (inquit in Epiſt. dedic. Exercit. veræ pietatis) *diſplicere fateor neſcio qvarum* Duliarum *prophaſi ſeu prætextu affirmari Divos Divorumq́ ſtatuas adoratione coli tàm poſſe qvàm debere. Veteris Eccleſiæ Theologi prædicârunt ad populum, ſanctos honorandos non adorandos eſſe. Etenim qvi iſtud de ſanctis ipſis verè prædicârunt, qvid putas de ſanctorum ſtatuis vel in ſpeciem adoratis, vel ſimilitudine divini cultus honoratis prædicaturos? Qui adorant in Eccleſiâ ſtatuas ullâ ſpecie, non multùm diſſimiles eſſe videntur, qvi olim adorârunt Deos Deasq́: cujusmodi eſt ſaxum qvadriforme temporibus Druſi Germanici ac aliorum Ducum Romanorum ab ipſis Ethnicis fabrefactum, quod in horto domus* (Moguntiæ ſc. ubi monumenta Ethnica qvamplurima viſuntur, qvæ collecta dedit in lucem Joh. Huttichius) *è qvâ iſtuc exaro, viſitur. Ubi noſtræ mentis eſt ſobrietas, contra legem divinam, ad adorandum incurvari coram ſculptilibus aut conflatilibus; illisq́ honores Deo debitos impendere?* Adhuc ſi viveret Ennius, & ritus Romanorū videret, vix dubitamus qnin ut olim dixit, ſic jam eſſet dicturus.

Moribus antiqvis res ſtat Romana.

Ad hoc probandum multa eximia adferre poterit, ſi qvis legerit de Ethnicô-Papismo Dn. D. Nicol. Hunnium in Tractatu pererudito *de Apoſtaſia Eccleſiæ Romanæ.* qui nominatim pag. 499. edoceat Gretſerum & complices, qvomodo Ethnicos in exemplum Chriſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

anis imitandum adſciſcere debeant. Davidem Mejerum *in Tranſenna Hiſtoricô-Theologicâ de Papatu Romanenſi per Ethniciſmum imprægnato*. Caſp. Grevinchovium *in Collatione Papatus cum Paganiſmo*. Qvos qui legerit, non illos

Expectata ſeges vanis eludet avenis.

Goliath iſte & Hector Pontificiorum ROBERTUS BELLARMINUS *Purgatorium* probare non erubeſcit ex univerſali conſenſu omnium populorum; ex Alcorano, Platone, Cicerone, Virgilio, Claudiano. Sic enim apertè *lib. 1. de Purgat. c. XI.* ſcribit. *Tertia ratio ſumitur à communi opinione omnium gentium. Id enim confitentur Ebræi, Mahumetani, Gentiles, iiq́; tàm Philoſophi qvàm Poetæ. De Hebræis patet ex lib. 2. Maccab. cap. XII. nam ſaltem fides eſt adhibenda ei libro, qvæ adhibetur Livio. De Mahumetanis patet ex Alcorano, ubi Purgatorium diſertè confitentur. De Ethnicis patet ex Platone in Gorgia & Phædone: ex Cicerone in Somnio Scipionis in fine & Virgil. 6. Æneid. Ergò exercentur pœnis; veterumqvé malorum ſupplicia expendunt. ut ex Claudiano lib. 2. in Ruffin. circa finem,*

Qvos ubi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine.

Sicut etiam Bernardus Lutzenburgenſis *in Præfat. lib. de Purgat.* ſcribit. *Saraceni fidei noſtræ æmuli erunt eorum* (negantiũ Purgatoriũ) *judices. Nam & Mahumetus artic. 10. & Plato Purgatorium ponunt.* Qvi ipſe tamẽ novitatẽ hujus dogmatis non obſcurè innuit, qvando pergit. *In primitiva Eccleſia rara fuit de purgatorio mẽtio, eò qvod tùm non neceſſaria fuit Purgatorii & Indulgentia-*

rum fides, atq; nunc eſt. Per Deum, ajebat ille, Lutherani* indigni, qui Purgatorium intrent. Per nos liceat ſuum ſibi retinere Purgatorium, *Langvētibus in purgatorio, qui torqventur ardore nimio, ſubveniat tua compaſſio;* Qvod ex Ethniciſmo ad eos fuiſſe derivatum, Ludov. de la Cerda *Comm. in Virgil. VI. Æneid. v. 606. & v. 735.* Natalis Comes *3. Mythol. cap. 9. & 20.* non diffitentur. Fruſtra autem ſunt, quod univerſalem gentium conſenſum obtrudunt. meminimus qvidem* iſtius paragraphi, *quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes populos peræqvè cuſtoditur, vocaturqvé jus gentium, qvaſi quo jure omnes gentes utuntur.* At vero *in rebus merè humanis*, regula iſta rectè applicata locum habet; unde ex plurium gentium ſcitis, placitis moribusq; receptis deduci ſolent argumenta. *In rebus divinis* res aliter ſe habet. quis enim diffitetur, rectum humanæ rationis, qvæ pro naturalis juris indice haberi ſolet, uſum circa res divinas ex plurimarum gentium moribus, qvod facit Bellerminus, non rectè deſumi? Nam per omnia ſecula & orbis terrarum regiones, homines extra Judaiſmum & Chriſtianiſmum de hujusmodi rebus, aut ſine examinis congrui accuratione, aut commodis ſuis, aut plebis indoli inſervientes, de divinis decernere ſunt ſoliti; ut Pagani & Saraceni Purgatorium ſtatuentes & id genus alia.

* Scherer. in Fuga Mel. pag. 550.

* Inſtit. de jur. nat. §. jus nat.

Frigidè, non tamen in παπαμανένϛων gratiam fruſtra, MARTINUS BECANUS *lib. 1. cap. 13. concl. 13.* allegat pro ſuorum cœlibatu impuro conſvetudinem Romanorum, qvi militibus prohibebant conjugium, ut tātò faciliùs vacare poſſent militiæ; uti ex Cornelio Tacito & Dione docet. A conjugio arcebant milites Ro-

manæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

manæ leges, non à Venere ſive ſcortatione, qvæ pa-
tratum pauxillulum eſt gentilibus atq; Papiſtis. Unde
& leges de militibus concubinariis procaciter clericis
concubinariis adaptari non veretur Rolandꝰ à Valle* * Vol. 1. Conſ. 68.
nam *in hac materiâ*, ait, *æqviparatur miles armatæ mili-
tiæ & cæleſtis;* cum probare vellet, clerum non poſſe
concubinæ ſuæ legare. Invehit alibi Becanus* virulẽ- * c. 2. qvæſt. 5. n. 9. de juſt.
ter in Chemnitium, qui *in Loc. de Juſtif. pag. 625.* vocis
δικαιόω (qvâ in negotio juſtificationis utitur Apoſtolꝰ) Rom. 3. v. 24.
ſignificationem genuinam eruit non tantùm ex per-
petuo S. Scripturæ uſu, ſed etiam ex profanâ literatu-
râ. conſtanter enim tàm ſacri qvàm profani autores
τὸ δικαιοῦν in ſuâ quisq; lingvâ in forenſi ſignificatione
pro *accuſatum in judicio abſolvere* & *juſtum pronuncia-
re* uſurpant; qva de re Theologi & pleniùs & planius.
Inter cætera Becani verba ſunt, qvæ ſubjicio. *Quid
ſentiant profani Autores de hoc nomine* (juſtificare) *non
multùm refert: malim ego ex ſanctis Patribus, qvàm ex
Plauto vel Terentio diſcere ſenſum & interpretationem
Scripturarum. Hoc notent noſtri Novatores.* Malim & e-
go ex S. Scriptura & venerandâ Antiqvitate Cælibatũ
veſtrum mihi probari, ſive, ut cum tui ſimilibus lo-
qvar, exemplificari, qvàm ex Cornelio Tacito & Dio-
ne. Hoc notent noſtri Novatores in omnem calum-
niandi occaſionem intenti; quos adire jubemus lucu-
lentum Tractatum D. Calixti *de Conjugio Clericorum;*
in qvo frangent potius dentes, quàm impriment.

Frigidè iidem & perabſurdè ex *Funeratione Jacobi*
Ægyptiorum more adornatâ, *Trigeſimas, Septimas, An-
niverſaria,* volunt oſtendere. Ex magicorum libro-
rum incendio apud Epheſios, noſtrorum Codicum
crema-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

crematione m & condemnationem, concludunt. Ex figmentis Platonicis apparationes Spirituum. Ex fabulâ Euridices quaſi occaſione Protevangelii cõfictâ, ad probandam lectionem ſpuriam. *Ipſa conteret caput ſerpentis*, Carbonarius rationem miſerè, cum idem per idem falſum probetur, arceſſit. Cur enim, cedo, fabula Euridices, morſu ſerpentis interemtæ, magis ex hâc ſcripturâ conficta ſit à Poetis, qvàm illa de Apolline Pythonem ſerpentem interficiente? de Hercule hydram Lernæam conficiente? Et unde conſtat, fabulam Euridices ex ſcriptura fuiſſe contortam? Deum immortalem! qvam rancida ſub his involucris latet argumentationum farrago, qvam nugatoribus relinqvimus.

Nec minus illi irreligioſitatis effugiēt notam, qvì, qvod legant Latinis τὸ *Facere*, uſurpari quod *rem divinam facere* ſive *ſacrificare*, neſcio qvid ad SS. myſterii verba: *Hoc facite in mei commemorationem*, ineptiunt, ne quid graviùs dicam. Eadem στρεβλόσαι, Juſtus Velſius, Haganus, cum Francofurti ad Mœnum publicè diſputaſſet *de libertate arbitrii hominis*, ſolitus erat (ut erat homo arrogans) dicere, ſe Calvinum Antagoniſtam jugulaſſe *gladio Ariſtotelis*, & Theologum à ſe Philoſopho fuiſſe debellatum. Ejusmodi στρεβλωτής erat *Petrus Pomponatius*, qui enarrans *Ariſtotelem* & *Averroem* Bononiæ *animas poſt corporis mortem interituras* ex Ariſtotelis ſententia probare nixus, juventutem valde corruperat, & ad diſſolvendam Chriſtianæ vitæ diſciplinam fœda fundamenta jecerat, ſeq; eo tuebatur, qvod *philoſophicè* loqueretur, ſed aliter, cum Chriſtianus eſſet, ſentiret. *Immortalem eſſe animam*, inquiebat,

Opmeer in Chron. f. 496.

bat, *non credo ſed ſcio*; quam ſententiæ profanitatem ipſe deteſtatur Petrus Opmeer *in Oper. Chr. pag. 453.* Ejusmodi glandibus, relictis frugibus, veſcitur ille Philoſophus, qui defendit hanc propoſitionem, *Mundus eſt æternus*, veram eſſe in Philoſophiâ, falſam in Theologiâ. cum tamen nihil philoſophicè & verum & Theologicè falſum ſit, veritas enim una & ſimplex eſt; ſicut una rei eſſentia. de quo ſubtiliter tractat Cornelius Martini, *in Malleo Impietatis Hofmannianæ*; adeoq́; illi ſecundum hominem, non ſecundum Deū, philoſophati ſunt. Hinc multum ſubſidii qværere, eſt ἐπὶ ῥιπὸς τὸν αἰγαῖον διαπλεῦσαι, id eſt: *virgultea ſcaphâ Ægeum transmittere*; & ψηφοπαικτεῖν τὴν ἀλήθειαν, veritatem evertere ſubtilibus commentis. Craſſum enim genus iſtud, quoniam è profanis præpoſterè judicat ea qvæ ſunt Spiritûs, paſſim labitur & errat. Qvæ non exempla hîc poſſent congeri eorum, qvi, aut dejecti ſubſidiis ſacri codicis, aut præjudiciis abducti, fragili lembo in vaſta philologiæ æquora excurrunt,

miſeri ſpe præfulgente lucelli?

Frivolum eſt & inconveniens, qvod Georgius Enjedinus *in lib. Explic. locorum V. & N. T.* Paulinam illam phraſin de æternâ Chriſti Deitate *Gal 1. v. 1.* Παῦλος Ἀπόστολος, οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπου; ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, ad illam Ariſtophanæam *in Pluto act. 1. ſc. 1.* ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ᾽ ἐστίν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, confert. Inquit *Apoſtolicâ oppoſitione Chriſtum è numero hominum non excludi; ſed propter excellentiam ac ſingulare privilegium, qvod præ cæteris hominibus habet, à reliquis vulgaribus hominibus eximi & ſeorſim nominari, omnibusq́; in terrâ viventibus hominibus, non quidem naturæ, ſed conditionis*

 ſaltem

ſaltem ratione opponi. Tàm profanis qvàm ſacris, tàm Græcis quàm Latinis ſcriptoribus in more poſitum eſſe, ut unum aliquem propter excellentiam & ſingulare privilegium è numero & ordine cæterorum ejusdem generis & ſpeciei eximant. Primum exemplum ex Ariſtophane depromit; cætera è ſacris Evangeliſtarum verbis. Sufficit ad inſtitutum noſtrum negare, Ariſtophanem in primo ſui Pluti verſu ſimili uti locutione; ſiqvidem ille copulatè loqvitur. Ζεῦ καὶ θεοί. Apoſtolus vero hîc non copulatè, δὶ ἀνθρώπου καὶ διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ; ſed ἀντιθετικῶς, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ. ex qvâ antitheſi verè mõſtratur Chriſtus, non nudus tantùm homo, ſicut illi ſunt, è qvibus & per qvos ſe vocatum negat Apoſtolus, ſed multò plus, qvàm illi ſunt, qui tantùm hominis ψιλοῦ merentur nomen; ſc. Homo-Deus.

*De genitrice puer, de genitore Deus**.

* Lev. Torrentius.

Eſt non-nemo (cujꝰ magnifacio nomen, cujus eam ob causã prætermitto nomen) qui ad Petroniũ, in quo eſt nihil non ſordium impudicarũ, ſtudioſè congeſſit ex Cãtico Canticorũ, in qvo eſt nihil ſordium impudicarum, Spiritus S. ῥήματα. Ut præbeam guſtum. Verba illa de ſponsâ Eccleſiâ apud Salomonem*. *Nigra ſum, ſed formoſa.* de nigredine fuſcâ Ægyptiorum explicat; *quia Sunamitis erat Ægyptia Pharaonis Regis filia. Ægyptii autem & Syri ſubnigri ſunt & fuſci.* Hoc nimirum eſt ſpectra prodere pro rebus, & dona ingenii divinitùs conceſſa in frivolis conſumere. Mirum in illum philologum tantam potuiſſe cadere ἀβλεψίαν! Parum enim providè graviſſima & diviniſſima ſenſa Cantici ad ſermones laſcivos amantium torqvet. nam qvæ in hoc genere à Petronio traduntur, & impia & laſciva ſunt,

* Cant. c. 1. v. 7.

ſunt, ac proinde Chriſtianis Interpretibus debent eſſe inviſa. Qvis enim dabit mundum ſenſum ex immundo? ut ex Jobo* loqvar. Taceat Canticum in Magiſtro * cap.14. 4.
neqvitiæ Petronio, & Magiſter inſcitiæ Petronius, qui de vitiis & corruptis moribus & amoribus Romanorum, æviq; Tiberiani ac Neroniani ſpurcè ſcripſit, in Cantico, cujus ſcriptor divinus non in humanis (qvod ille interpres putavit) ſed divinis verſatur amoribus; quorum explicationem puram, illibatam, virginalemq́;, non meretriciam Petronianeam, eſſe percupimus. Et qvid Ægyptia Sunamitis ad filias Jeruſalem, quas alloqvitur divinus autor? nam de ſe ſic ait ſponſa.: *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem* כאהלי קדר כיריעות שלמה, *ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles* (δέῤῥεις) *Salomonis*. Lutherus: **wie die teppiche Salomo.** Genevenſes in margine: comme les pavillons i. e. ſicut conopéa ſive lecti tentoriola: quod vocis etiam de caſtrenſi tabernaculo ipſis uſurpatur. Senſus eſt: *Foris non ſplendeo, inſtar hypocritarum, ſed ſum denigrata afflictionibus.* quomodo, ut calamitates exaggerent, Judæi apud Prophetam* conqveruntur pelles * Thr.c.5.v.10
ſuas denigratas inſtar clibani, nigrorem contrahentis, à facie tempeſtatum. *Sordeo ante conſpectum mundi; intus a. fulgeo variis Spiritus S. donis.* Elegans translatio à tabernaculis Cedar & aulæis Salomonis deſumta; ut membrū unum alteri invicem ex mutuâ verborū trajectione responderet; *Tabernacula Cedar*, quæ ſub dio æſtui Solis expoſita nigreſcunt, *nigredini* ſponſæ; pelles vero ſive *aulæa Salomonis*, qvæ ex יריעות i. e. cortinis fiebant, *formoſitati*; ita ut ordo verborum ſic ſeſe habeat. Nigra ſum, filiæ Jeruſalem, ſicut tabernacu-

la Cedar, ſed formoſa, ſicut tapetia Salomonis. Alluſit autem Scriptor divinus vel maximè ad gratioſam venuſtatem orientalium, ut divini amoris myſteria q. ob oculos poneret; *ut, qvod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplaq; teneatur*, quod ait alicubi Hieronymus*. Eſt autem nigredo, oculorum præſertim, in delitiis etiam nunc populis orientalibus; qui etiam collyrio, quod ex lapide quodam Perſico conficitur, palpebras amabili nigredine ſolent inficere. Nec ſolum his, ſed etiam aliis populis occidentalibus; notante Meurſio*. Sic olim Cyprianus *de habitu Virg.* notavit oculos circumducto nigrore fucatos, & inter alia faciei medicamenta *nigri pulveris* meminit. Quæ ipſa, ut digna ſunt fide, citra omne dubium exprimere voluit Salomon: non vero amorem illum, quo deperibat ἀλόγῳ ἡδονῇ, ut Joſephus vernaculus Judæorum hiſtoricus loquitur, externas mulieres, reſpicere. Retrahamus ergo oculos à vanis: & intueamur hîc caſtè eloqventiam ſacram, magis ut Cicero humanam, tanquam Virginē: *domi teneamus eam ſeptam liberali cuſtodiâ, & hos ignotos atq; impudentes procos repudiemus, tueamurq; ut adultam virginem caſtè, & ab amatorum impetu, quantum poſſumus, prohibeamus**. Res ſacras eo animo in manus ſumere cavebis, qvo ſumis Noctes Gellianas, Satyricon Petronii, Ovidii Metamorphoſes aut fabulas Æſopi. In tali arte ars nulla, argumentum nullum conveniens, nulla tuta fides. Ideoq; cave ſis ſequaris modum Interpretis doctiſſimi, & cogites tecum. Quid ſui (Petronio) cum amarantho? Quid facit cum Pſalterio Horatius? Quid commercii Chriſto & Ariſtoteli?

* in Matt.

* in ſpicil Theoc. pag. 17.

*lib. ult. de Cl. Orat.

ſtoteli? cum Evangeliis Maro? cum Apoſtolis Cicero? Non conveniunt Davidi arma Saulis. Intra terminos φιλολογεῖν oportet: nec licet temerè cantare canticum Domini in terrâ alienâ. Quod utinam J. P. P. non neglexiſſet! Ex Orco revocat iſte Plautum, ut cum Diis Plautinis labefactet ſanctiſſimum religionis Chriſtianæ myſterium, de omnipræſentiâ Chriſti, quâ hominis. Verba ejus dabo: *Certe* Plauto noſtro portentum illud Ubiqvitatis ne qvicquam perſvaderi potuiſſet: qvo ſtatuitur illud in pluribus locis ſimul eſſe. Refutavi illud in Amphitruone.* Subjungit verba contraria facto. *Sic n. literæ humaniores tractandæ ſunt, ut ad gnomonem ſacrarum literarum dirigantur.* ô cœlum, ô terra! Argumētum ſanè Ethnico homine potius qvàm Chriſtiano, qualis ille vult videri, dignum. quod ne quidem Vir magnus Joh. Gruterus* in homine iſto ferre poteſt; cum paucis deceat philoſophari, ut ille apud Ennium Neoptolemus. Nos mordicus teneamus illud Apoſtolicum*. *Nos non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum, qvi eſt ex Deo, ut ſciamus, qvæ à Chriſto nobis donata ſint, quæ & loquimur*, ὀυκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνοις σοφίας λόγοις, *non ſermonibus, qvos docet humana ſapientia, ſed qvos docet Spiritus Sanctus ſpiritualia ſpiritualibus comparantes.* Διακρίσει n. opus eſt cautâ, ne ex profanis explicemus, quæ ſunt Codicis ſacri propria & peculiaria. Suis enim utitur ut rebus, ita vocibus & phraſibus, quæ ſunt inimitabiles in myſteriis fidei; Videndum quid uſus & idioma hujus vel illius lingvæ ſecum ferat: habet enim, ut ſciunt lingvarum periti, qvælibet lingva ſuas proprietates & conſuetudines ab aliarum lingvarum more diverſas. adeo ut aliter lingva Cadmi ſonet, ali-

*in Elect. Plaut. Tit. de Homine pag. 382.

* in Aſini Cumani Fraterculo p. 89. 90.

* 1. Corr. 2. v. 4. 5.

quando aliter lingva Canaan. Vox illa κεχαριτωμένη peculiari derivatione ἀπὸ τῆς χάριτος *Luc. 1. 28.* apud* nullum græcum autorẽ reperitur. De voce εὐλογίας ſimile quid tradit Hieronymus. Eccleſiæ nomen etſi de omni cœtu vel convocatione apud Græcos enunciari ſolet, tamen quia res divinæ & ſacræ ſua majeſtate, veritate, dignitate, omnibus deniq; modis humanas & profanas ſuperant, eò factum eſt, ut Eccleſiæ nomine καθ' ἐξοχὴν congregatio illa deſignetur ex ſcripturæ uſu, quam Deus vocatione ſalutari evocat. quæ verba ſunt Fr. Junii. Sic Flacius *part. 1. Clav.* notat diſparem uſum vocis *Imaginis* apud Latinos & Ebræos quem ſequitur Andreas Libavius, qui de variâ hujus vocis ſignificatione, apud Theologos, Philoſophos & alios interpretes egit. Sic vox *Electionis* ſive *Prædeſtinationis* aliter apud profanos uſurpatur, aliter in ſcripturâ. Idem judiciũ eſto de multis. Joachimi Camerarii verba egregia de locutionibus quibusdam eximiis & ſingularibus Scripturæ Sacræ hoc loco afferre non prorſus alienum puto. *Locutiones reperiuntur aliæ qvædam eximiæ & ſingulares de iis rebus, quæ neq; captu humanæ mentis comprehendi, neq; orationis facultate demonſtrari poſſunt; quæ ſunt figuræ ſermonis communiter, &, ut ita loquar, naturaliter omnibus mortalibus ubicunq; locorum & gentium inuſitatæ. Neq; quicqvam ſignificant uſpiam, niſi in cœtu & congregatione eorum, qui præconio divino vocati Magiſtrum habent & doctorem veritatis Spiritum Sanctum, qvem ab æterno Patre ſuo unigenitus Filius mittit Eccleſiæ ſuæ, in qva Verbum Dei religioſâ pietate prædicatur & auditur. Sunt autem eximiæ & ſingulares iſtæ locutiones eæ, quibus dogma comprehenditur, id eſt, capita* fidei

* Full. 1. Miſc. 8. Mayer. part. 2. Phil. p. 161.

Loc. de Eccl. cap. 1.

ſidei Chriſtianæ, & quibus arcanæ rei aperta actio inſtitui-
tur. Quæ ſunt Græcis μυστήρια, *Latinis Sacramenta.*
Hæc enim ad ſagacitatis humanæ veſtigationem nullo modo
revocari debent, neq; in his quaſi enucleandis adhiberi ad-
jumenta ulla ſolertiæ aut calliditatis. Cumq́; refragentur
iſta intelligentiæ & perſpicaciæ hominum, non etiam figu-
rarum quaſi beneficio ita conari quenquam oportet ita ex-
plicare, ut jam neq; arcana & ſacra, ſed vulgaria atq; pro-
fana appareant. Sed eſt fide & aſſenſione tantum hâc in par-
te opus, quæ quidem ſit ἀδιαλόγιστος καὶ ἀδιάκριτος. *His a-*
ſingularibus, eximiis, inuſitatis locutionibus exceptis (in
quibus tamen & ipſis verba orationemq́; intelligi ſi quis aſ-
ſentiri debeat, neceſſe eſt, nemo non videt) ad cætera omnis
ſagacitas ingenii, animi ſolertia, ſtudii induſtria, deniq;
mentis facultas atq; vis adhibeatur licet, ut quid, qvomodo
dicatur, planè & perſpicuè intelligi poſſit. Hæc iſte in præ-
fat. Notat. Figurarum ſermonis in libris 4. Evangelio-
rum pag. 7. & 8. Conf. eund. in c. 26. Matth. ſuper ver-
ba. λάβετε, φάγετε. Id autem putarem negligi non poſ-
ſe, ut, cum id ipſa feret occaſio, S. Scripturæ non
tam ritus quàm ſermones, cum qvibusdam profano-
rum teſtimoniis ſobriè componeremus, quando &
qvantũ opus erit, quod ab optimis quibusq́; fieri vide-
mꝰ, ſc. ut hujꝰ gentis Hebrææ cum inferioribꝰ, Græcis
Latinisq́;, qvà *lingvã*, qvà *ritus*, comparationẽ inſtitua-
mꝰ. *Non eſt qvod mireris, ex eâdẽ materiâ ſuis quemq; ſtudi-*
is apta colligere. In eodem prato bos herbã qværit, canis lepo-
rẽ, ciconia lacertã; quod Seneca Epiſt. 108. ait. Nos, pro-
ut occaſio & navigationis noſtræ facultas tulerit, in u-
troq; genere exempla aliquot ponemus, è quibus da-
bitur intelligere, quid ſit ſacrum ſtudium cum alieni-

gena-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

genarum & proſelytorum ritibus inſtitutisq; confer-re: non quod dogmata Eccleſiæ propria ex his confirmare ſtudeamus; fallitur enim

fidei qui propria ſcita
Fulcit docetq; ex Ethnicorum literis:
Non tamen aſpernatur condimenta profanæ
ſapientiæ, nec ornamenta negligit.

Vetuſtiſſimus inunctionum Uſus.

Ruth. cap. III. v. 3. *Lavare & ungere & induere cultioribus veſtimentis.* Mos fuit Ebræorum, Græcorum, & Romanorum, ut ſe ante cœnam & à balneis inungerent. In balneo ſolebant ſe ungvento perfundere non modò divites, ſed etiam infimæ ſortis homines & pauperes, ut notat Caſaubonus *ad Theophr. cap. 19.* qvin & ipſas aquas ungventis odoratis perfūdebant*: huicq; rei perficiundæ ſerviebant etiam ἀλείπται, *perunctores* Latinis; ſervi, qui in balneis Dominum ungebant, atq; illi muneri deſtinati erant, Victor *37. Var. lect. 1.* ubi teſtatur ſpectari Romæ in antiquo lapide, unctorem dextrâ manu guttum tenentem (vas ſc. olei plenum, è quo guttatim fundebat ſervus) nec longè ab eo ſtrigilem inciſam. Inde locus in balneo *unctariū* vocabatur, & *unctaria cella;* de quo Dempſter⁹ *ad Roſinum.* Hodiernorum orientalium autoritate ſatis etiam probari poteſt. Turcarum gens deditiſſima eſt balneis, quorum uſus per totam Turciam frequentiſſimus. nam inungunt univerſam faciem & corpus diligentiſſimè. de quibus vide *3. Obſer. 34.* Bellonium. Ad eum reſpicit morem Noomi, cum juſſit, ut Ruth ſe lavet & inungat. Ejus moris etiam exemplum invenimus in hiſtoriâ Judith, quæ profectura ad Holofer-

* Scriver ad 10 Mart. 13.

fernem prius ungvento faciem lotam inunxiſſe legitur c. 10. v. 3. *Et lavit os aquâ, & unxit ungvento pingvi, & impoſuit mitram ſuper ipſum, & induta eſt veſtimentis jucunditatis ſuæ.* De Suſanna lavante in horto, & famulas mittente, *ut afferant oleum & ſmigmata*, lege ſis Dan. cap. 13. ℣. 17. ubi memorabile illud impurorum Presbyterorum ſcelus in mulieris pudicitiam tentatum, tum ipſorum falſitas atq; impurities animi ſcelerata, deſcribitur & detegitur. *Exod. 2. v. 5.* legitur deſcenſus Filiæ Pharaonis, *ut lavaretur in flumine.* quam fuiſſe lotionem expiatoriam, ἁγνείας causâ in ſacris gentilium uſurpatam, aliqui volunt. David cum quiete meridianâ frueretur, & è ſomno evigilans in tecto regiæ ſuæ ambularet, ecce Uriæ, ſui fidelis miniſtri, *uxorem Bathſebam in horto vicina vidit nudam & ſeſe lavātem.* nuntiumq́; ad eam miſit, atq; *ad eam ingreditur*, ut Pſal. 51. titulus loquitur. In theſauris Hiskiæ Regis 2. Reg. 20. *aromata* & *ungventa* recenſentur. Eodem, reſpicit Ecleſiaſtes cap. 7. v. 2. *Melius eſt nomen bonum* משמן טוב *præ ungvento bono.* ut dicat, gratiorem eſſe famam poſt mortem, quàm odorem fragrantiſſimi ungventi; quo ipſo etiam ad condiendi cadavera ritū ſimul reſpexiſſe cenſet Autor μικρογκόσμȣ, ſub Emblemate: *Gentilium cadavera ſepeliebatur laurea.* Eodem puto, ſenſu Eccleſ. cap. 24. *Myrrha dedit odorem ſuum*, dicitur; myrrha n. à Theophraſto cōnumeratur inter lachrymas odoratas, quibus ad ungventa utuntur; ut etiam tradit Dominicus Vigna, Piſanus, *in Animadv.* (ridiculis ferme) *ad Theophraſt. de Plant.* ubi etiam cum Benjui cōtulit, quæ eſt lachryma Javenſis. omnis n. lachryma odorifera באן Arabib⁹ diciturâ; de quo Gar-

cias ab Orto *lib. 1. cap.* 5. in nominis etymologiâ erravit. In *Pſal. 103. v. 16.* vino tribuitur *exhilarare faciem in oleo* hoc eſt, ſicut oleum vel plusqvam oleum, *quod faciei illuſtrandæ* præter cæteros uſus inſervit. Ex hac communi hominum conſuetudine, formæ loquendi infinitæ natæ ſunt in omnibus Scriptoribus; quas nemo intelliget, niſi ipſam naturam, indolem, & quaſi ingenium rerum rituumq́; probè nôrit; ita enim ſæpè comparatum eſt, ut ſenſa verborum ab arcanis rerum, quibus ut ſcalis ad culmen ſolidioris ſcientiæ verborũ ſcanditur, pendeant. Hinc *illuminare faciem*, ex humano more ad Deum transfertur ad ejus clementiam & benignitatẽ judicãdam, & quæ ſunt autorũ loca alia.

Theologumena tractantibus notum eſt, mutilatos deminutosq́; ac multato (ut verbo Taciti utamur) corpore ad ſacerdotium in V. T. non fuiſſe adhibitos; ſanxit enim Deus Iſraelis *Levit. cap. 21. v. 17. ſeqq.* ut qui vitio aliquo corporis laborarent ſacerdotes, manci videl. gibboſi, vari, valgi, ſtrabones, pæti, aut aliter deformes, ſacrificiis abſtinerent. Exemplum de Hircano apud Druſium *5. Obſerv. 2.* legitote. Canones Põtificii idem ſtatuunt; ut Biſciola *l. 4. Horar. ſubſciſ. c. 21. Tom. 1.* recenſet. Idipſum & Ethnicis cautum, monet Declamat. 4. Seneca, ubi de Metello inquit. *Sacerdos integer ſit. Metellus Pontifex, qvum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdidit, ſacerdotium illi negatur.* Et mox. *Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vocanda* (vitanda) *eſt. Hoc in victimis notatur, qvantò magis in ſacerdotio.* Etiam hoc agebant, ut omni macula libera veſte uterentur, *puraq; in veſte Sacerdos*, ut Virgilius cecinit, Sacrificium perageret.

Servius

Servius teſtis eſt in Fragmentis, in ſacris *puram veſtem appellari, quæ nec funeſta ſit, neq; maculam habeat ex homine mortuo.* Nec ſacrificium licebat niſi mundis tangere, ut ille apud Virgilium *lib.2. Æneid.* teſtatur de ſe:

Tu genitor cape ſacrâ manu patriosq́; penates
Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Sic Telemachus Palladi ſupplicaturus manus aquâ lavit marinâ, ne impurus accederet, aut indigniùs, quàm ſacrorum jus poſcebat, ſeſe gereret. Atq; hæc quidem lotio vel purificatio corporis, maximè ante ſacrificia uſitata, duplex erat: altera *ad manus* pertinebat, altera *ad totum corpus. Illa* propriè χέρνιψ, ut ex Homero & Athenæo Lil. Gyraldus & Rhodiginus notârunt; hæc περίρρανσις appellatur. Exiſtimarunt enim quamcunq; noxiam ſymbolicâ iſtâ corporis purificatione à ſe removeri. quo externo ritu etiam Pilatus, picturatiſſimus homo, malignitatem actionum ſuarum amovere conatus eſt: *nam acceptâ aquâ lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſangvine hujus juſti.* Neq; autem ille ſimulatæ virtutis vanus oſtẽtator ideo fuit innocens, quia lavabat manus ſuas: diſcere enim debuiſſet à Poeta ſuo, qui Chriſtum Doctorem veritatis reſpuebat. Matt.27.v.24.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis Ovid.l.2.Faſt.
Flumineâ tolli poſſe putatis aquâ.

De quô ritu ſic ſcribit Anticlides lib.74. Redituum. *Erat antiquorum mos, qui nunc etiam ſervatur, ut qui cædem hominum vel aliorum animalium commiſiſſent, per-*

enni aquâ manus abluerent ad commiſſi piaculi luſtrationem. Hippocrates lib. de morbo ſacro: *Nos terminos templorum Diis deſignamus, ut nullus, qui non purus ſit, tranſcendat, & ingreſſi aſpergimur, non velut, qui inquinemur, ſed ſi quod etiam prius ſcelus habemus purificemur.* Ad qvem uſum in templis erant περιῤῥαντήρια & λουτρά; è quibus, qui templum ingrediebantur, ſeſe aſpergebant ipſi, aut à ſacrificulis aſpergebantur, ut puri caſtiq; Deos accederent. Vetera hæc relinquo ſileriq; patior, vel noſtræ memoriæ exemplis ero contentus. Ob eandem cauſam Turcæ hodie *fontes & ciſternas* habent ad veſtibula & introitum templorum, è quibus ante ingreſſum ſacrorum & precationes publicas ſolent manus, pedes, faciem, omniaq; ſenſuum organa, purgare; eò indicantes puro animo eſſe peragenda ſacra, purgandumq; illi animum ab omni labe, qui Deum accedere velit, quemadmodum ipſi puro ingrediuntur corpore; In deſertis vero ſi quando non datur aquæ copia, peregrè euntibus licet juxta conceſſionem legis Muhammedicæ adhibere *pulverem* ſive *arenam*, qua ſeſe fricent purgētq;. Lotioni addūt, ut in omni operis, teſte Georgiwizio, initio, precationem per totū Alcoranum, & omnes omnino libros Arabicos decantatiſſimā: *In nomine Dei miſeratoris miſericordis.* Id indicat Autor Elenchi τῶν Ισμαηλιτῶν, qui in Saracenicis apud Sylburgiū p. 29. extat: Κελεύει τοὺς εἰς εὐχὴν ἐρχομένους, καθαρίζειν ἑαυτοὺς. ὕδατι μὲν, εἰ πάρεστιν. εἰ δὲ ἄπεστι, χώματι. Adde teſtes omni exceptione majores, cum oculati ſint. Nicolaus Clenardus Epiſt. Feſæ Anno 1541. datâ ad J. Latomum, quæ lib. 1. Epp. pag. 62. extat, ſic refert: *Feſa diviſa in duas partes, Urbs vetus ingens eſt &*

populoſa. ajunt ibi eſſe templa ferme CCCC. totidem balnea. nam Mahometiſtæ crebrò lavant, nec poſſunt ſine luſtratione horarias preces peragere, ſi vel pepederint tantū. Cave rideas, non noſti eorum ceremonias. Georgi⁹ Douſa in deſcript. itiner. ſui Conſtantinopolitani pag. 73. ad Patrem. *Lotioni corporis plurimum tribuunt, putantes frequenti lotione animi ſordes elui. Immane apud eos piaculum illotis pedibus & veretro templum ingredi. Nunquam etiam videas Turcam ad requiſita naturæ ſecedentem, qvin ſtatim deinde partes obſcœnas lavet.* Iſtud à perfidis Judæis Muhametum perfidè accepiſſe Dionyſius Carthuſianus *in Refut. Alcoran. l. 2. art. 20. pag. 154.* ſentit. Hâc in parte Rutheni Græcos imitati certis qvoq; ceremoniis aquam conſecrant: quo peracto, viri fœminæq; ultro citroq;, abſq; ullo pudoris ſigno, in amnem ſe præcipitare ſolent, aquâq; iſta idola humectare, ut bene ſit Numinibus, candorem puritatemq; animi ſimul conteſtati; quam ipſorum amentiam literis mandârunt in Narratione hiſtoricâ itineris Moſcowitici, qvod Celciſs. Duci Holſatiæ JOHANNI fatale, heu, fuit. quod etiam antea non modò genere ſed etiam inter Danos literatâ virtute, quâ ſui ſimiles qvàm plurimos habet, Nobiliſſimus JACOBUS ab Ulfeld *in Hœdoporico Ruthenico* (quod Nobil. MELCHIOR Goldaſtus ab Haiminsfeldt edi curavit) *pag. 20.* ex αὐτοψίας teſtatus fuit. Nemo tam hoſpes eſt in Ebræorum Antiquitatibus, qui neſciat in magnificentiſſimo Salomonis templo fuiſſe mare æneum ſeu mare fuſile, vas nempe capaciſſimum, in quo Sacerdotes lavarēt; cujus erat uſus, ut inde Sacerdotes templum introeuntes *manus ac pedes abluerent* ad altare aſcenſuri. Iſtud

G 3 Simia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Simia Dei Diabolus imitatus eſt; nam à lege eas ceremonias derivatas fuiſſe ad gentes, contendit Lipomanus, ex quo operoſus ſcriptor Villalpandus* probavit. Lex Dei *pollutos Sacerdotes* ſacris & eſu ſacrorum, quousq; mundabantur, arcebat, neq; ceremonialiter immundos & ad tractanda vel comedenda ſacra admittebat; *Levit.cap.21.* & *cap.22.* Idem & Ethnicis perſvaſum fuit, *Sacrificia ab impuris oblata*, non eſſe Diis grata. in victimis Deos ſuos etiam externâ puritate coluiſſe, vulgatiſſimum eſt inter Latiæ Grajæq; gentis autores. Τὸ δαιμόνιον μᾶλλον πρὸς τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει: ait Porphyrius*. Solebant inſuper gentiles ſacrificiis peractis convivia agitare ex reliquiis ſacrificii in honorem Deorum ſuorum: ut ex *Deut.c.32.v.38. Jud.c.9.v.27. Baruch. 6.v.27.28. 1. Cor.10. v.21.* colligere eſt; & ut ex hiſtoriis liquet, ſolebant interdum ſacrificia liberalius fieri, & tanta cum copiâ victimarum, ut earum carnes in epulis ſacris ſimul omnes abſumi non poſſent. Tunc ergo quæ reliquæ fiebant, in macello vendebantur, & ex his collecta pecunia ad ſacerdotes redibat. Aliqui ex carnibus victimarum partem aliquam domum deferebant, ut domeſtici ſui, qui convivio ſacro non poterant intereſſe, ejus ita participes fierent. Addo, Chriſtianos tempore Apoſtolorum Corinthi, ad illas de idolothytis epulas inſtructas invitatos acceſſiſſe: quod in illis reprehendit *1.Cor.10.* Paulus, eosq; ad verum Deum jamjam cõverſos, à commercio epulantium amicorum, à quib⁹ invitati acceſſerant, dehortatur, ne ita ſint in communione Diabolorum ℣. 22. Eaq; causâ fideliter poſtea tàm religione qvàm etiam pietate edoctos Chriſtianæ

* T. 2. Expl. Ezech. part. 2. cap. 38.

* l. 2. de abſtin.

gen-

gentis homines abhorruiſſe ab his profanis cibis ex *Minutio* conſtat, apud quem hanc religionem exprobrans Chriſtianis ait: *Præcerptos cibos & delicatos potus abhorretis.* Etiamnum tàm Arabibus quàm Turcis ſuæ ſunt, quæ *Corban* dicuntur, victimæ votivæ: quarum cutis, caput, pedes & quarta pars carnis ſacerdoti præbetur, altera datur pauperibus, tertia vicinis, reliquam Victimatores ſibi & Comites parant ad veſcendum: quod *Druſius** obſervat. & referuntur quoq; iſtæ Turcarum ceremoniæ πατροπαράδοτοι à Barth. Georgievitz* & Benjamino Tudelenſi *in Itinerario*. Quæ rudera ſunt, ex occaſu illius antiquioris moris Judæorũ; nullus n. dubito morem hunc gentilibus obſervatum, à Judæorum ſacrificiis dimanaſſe, ubi dabatur ex Dei ordinatione portio iis, qui ipſa obtulerant, ut coram Domino edentes unà exhilarentur. Hanc Dei ordinationem Diabolum in ſacrificiis gentilium æmulanter affectaſſe, nemo negabit, cui nota ſunt κακοζηλίας exempla; quo de vide Bonfrerium *in Pentateuchum*, & Wolfgang. Frantzium *de Sacrificiis*.

* lib. 2. c. 17. de ſect. Judæorum

* l. 2. c. 1. R. T.

Miplezeth & Baal-Peor Priapo aſſimilati.

1. Reg. IV. v. 13. *Aſa Rex Maacham matrẽ ſuã amovit, ne princeps eſſet in ſacris Priapi.* Ebræũ *Miplezeth* Vet⁹ interpres *de Priapo* intellexit; quem hortorium fuiſſe Deum ex Ethnicis Scriptoribus pervagatum eſt, & de cujus fœditate plus eſt in eorum libris, quàm caſtitati legentium intereſt. Tigurini, ut librum cuivis relinquerẽt judicium, Ebræum nomen מפלצת retinent. Idem placuit Luthero; qui *in notis* ait. **Wer der Miplezeth geweſen ſey/ iſt ungewiß. Etliche ſagen/ es ſey der Abgot** Priap⁹ **geweſen.** Interpretes alii ad verbũ, unde deductum eſt, reſpicientes appellativè vertunt.

nam

nam Ariæmontanus *Terriculamēta* expoſuit. Junius & Tremellius: *Horrēdam ſtatuam.* Gallicus interpres: *Un marmouſet;* quod exponit ſtatim; *un eſpoventail;* & de eo dicitur, quod terrorem incutit ſive terriculum, *μορμολυκεῖον;* nam *eſpouvanter* illis ſonat: *territare, terrere.* Piſcator: **Ein ſcheutzlichen Götzen.** Quæ verſiones optimè cum Ebræo Miplezeth quadrant; eſt n. מפלצת à פלץ, terreri, formidare, contremiſcere: quia idola omnia ſuis cultorib⁹ ſūt אימים ועצבים i.e.

*Jer. 50. v. 38. Oſ. 4. 17. *terrores* & *dolores*; uti ex ſacris* habemus. itaq; concinnè R. Levi Ben-Gerſom h.l. nominis rationem eſſe ait לפי שהוא מביא פלצה וצרות לעובדיו *ideo quod tremorem affert & calamitates multas eis, qui eum coluêre.* nam dolores & anguſtias ſecum fert potius, quàm tranquillitatem animis cultorum Miplezeth. Idem de Priapo, avicularum & Furum terriculo & prohibitore, autores habent. Horatius:

Deus inde ego, Furum aviumq;
Maxima Formido.

Eundem in modum explicandus Virgilius:

Et cuſtos furum atq; avium cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Geminum cum Priapo fuiſſe *Belum Phegorium* ſive *Baal Phegor*, veteres contenderunt, Gyraldo teſte. Baal Peor autem idolum fuiſſe Moabitarum, ſatis conſtat ex hiſtoriâ, quæ habetur *Num. cap. 25. v. 3.* Iſidorus orig. l. 8. *Beel-Phegor interpretatur ſimulachrū ignominiæ* (Origeni hom. 20. in Num. dicitur idolum turpitudinis) *Idolum enim fuit Moab cognomento Baal ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, Deum hortorum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

rum. Et Hieronymus ad Eſa. c. 15. idolum Moabitarum Camos nomine tantummodò à Baal-Phegor diſtare ſenſit; *In Nabo*, ait, *erat Chemos idolum conſecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor.* Apollinarius Saturno comparavit, cujus verba ſunt: εἴδωλον δὲ τὸ Βάαλ ἐν τόπῳ Φεγώρ. ἕλληνες δὲ τὸν Βάαλ βὴλ ὀνομάζουσι, ὃν φασὶν εἶναι τὸν Κρόνον. *Simulacrum eſt Baal in loco Phegor. Græci Baal Belum appellant, quem ajunt eundem eſſe Saturnū.* Idolum iſtud, qualecunq; ſit, à monte Phegor, cujus mentio fit *Num. 23. v. 28.* nomen accepiſſe Suidas, Theodoretus & alii volunt. Qui literas in literis ſectantur, à *denudando* & *aperiendo* nomen habere dicunt. פער enim ſignificat, *aperire, denudare, diſtendere*; nimirū quod Priapo (quod ipſum à פער levi metatheſi deduci poteſt) ut *Autor obſcœni carminis* obſcœnè dicit, virile membrum ſemper ſit apertū, nunquam veſte obtectum, ſed tentum; ſicut τὸ αἰδοῖον *Catullo** & *Horatio** dicitur, quæ ut purgentur verba, ad Anticyras mittimus. Sic autem loqventem introducit:

* Carm. 81.
* Epod. od. 12.

Cur obſcœna mihi pars ſit ſine veſte, requiris?
Quare tegat nullus cur ſua ſigna Deus.

Et iterum: *Nos pudore pulſo*
ſtamus ſub Iove coleîs apertis.

Figuram hanc, quam deſcribit Poeta, ex antiquo marmore repræſentat Antonius du Pois *in Diſcurſ. ſur les medailles & graveurs antiques*: Item Boiſſardus *in Antiquit. Rom.* Nec diverſam, puto, figuram tetigit Propheta Oſeas; cujus ſententiâ ob fœdum aſpectum, & obſcœnam colentium libidinem, *pudendum idolum* pronuntiatur, cum *cap. IX. u. 10.* ſui ſeculi hominum

 libi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

libidinem ſummam reprehendiſſet in his verbis: *Ipſi venerunt ad Beelphegor, & ſeparaverunt ſe pudori,* (Luth: **dem ſchändtlichen Abgott.**) *& fuerunt abominationes ſecundum amorem ipſorum.* Vocabulum, quod in Ebræo habetur, בשת ſignificat *pudorem* vel *pudendum* à R. בוש, *erubeſcere, pudere, pudefieri;* & idipſum non aliâ quàm putidâ notione occurrit ap. Prophetam *Jeremiam c.3. v. 24.25. Boſchet devoravit laborem patrum noſtrorum;* ad quem locum ſcribit *Kimchi* ſic Baal vocari. ſanè commutari inter ſe *Baal* & *Boſchet* ex ſacris diſcimus. Dicit itaq; Oſeas, Iſraelitas degeneres itaſſe ad idolum pudendum & turpe Beelphegor; atq; in ipſius honorem fornicationem exercuiſſe tàm corporalem quàm ſpiritualem *Num c.25. v. 1. 2 3.* quibus in verſibus perhibetur, fœminas Moabiticas eleganti formâ, hortatu Balaami, Iſraelitas non tàm ad ſcortationem quàm cultum idolorum, quem ſub ſtupri & libidinum vocibus ob ſimilitudinem affectuum & effectuum ſacro ſermone deſcribi mox infrà videbimus, illecebris ſuis cepiſſe; ſicut etiam juſtâ irâ motus Moſes *cap. XXXI. v.15 & 16.* ait: *Cur fœminas reſervaſtis? Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Dominum ſuper peccato Phegor, unde & percuſſus eſt populus?* Hieronymus* iterum: *Beelphegor idoli nomen eſt, quod apud Madianitas præcipuè à mulieribus colebatur. Interpretationem nominis ipſius, cum requireremus attentius inter Ebrææ nomina, hoc tantùm invenimus ſcriptum, quia Beel-Phegor ſpecies ſit turpitudinis.* Turpitudinem illam in denudatione (ſit honos auribus) membri virilis ejusquè oſtenſione conſtitiſſe, affirmat in Commentariis

* in Interpret. Nom. Ebr.

ad Oſeam. quamvis de ſingulari hac colendi ratione, quæ cōſiſtit in fœdis libidinibꝰ, ap. Moabitidas, meritò dubitet Rivetus, quem *in Comment. ad Oſ. cap. 4. p. 144. & ad c. 9. pag. 303.* conſule. Ipſi etiam Ebræi doctiſſimi Pehoris cultum deteſtandum denudatione pudêdâ fuiſſe factum tradunt, atq; ex iis omnium doctiſſimè CL. Dn. D. L'Empereur *in Notis ad Cod. Middoth cap. 3. ſect. 5. pag. 116. 117.* Eò ocyus inquiſitio lectoris decurrat. Accedit ad hanc idoli turpitudinem, quod inſanis & pudendis ſacris iſtius *Meretrices* adhibebantur Antiſtites, ſi rectè ex Oſea Hieronymus colligit. nam cū priꝰ quædam pręmiſiſſet de ſacerdotibꝰ Cybeles, ſubjecerat iſta: *Iſtiusmodi idololatria erat in Iſrael, colentibus maximè fœminis Beelphegor ob obſcœni magnitudinem, quem nos Priapum poſſumus appellare...... Sciendum autem, quod in præſenti* קדשות *meretrices*, ἱερεῖς *id eſt, ſacerdotes Priapo mancipatas vocet.* Ut etiam dicebantur קדשים ſacerdotes Aſtartæ Deæ: de queîs Seldenus *Syntagm. 2. cap. 2. p. 237.* & de Miphlezeth ac Baal-Peor *Syntag. 1. cap. 5. & Syntagm. 2. cap. 5.* conſulendus. LXX. τετελεσμένους vocant, i.e. μεμυημένους, τὰ τῶν δαιμόνων μυστήρια διδασκομένους, ut *Theodoretus* explicat, initiatos idolis. & eodem ſenſu τελεῖσθαι καὶ τελειοῦσθαι uſurpatur *Pſal. 105. v. 29.* ſ. *Pſal. 106. v. 28.* Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βελφεγώρ. *Initiata vel conſecrata erant Beelphegor*, dum ſolennes ac feſtivos ei dies celebrarent. nam τέλη καὶ τελεταί ſunt ſacra & ceremoniæ Deorum, luſtrationes, quas, teſte Platone, τελετὰς vocabant, quòd ἐν τῷ τέλει i.e. *in mor-* lib. 2. de Rep. *te*, ea ſacrificia fierent Diis Manibus. de quibus ſacrificiis d. Pſ. agi quibusdam viſum eſt; & *ſacrificia mortuorum* vocari, quæ Diis falſis & idolis inanimis offerrētur.

tur.ubi Bellarmini verba f.694.ſunt. *Comederunt ſacricia mortuorum*, id eſt, *comederunt ſacrificia oblata Diis mortuis, non Deo vivo, qui unus verus eſt Deus: dicuntur autem Dii mortui, vel ipſa idola, quæ veluti mortua oculos habent, & non vident; aures habent & non audiunt: vel homines mortui, qui à paganis referebantur in Deos, quales erant in Ægypto Apis & Serapis; apud Græcos Jupiter & Apollo; apud Romanos Romulus & alii.* Atq; indè venit ὁ τελεσφόρος i. e. μυσταγωγὸς, ὁ τελειωτὴς, μύστης. de quo *Deut. 23. v. 17.* οὐκ ἔστι τελεσφόρος ἀπὸ τῶν θυγατέρων Ισραὴλ &c. quæ verba de initiatione pudendâ in ſacris idolorum doctè à Bonfrerio* explicantur.

*p.1002. ſeq.

Lotio funerandorum.

Act. c.IX. v.37. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν, λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ. *Factum eſt autem in diebus, ut infirmata moreretur: quam cum laviſſent, poſuerunt eam in cœnaculo.* Facile expiſcatu ex veterum monimentis, Dorcada fuiſſe lotam, quid in Actis ſit? Soliti ſunt Veteres *Judæi*, *Græci*, *Romani*, corpora defunctorum aquâ lavare, & lota deinceps ad ſepulturam tibiis canentibus efferre. Nam ubi apud *Romanos** animam exhalare cœpiſſet ægrot⁹, qui proximiores erant, ſpiritum ejus excipiebant, morientisq; claudebant oculos. Defuncti dein corpus conclamabatur, & aquâ calidâ ablutum ungebatur, cui operi deſtinati Pollinctores, atq; demum flebile carmen ad tibias in funeris deductione canebant. *Græci* itidem ſolebant morientes ὀρθοῦν, eorumq; membra abluere. Apud illos miſer Socrates, meliore dignus ſorte, cicutam hauſturus, primùm ſe lavare velle ait, ne mulieribus moleſtiam abluendo cadavere præbeat; & noviſſima verba hæc fuiſſe: *Mi Crito, debemus*

* Roſinus 5. Antiquit. 39.

Gallum

Gallum Æſculapio, quæſo perſolvatur, ſcribit in Phædrone Plato. In Bione, cujus extat Epitaphium Adonidis, *idyll.* 1. Adonin mortuum lavant Amores & ungit Venus. Apud Euripidem Creon Jocaſten accerſit, ut filium mortuum lavet & componat. *De Judæis* notamus ex Hal. Ebhel c. 8. teſtimonium. *Abradunt* (mortuo) *pilos corporis & lavant mundiſſimè, in teſtimonium futuri judicii quia coram tribunali comparituros puros eſſe decet, mox veſtiunt involucris, candido filo lineo conſutis, neq; pretioſis.* Ebræa ſi deſideras, adi Cl. Schickardum, *in de Jure regio Ebr. cap. 6. pag. 157.* Eam cadaverum lotionem hodie durare in locis aliquib⁹ traditur, præſertim in Cretâ & partibus Italiæ; & teſtis eſt auritus Angelus Roccha à Camerino * per *præficas mercenarias*, quæ ut luctui præeſſent, pretio conduci ſolebant, lugendi conſuetudinem etiamnum in Siciliâ, Apuliâ & Calabriâ conſervari. Nec hodie inter Turcas *lotio cadaverũ* deſiit, de quâ *in hiſt. Sarac. Elmacini l. 2. cap. 11. pag. 140.* in funere XXX. Regis Muſlimorum Haronis Wacici exemplum legimus; ut & *lib. 3. cap 2. pag. 213.* memoravit, tantam fuiſſe peſtem Bagdadi; ut multi *ſine oratione & ablutione* mandati fuerint terræ. Singulis autem diebus Veneris Turcicæ fœminæ ad tumulum cognatorum & agnatorum, patris & matris, currentes inclamant nomen defuncti, ut næniis honorent. Triplicem veterum næniam fuiſſe Gutherius *1. de jure manium 23.* obſervat. 1. Ἐπικήδιον & θρηνῳδία, quâ per vias ad tibicines ducebatur ad roſtrum, ubi laudatio fiebat. 2. ad rogum. 3. ad tumulum. Sic obſervatio longè crevit, ab atavis quondam cœpta. Erant autem illæ næniæ accommodatæ ad exitandum moero-

* Comm. in Bibl. Vatic. p. 344.

Veterum Næniæ triplex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

mœrorem apud ſpectatores & auditores. Feſtus. *Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quaſi ad hoc ipſum præfectæ.* Nævius: *Hæc quidem, mehercule præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat.* Laudationes autem iſtas *nugas* dictas Scaliger *in Varronem* notat, & ex eo Druſius*. Hæc eò dicimus, quia apud Evangeliſtam Matthæum *cap. 9. v. 23.* præter ὄχλον θορυβούμενον, per quem ipſas ſimul intellexit præficas magnus Chemnitius*, οἱ αὐληταὶ adfuiſſe leguntur filiæ Jairi demortuæ ad tibiam

mœrentes, flentes, lachrymantes ac miſerantes.

A gentilibus tibicines in funerum curatione mutuatos fuiſſe Judæos, Ambroſius *lib 8. in Lucam* ſcripſit; & probat Barth. Majerus*. David Chytræus v. *lib. de Vitâ & morte*, aliiq; conſuetudinem hanc à Judæis ad Ethnicos deſcenſum feciſſe ſentiunt. Qvicquid ſit de anticipato more, hoc conſtat fuiſſe antiquiſſimum. & id magis, ſi certum eſt, apopthegma illud ſacrum, *Cantavimus vobis tibiis & non ſaltaſtis: lamentavimus & non ploraſtis*, huc pertinere, quod *Sculteto** placet. Tibicines autem adhibebantur in *luctu & luxu*: quem tibiarum uſum neminem expreſſiſſe aptius Ovidio* putamus:

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Idem Poeta *Triſtium l. 5. Eleg. 1.* de tibia exequiali:

Tibia funeribus convenit iſta meis.

Varro *lib. IV. de vitâ Pop. Rom.* apud Nonium in Nænia: *Deinde næniam cantari ſolitam ad tibias & fides.* Nænias iſtas fuiſſe νεκρῶν ἐγκώμια, audivimus. In fragm. XII.

Tabb.

* in Amos c. 5. v. 17.

* Harm. Evangel. c. 67. fol. 1278.

* Prod. Chald. ſacr. pag. 225.

* lib. 2. Exerc. Evang. c. 55.

* lib. 4. Faſtor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Tabb. inter leges Xvirales & hæ ſunt, quas Cicero *lib.* Roſin. l. 8. A. R. cap. 6.
2. de LL. recenſet: *Sumtum minuito, tria ſi volet reicinia & vincula purpuræ, & decem tibicines adhibeto, hoc plus ne facito*; quarum doctam explicationem ſi deſideras, adi Virum, etiam judicio Dempſteri, variæ doctrinæ & multiplicis lectionis, Rittershuſium *in Dodecal. claß. cap. 4. & ſeqq.* Nec in Latinis ſolùm is mos obtinebat, ſed quoq; Græcis; quorum defunctis ἀοιδὰς, θρήνων ἐξάρχους, præſto fuiſſe, docet Poetarum ἔξαρχος Homerus, ac tot alii; quos omnes, σὺν Θεῷ δ' εἰπεῖν, in eleganti *de Tibiis* libro ita daturus eſt CL. V. Stephanus Stephanius, ut poſt Homerum Iliada ſcribere op⁹ non ſit. Cauſa igitur evidens, cur monumentarii Ceraulæ & Siticines viſi in Jairi Archi-Synagogi domo pullatâ, ac propter funus filiæ deſideratiſſimæ luctûs ac mœroris plenâ, ad tibiam cum ὄχλῳ θορυβουμένῳ à Servatore reperiuntur κλαίειν καὶ* ἀλαλάζειν. Nec ne- Marc. 5. v. 38.
ceſſe eſt nobis cum Theophylacto dicere: ἐπειδὴ ἄγαμος ἦν, μετὰ τῶν γαμικῶν αὐλῶν αὐτὴν ἐθρήνουν. Moris etiam fuit, ut ad fores privatarum ædium tantiſper dum illæ funeſtæ eſſent, *vas magnum* ſtatueretur, *aquâ luſtrali plenum*, quâ aquâ ſeſe quisq; exiens aſpergeret. quemadmodum Poeta Maro *lib. 6. Æneid.* in deſcriptione rei funebris ſubjecit oculis. easq; antiquiores ceremonias in uſus ſuos transtuliſſe Catholico-Romanam Eccleſiam Joh. Baptiſta Criſpus* fatetur. Fuit & apud Judæ- * lib. in Plat. pag. 441.
os magnus lavationum & purificationum uſus, quas Autor Eccleſiaſtici *cap. 34. v. 30.* βαπτισμοὺς ἀπὸ νεκροῦ appellat: qui locus juxta ſenſum *verſ. 11. & 13. cap. 19. Num.* capiendus; non vero ad lotionem, ante & poſt deductum funus peractam, unicè examinandus; ut perpe-

ram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

ram facit Philippus Carolus. Videantur de purgatione ob contactum cadaveris Caſaubonus *ad Theoph. Char.* περὶ δεισιδαιμονίας *pag.288.* & *in l 9. c.18. Athen.* Cerda *in Virgilium.* Gutherius *2. de jure manium 7.* Kirchm. *3. de fun. Rom.9.* Sed quod funere peracto clamabatur, etiam nos,

ILICET.

PSAL. *CXXXIX. verſ. 15.* רקמתי בתחתיות ארץ. *LXX.* Ἐποικίλθην ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Vulgata verſio malè: *Subſtantia mea in inferioribus terræ.* Pſaltes Metaphorā *ab Acupictoribus* ad formationem πολυποίκιλον corporis humani, ex variis membris, venis, arteriis, oſſibus, carne, cute, eleganti varietate conſtantis *in inferioribus terræ*, id eſt, in utero materno, demonſtrandam inducit elegantiſſimam, quæ in animos legentium tàm penetrat, quàm ipſa vocis Ebrææ, רקמתי, & ſuavitas & magnitudo, ut vix parem locutionem in literaturâ profanâ obſervare liceat; Etenim plusquam ſignificāte verbo רקם (ex quo* Italicum verbum Ebræo quadrans manavit, quod in Latinum, *racamare*, transformavit Arias montanus) utitur, διὰ πλασων noſtri iis aſſimilans veſtibus, quas Idæi phryges, cati artifices, invenêre, indeq; *Phrygiones* appellati ſunt; vocatq; *opus Phrygionum*, admirandam iſtam texturam in utero humano oſſium, nervorum, arteriarum, vertebrarum, ſpinæq; illius tam muſicè & ad amuſſim fabrefactæ, quæ à collo ad os uſq; ſacrum mirabili protenditur artificio, picturâ prorſus textili; & quid *corporis ornatus* reliqvus poſſit plenus artis & venuſtatis, declarant abunde Medicorum ſive Anatomicorum filii; cujus beneficii nos immortali Deo, rerum omnium laudandarum

* David de pomis in Diction. fol.196.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

darum largitori, non eſſe ſinit ingratos. Significat autem τὸ רקם juxta omnes Lexicographos, *acu pingere, veſtes auro & variis filis diverſorum colorum intexere*, ſeu *arte phrygionicâ pingere*. רקם *eſt acupictor*, qui acu veſtes intexit, qui varias formas & figuras multis coloribus effigiare novit in tapeto; cujus artificii, ut hæc addam obiter, illuſtria ſpecimina, quæ omnes Regum Daniæ res geſtas illuſtriores variis exhibent coloribus, memini me in propugnaculo Cronæburgico, quod Helſingorę Danorum freto imminet; ut & in nitidiſſimâ arce Friderichsburgenſi inter alia ἀξιοθέατα luſtraſſe ſummâ cum admiratione. Itaq; non ἀνεμφάτως Paraphraſtes Johannes Campenſis (quem autorem, Roſchildiæ in Daniâ Anno 1536. cum notis Roſæfontani impreſſum, non ſine quadam legi voluptate) reddidit. *Veluti* tapetum *è nervis & venis contextus ſum in utero matris, loco magis abdito, quàm ullum eſt antrum terræ*. LXX. vertunt ποικίλλειν i. e. *variegare*, variè diſtingvere: & inde ποικιλτής *Variegator* dicitur, quâ voce
transtulit Ebræum Johan. Forſterus*; *Plumarium* reddidit Philoxenus, quâ utitur voce *Vulgatus* alibi, indequé venit πλȣμαριϰὸν: de quo apud D. Meurſ.* agitur. Plumarii ſunt, qui ex plumis avium veſtimenta conficiunt, aut acu pingentes plumas imitantur; ut deſcripſit Philander ad illa Vitruvii verba: *Plumariorum textyræ pictorumq́ officinæ*; ſicut Americæ pleriq; populi ſibi veſtes ex avium plumis elegantiſſimè concinnãt, cum apud eos omnis generis avium variarum multitudo: quod annotat Bened. Baldvinus*. & Druſius apud Indos durare opera plumaria, *in Comm. ad diff. loca*

* in Lexic. pag. 103.
* in Gloſſar. p. 430. 431.
* lib. 6. cap. 6.
* de calc: antiquor, cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Exodi cap. 46. ſcripſit; quod tamen ante eum notavit Nicol. Fullerus. De eâ arte intellige Corippum:

Auratum ſcandens ſolium, ſedemq; paternam
Conſtructam plumis pulchrisq; tapetibus aptam.

Quis hominum non in corpore humano Deum Opt. Max. artificem deprehendit? Si conſideret vim illam formatricem admirabiliſſimam, ut organicæ partes ex iis fiant, quæ naturali vitali & animali ſubſerviant facultati: ſi ſpectet cæteram membrorum compaginem aptè inter ſe diſpoſitam, ut prima mediis, mediis ultima aptiſſimo nexu reſpondeant; quæ omnia tantæ tamq; ſtupendæ ſunt admirationis, ut meritò exclamet Regius Propheta: *Mirabiliter formatus ſum in utero.* Formatus, inquit, & mirabiliter formatus variis membris more phygionum, & in utero materno, qui eſt veluti theſaurus locupletiſſimus divinaq; quædam faviſſa, phrygiatis formatus ſum imaginibus. quod ipſa natura, cujus ager eſt uterus, pleno ore prædicet, nullo fortuito concurſu, nullo mentium cœleſtium illapſu vel alio caſu tam omni ex parte jucundam, amabilem & admirabilem generationem perfici poſſe; quod & Jobus agnoſcens *cap. 10* ait: *Conglomerationem* vel convolutionem meam *viderunt oculi tui*; alludens ad variam iſtam Embryonis in membranas involutionem & partium corporis cōglobationem, qvam comparat *coagulationi caſei: Nonne* inquit, *ſicut lac fudiſti me, & ſicuti caſeum coagulaſti me. Pelle & carne*
Verſu 10. *veſtiviſti me & oſſibus ac nervis cooperuiſti me.* Eandem ſeqvuntur comparationem Galenus *lib. 2. de ſem.* Gellius *lib. 3. cap. 16.* & Plinius *lib. 7. cap. 15.* ut hunc mirabilis ſtructuræ artificem ipſi admirati fuerint, ſolo naturæ lu-

lumine ducti. Hermes Triſmegiſtus in Pimand. Dei opera in uno humano corpore miratus eſt; cum enim admiratus fuiſſet, quis aures naresq́; mirabiliter tornaverit, quis labia diſtenderit oris, quis nervos tetenderit atq; ligaverit, quis pyramidis inſculpſerit cordi figuram, & alia hujusmodi, ex eo juſſit deinde nos cavere, ne unquam artificium privaremus artifice. Galenus, homo paganus, ſtructuram corporis humani ita admiratur, ut libros ſuos *de uſu partium* vocet *ſacrũ ſermonem**, addatq́; verba buxo & cedro digna: *Quem ego conditoris noſtri verum hymnum compono: exiſtimoq́; in eo eſſe veram pietatem, non hecatombas taurorum ei plurimas ſacrificari, & caſias aliaq́; ſexcenta odoramenta atq́; ungventa ſuffumari. Sed ſi noverim ipſe primus, deinde & aliis expoſuerim, quænam ipſius ſit ſapientia, quæ virtus, quæ bonitas. quod enim cultu conveniente exornare omnia, nihilq́; ſuis beneficiis privatum eſſe voluerit, id perfectiſſimæ bonitatis ſpeciem eſſe ſtatuo, & hâc quidem ratione ejus bonitas hymnis nobis eſt celebranda. Hoc autem omne inveniſſe, quo pacto cuncta potiſſimum adornarentur, ſummæ ſapientiæ eſt. Effeciſſe autem omnino, quæ voluit, virtutis eſt invicta & inſuperabilis.* Lege totum *cap. X. lib. 3.* & admirare hominis ethnici ὑψηρεφὲς ingenium.

* lib. 3. cap. 10. Vid. D. Caſp. Hoffman. Notas.

Proverb. XIV. ℣. 17. קצר אפים יעשה אולת. *Brevis irarum facit ſtultitiam.* Voculæ אף & *narium* & *iræ* ſignificationem tribuerunt Ebræi. Naſus enim eſt iræ index. Hæc figura ſermonis valde frequens occurrit in literaturâ profanâ: & ab eâ origine eſt, quod ut frõtem pudoris, riſus lienem; ſic & iræ & affinium ei motuum ſedem eſſe Nares veteres ſtatuerunt. Perſius:

Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq́; ſanna.

 Plautus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

Plautus in Amphitruone: *Fames & mora bilem in naſum concitant.* Lucilius: *Eduxiq; animam in primoribus naribus.* Ex facili poſſent addi plura, ſed adi ſis Iſ. Caſaub. *in Lect. Theocrit. cap. 1. p. 238.* Gvevaram *in Habac. pag. 567.* Sanct. *in Eſa. cap. 2. p. 38.* Ebertum *in Animadv. Pſalt. Decad ult.* Dounæum *in Chryſoſt. hom. 38. in Acta pag. 685.* & Eraſmum Adagiographum.

Deut. c. XXVIII. v. 35. *Sanariq; non poſſi à plantâ pedis usq; ad verticem.* Speciem adagii habet hæc locutio, ἐκ ποδὸς ἐσ κορυφὴν, & ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλὴν. Sic Eſaias *cap. 1.* in deſcriptione vulneratæ tum Eccleſiæ tum politiæ in regno Juda *verſu 6.* ſcribit. *A plantâ pedis usq; ad verticem,* מכף־רגל ועד ראש, *non eſt in eo* (corpore) *ſanitas.* Nec in *doloribus* tantùm, ſed & *amoribus* adagio huic locus. De Abſalomo *2. Sam. c. 14. v. 25.* vide. Geminum extat in Apulej. *lib. 3. Met.* Plaut. *epid. act. 5. ſc. 1.* Ariſtoph. *Pluto*, Ammian: *lib. 25.* de Juliano Imperatore. Vid. Colvium *ad Apulejum* & Taubman. *ad Plautum.*

Militia Veterum in arcu & gladio.

Judith. IX. ℣ 9. ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν, ἤλπισαν ἐν ἀσπίδι καὶ γαισῷ καὶ τόξῳ καὶ σφενδόνῃ. *Gloriati ſunt in brachio peditum. ſperaverarunt in clypeo, gæſo & arcu & funda.* De Veterum ὅπλοις, qvum hodie non appareant, divinationem potius, quàm rationem inſtituere oportet. Præcipua erant Arcus & Gladius. Jonathan* ad declarandam animi ſinceritatem, Davidi, fido amico, inter arma ſua confert arcum & gladium. *Exuit autem Jonathan tunicam, quâ erat indutus, & dedit eam Davidi, ſed & interiorem veſtem ſuam, deinde & gladium ſuum & arcum ſuum cum balthe o ſuo;* ut vertit Vatablus. Eadem intendit Pſ. 37. v. 14. *Gladium è vagi-*

* 1. Sam. 18, 4.

nâ exemerunt impii & arcum *ſuum tetenderunt..* v. 15. *Gladius eorum penetrabit cor ipſorum, &* arcus *eorum cõfringetur.* Sic Pſ.44.v.6. *Non in* arcu *meo ſpem ponebam, nec enim meus* gladius *ſervare me potuiſſet.* Et Pſ.46.v.8. *Eja contemplamini qvæſo opera Domini, ut videatis, quàm admiratione digna deſignaverit in terra.* v. 9. *Ceſſare fecit bella per totum orbem, & omnes angulos illius,* arcum *confregit, ſagittas &* lanceas *perdidit, currus bellicos igne exuſſit.* ex interpretatione paraphraſticâ Joh. Campẽſis. Similiter loquitur de Deo Pſal. 76. v. 3. *Illic confregit* potentias arcuum, *telum, gladium & bellum.* ubi Euthymius, ex editione Philippi Sauli fol.213.b. ſcribit. *Juxta hiſtoriam hoc pertinet ad Aſſyriorum deſtructionẽ. illic enim in Sion* DEUS*, arcuum vires contrivit, hoc eſt, diſſolvit & inanes reddidit. Per telum autem, pro quo in græcâ lectione* ὅπλον *legimus, non offenſiva hoc in loco arma intelligi debent, ſed defenſiva, veluti thoracem, aut aliud quid ſimile: unde apud Græcos militem thorace armatum,* ὁπλίτην *appellabant, ad eorum militum diſtinctionẽ, qui hujusmodi carebant armaturâ, quosq́;* ψιλοὺς *hoc eſt* nudos *vocabant.* Arcuum *vero* potentias *ſeu* robur *dixit, quia Aſſyrii* arcu *plurimum utebantur, atq́; in eo armorum genere ſuas potiſſimum vires collocabant. Per* telum *igitur, defenſiva omnia, & per* arcum *offenſiva omnia arma ſignificavit.* Synecdoche autem illâ per Arcus contritionem *ceſſatio belli* indicatur; ut è contrario, per arcus extenſionem *ad bellum præparatio.* Hac bellicâ hypotypoſi de DEO, clypeo ac ſcuto inſtructo, כלשון בני אדם ſive ἀνθρωποπαθῶς loquitur Pſaltes in his verbis: החזק Pſal 32. v. 2. 3.
מגן וצנה, *Apprehende clypeum & ſcutum, & fer ſuppetias mihi. Evacua* haſtam & gladium, והרק חנית וסגור

 ut oc-

ut occurras perſecutoribus meis. qua eadem dicendi formâ Deus iratus deſcribitur comm. 12. Pſ.7. *Gladium ſuum acuet Deus, & arcum tendet.* Et comm.2. Pſalm:38. *Sagittæ tuæ altè infixæ hærent in me.* Et Eſa.c.34.v.6. *Gladius Domini ebrius & plenus ſangvine* dicitur; eodem ſenſu; quo cap.32.v.42.Deut. *Sagittæ ſangvine occiſorum inebriatæ.* Nahum.2.v.4. מגן מאדם, *clypeus rubefactus,* & apud Virgilium, *lorica ſangvinea*, dicuntur. Ac eleganter apparatus bellicus, qui conſtiterat ex *pharetris, curribus, equitibus & clypeis*, Elamitarum & Græcorũ ſive Medorum à Deo immiſſus ad invadẽdam urbem Hieruſalem ab Eſaia *cap.22. v.6.* recenſetur. Nec minꝰ contra Pharaonem Necho apud Jeremiam *cap.46. v.4* Deus loquitur: *State in gladiis, polite lanceas.* Stare, verbum ſignatum eſt in militiâ, ab excubiis militum, ſive ſtandi excubandivè functione deſumtum. Sic apud Virgilium *lib.9.Æneid.* ſumitur:

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Et iterum:

Stetit acer in armis Æneas.

ὅπλα, ſicut & *arma* apud Latinos, ſæpe accipiuntur ſpeciatim de *ſcutis*, quæ parata erant corpori defendẽdo ab imminentibus telis; & formæ ac materiæ ratione apud Ebræos, Græcos & Latinos varias accipiebãt denominationes. *Scuta* oblonga erant magis, quàm lata; ideo Græci θυρεὺς dicunt, quod referant ſimilitudinem januarum, quæ longiores ſunt, quàm latiores, teſtibus Turnebo & Druſio. *Clypei* vero erant ἀσπίδες ἔυκυκλοι, rotundi & in orbem juſtum redacti. Monſtra-

vit

vit hoc diſcrimen figuris Fridericus Taubmannus *in Virgil. Culic. v. 311.* Apud Ebræos id diſcriminis ſatagunt invenire in vocibus מגן, צנה, סגור: e quibus מגן, ſi accuratè examines, eſt *clypeus*; aſt צנה, *ſcutum*, clypeo multò majus, totum fere hominem tegens. ut d. Pſal. 35. conferre licet. סגור autem à סגר cinxit, nomen inſtrumenti bellici cujusdam, ob rotunditatem dicta videtur *Parma*. quemadmodum eadem ratione Gallis dicitur *Rondelle*; rond enim illis eſt rotund9, orbiculatus. inde rondelle ſive rondache eſt targue ronde, & rondelier, *parmularius*. Vel etiam, ut quibusdam placet, eſſe poteſt *ſagaris*, qui eſt gladius Perſicus, ſive aliud gladii genus, quo commodè pugnabant cominus, ſicut ſagittis eminus. Cæterùm γαισὸς quid ſit, apud Veteres obvium, quod Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 22.* & ibi Tiraquell. *in notis f. 972.* Lipſius *in Poliorcet. lib. 4. dial. 4.* Xyland. *ad Plutarch. Tom. 1. pag. 679.* explicant. Eo exponunt τὸ כידון LXX. *Joſ. cap. 8. v. 18.* Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου ἐν τῷ γαίσῳ, בכידון, τῷ ἐν τῇ χειρί σου ἐπὶ τὴν πόλιν. V. *Leva* clypeum, *qui in manu tua eſt contra urbem.* nempe ſtratagemate illo Joſuæ in occupatione urbis Haj adhibito explicatione *haſtæ vexillaris*, quam γαῖσον dicunt, ſignum dabatur inſidiantibus irruendi in civitatem, & fugientibus faciem in hoſtem obvertendi; ac monebantur eo vexillo, tùm fugientes, tum qui erant in inſidiis. illi, ut in hoſtem ſe converterent, hi, ut ex inſidiis prodirent, Haj urbem incenſuri. Geſum, quod alii *gæſum* ſcribunt, fuiſſe εἶδος ἀκοντίου, ἐμπόλιον ὁλοσίδηρον, Heſychius ait. Servius *in VIII. Æneid. Virgil:* interpretatur haſtam virilem. Feſtus: *Geſum, grave jaculum.* Papias: *Geſum, haſta, jaculum.* Varro de

vita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

vita pop. Rom. l. 3. *Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis geſis eſſent.* Livius lib. VIII. *Leves autem, qui haſtas tantum, geſaq́ gererent.* Virgilius *lib 8. Æneid. v.661:*

duo quisq; Alpina coruſcant
Gæſa manu, protecti corpora longis.

Eo etiam utitur Joh. de Mandevile, in Itinerar. cap. 8. *Circumſtant apparitores extenſis brachiis levatos tenentes gladios*, gezas *& machæras ad feriendum & occidendum.* In vulgato iſto verſiculo:

Non amat hic Ieſum, qui fert ad prælia gæſum.

Paulus Gericius, ut & hoc addam, vertit **Ein Helleparde**/i.e. **Helmbard**/dictione compoſitâ ex **Helm**/ *galea*, & **barde**/ *aſcia, dolabra*, quod caſſidem dolare & galeam aſciare poſſit. De fundæ perantiquo uſu & inventione Pinedam *in cap. 41. v. 19. Job.* Martin. *in Lexic. Philolog. pag. 965.* videѕ.

Ose. II. ℣. 2. ונאפופיה מבין שדיה. Καὶ τὴν μοιχείαν ἀυτῆς ἐκ μέσȣ τῶν μαςῶν. *Et adulteria ſua de medio uberum ſuorum.* Uſitatiſſimum eſſe Prophetis, ſub phraſibus adulterii & ſcortationis, idololatriam cultumq́; alienorum Deorum, reprehendere, atq; ſubſtratas idololatricæ conſcientiæ ceremonias flagellare, nemo eſt in ſacris tam ἀναλφάβητος qui neſciat. In libro ſapientiæ *cap. 14.* illuſtris & prolixa extat de origine & cultu ſimulacrorum ὑφήγησις; & v. 12. iſta: Ἀρχὴ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων. *Initium ſcortationis* (ſpiritualis) *eſt excogitatio ſimulacrorum.* Luth. **Den Götzen auffrichten/ iſt die höchſte Hurerey.** Unde & illud Jer. *cap. 2. 27.* explicandum. Τῷ ξύλῳ εἶπον, ὅτι πατήρ μȣ εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, σὺ ἐγέννησας με. In libro Ezechielis, aptiſſimâ ſimi-

litudi-

litudine *c. 16.* ſub hypotypoſi mulieris adulteræ de populi Judaici prævaricatione dicitur; quod relicto Eccleſiæ cõjugio, cum alienis Diis adulteriũ cõmiſerint. Sicut & *cap. XXIII.* ſub parabola duarum meretricum declarat idololatriam Samariæ & Jeruſalem, ut & *c. 8. verſ. 5. idolum Zeli*, juxta Polychronium, dicitur translatè à fœminis, quæ, quòd viris relictis cum alienis miſcentur, concitant ad zelotypiam maritos. Hinc & ſe *Zelotem* Deus appellat metaphorâ à virorum iſtâ zelotypiâ ductâ. quâ oſtendit, fœdus cum Eccleſiâ, tanquam ſponsâ, initum ab iis violari, qui idololatriam* committunt. Ut enim maritus ferre non poteſt ſcortationem in uxore, nec corrivalem in lecto; Sic Deus non alterius cultum in populo ſuo, nec Samaritaniſmum in Eccleſia; nec *ejulatum in cubilibus** i. e. templis cultui idololatrico dicatis, juxta quorundam gloſſam. Pari allegoriâ Oſeas *cap. 1. v. 2.* per אשה זונם Synagogam repræſentat Judaicam; cum quâ cõtendit, tanquam cum meretrice, quæ fidem datam violabat marito, & *idolis ſeſe* aſſociabat, in Dominum* perfida*: nam ea *filios alienos*, זרים, *ab Eccleſiâ peperit* per ſpirituale adulterium, dum, quos Deo, quem maritum habebat, conſecrare debebat, Diis deſtinabat alienis, vero derelicto, dum alienos cultus & Deos ſequebatur, id quod inprimis *cap. 1. 2. & 3.* declaratur multifariam in reprehenſione Iſraelitarum ob idololatriam; quæ expreſsè *ſcortatio* appellatur. & quidem eam ἐμφαλικῶς *Oſ. cap. 1. 2.* indicat *Futurum*, quod in generali ſententiâ per manſionem quandam & durationem rei, quam narrat, in illâ eadem temporis differentiâ ſignificat; ut ibi obſervat Ribera. nam per fu-

*Exod. 34. v. 15. 16. 17. Deut. 31. 16.

* Oſ. 7. v. 14.

* cap. 4. v. 17.

* cap. 5. v. 7.

turum ſignificant ſæpe Ebræi, quod eſt in communi uſu & perpetuâ conſuetudine poſitum; ut ita impenſiſſimum in idololatriâ ſtudium exprobraretur. quemadmodum *Eſa. 57. verſ. 5.* voce רחם idem indicatur; quòd eſſet ſimile ardori libidinis, quo adultera in adulterum incaleſcit; & in plurali numero apud Oſeam S. Spiritus, *Fornicationes* & *adulteria*, nominat, ut ſignificet omni modo frequentem & continuum ſpiritualis impudicitiæ actum. Hæc omnia inſervient explicationi *verſûs 2. cap. 2. Oſeæ.* ubi inquit. *Litigate cum matre veſtrâ, litigate; quoniam ipſa non eſt uxor mea, & ego non ſum vir ejus: quò removeat ſcortationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua è medio uberum ſuorum.* Poſtquã eam meretrici comparavit, adſcribit etiam, quæ meretricibus ſunt uſitata; non enim contentus Propheta, ut ingenium Iſraelitarum adumbraret, dicere *Meretricem*, quæ fidem conjugii ſpiritualis non ſervaret, addidit inſuper, ut mores idololatricos eò melius & luculentius depingeret, mores meretricum nefandos *à faciei & uberum denudatione*; quibus ſignis impudicitia illarum & animi impudentis turpitudo notatur. alluditur enim ad impudicas meretricum pigmentitias artes, quibus faciem inficiunt, adeoq́; mammillas vernantes totumq́; corpus ad ſcortandi libidinem oſtendunt, ut καλλωπίσμασιν ementitisq́; genarum & labiorum coloribus amatorum animas ineſcent, atq́; ſpurcâ indecentiq; uberum detectione in complexus alliciant. quæ *adulteria faciei* & *uberum* nominantur; quia in illis corporis partibus impudicitia meretricum ſeſe prodit externè; eaq; ſub *ornatu meretricio* Prov. cap. 7. (Luth. **Hurenſchmuck**) comprehenduntur. Etiam

Sal.

Sal. Jarchi in Oſeam notavit eundem adulterarum modum, quomodo ſeſe inter mammas ſuas ornent, & faciem variis fucorum generibus adulterent, quò oculis ſcortatorum formoſæ apparerent; interprete Coddæo. Metaphorâ iſtâ ab uberibus deſumtâ in ſacris & profanis ſolet deſcribi, & amor pudicus, & amor impudicus. De utroq; videre liceat. Autor Proverbiorum c. 5. v.18.19. amorem vehementem & continuum conjugum ſymbolicè per ubera deſignat, his uſus verbis: *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ: cerva tua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus: ubera ejus inebrient te.* ubi רוה, *abunde irrigari, ubertim expleri*, à LXX. paſſim per μεθύειν redditum delectationem ſufficientem ſignificat. Autor Cantici canticorum identidem uſurpat in exprimēdo Chriſti amore erga Eccleſiam, juxta interpretationem Vulgati interpretis, Lutheri, Oſiandri & aliorum. quod enim in Ebræo eſt דודיך, *Dodecha*, id de uberibus דדיך bellè explicant, quaſi illa duo vocabula invicem ſua permutarent ſignificata. *Meliora ſunt*, inquit*, *u- *cap.1.v.2.
bera tua vino.* & iterum cap.4.v.10. *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa, & pulchriora ſunt ubera tua vino.* Quæ ubera ſpiritualia laudaverat Spir. S. à ſucculentiâ, nitore, ſuavi odore, æqualitate & amabilitate, ut amorem ſingularemq; bonitatem, quâ erga Eccleſiam tanquam ſponſam exardeſcebat, commendaret. Sic in mammis amoris ſignum conſtituit d. c. v. 5. *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* & cap. ultimum iisdem verbis claudit: *Fuge & aſſimilare capreæ hinnuloq; cervorum ſuper montes aromatum.* Egregiè non minùs per hinnu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

lorum quàm per uberum ſimilitudinem deſignat ardentem affectum in alendo fœtu lacte verbi divini. Quare autem cõjungit hinnulos? Hæc capi intellectu poteſt metaphora, ſi adjuverint, qui commemorãt res orientis. Referunt eſſe elegantiſſimum in partib⁹ orientis capreolæ genus; conſtans pilis tenuiſſimis & nitidiſſimis, membris aptè & figuratè inter ſe diſpoſitis. unde, quicquid velint commendare Arabes, *capreolam* dicant, eò quod hæc in delitiis eſſe ſoleat; ut virginibus noſtris canes melitæi. Inde etiam amorem ſuum (liceat parva componere magnis) Arabs iſte ap. Poetam doctiſſimum Tograum deſcripſit. Meretricius verò & impurus amor deſcribitur de veſtibulo, ut ita dicam, oculorum vagabundorum, à quibus cæterum ornatum interiorem cenſere licet. Hinc monuit ſubinde Salomon, ne caperemur nutibus adulterarum, quæ ſubrigunt oculos, ut carnem prurientem ad ſe rapiant ſignisq́; ad luxuriam invitent, ut motu oculorum impudico adſpicientium libidinem incendant; ſicuti de filiabus Iſrael conqueritur Eſaias*: Quas blanditias Ennius venuſtè de meretrice impudicâ his exprimit verbis: *Quaſi in choro pila ludens dadatim dat ſeſe & communem facit. Alium tenet, alii adnutat, alibi manus eſt occupata, alii pervellit pedem, alii dat annulum ſpectandum, & à labris alium invocat, cum alio cantat.* Sunt etiam apud Petronium in his ipſis verba laſciva. Oculos in amore utroq; duces eſſe amantiumq́ laqueos, honeſta fœmina Judith* teſtatur, qvũ Deum, Holofernem ut caperet ſolo aſpectu, inclamat his verbis: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum ex labiis caritatis meæ.* cum & divinus

* cap. 3. v. 15.

* cap. 9. v. 10.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Proverbiorum ſcriptor, ubera oculos ac crines in ſpecioſâ puellâ vulnerare cor inſpicientis, dicat. Atq; modo laudatus Arabs ſimiliter expectat amoris, quo ille dies noctesq; ſauciabatur, ſignum, *jactum unum oculorum patentium*, quo defeſſos mœrore oculos atq; exhauſtos recrearet. Eo conſilio callido ac ſtratagemate inſigni ad caſtra Iſraelitarum, ut à morum probitate ac verecundiâ ad libidinem & idololatriam eos pellicerent, pellices Moabitarum miſſæ ſunt à Balaamo; *& prævaricari eos fecerunt in Dominum ſuper peccato Phegor: unde & percuſſus eſt populus.* Propriiſſimâ notione hujus verbi, *peccare* apud antiquos erat *pellicari*, hoc eſt ſcortari, mœchari. hinc & in Scriptura peccatores dicti prævaricatores divinorum præceptorum, quòd ſpreto & relicto thoro Chriſti cum alienis Diis adulterentur, & caſtitate Eccleſiæ proſtitutâ, cum carne, mundo & Diabolo liberè voluptentur: ſicut etiam meretrix dicitur Ebræis זרה*, ex eo, quod fractâ fide amoris conjugalis ſe à viro alienat; aut quia extraneum recipit diſcurſitãdo forâs; meretrix enim, quia ſemper evagari ſolet, נפקת ברא, *foris exiens* mulier dicitur; è quibus ſi quis comparationem inſtituere vellet, concinnè in eodem tertio convenirent, *meretrix*, quæ ſpurios extra matrimonium gignit, & *gentilis*, qui eſt extra Eccleſiam, per fornicationem ſpiritualem genitus. inprimis cum S. S. idololatras vocet adulteros. Sed ne & ipſe, dum aliud ago, in Philologum aut grammaticum dilabar, illud admoneo, docuiſſe Salomonem, vitioſam amoris conſuetudinem altos & generoſos ſpiritus frangere, imperium in luxuriam vertere, tandemq; cum tædio peſtifera largiri.

Num. 25. v. 1. & cap. 31. v. 16.

Erhard. Symb. Petron. p. 640.

* Prov. 3. 20. & c. 22, 14. & c. 23. v. 27.

Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. noviſſima autem illius amara quaſi abſinthium, & lingva ejus acuta quaſi gladius biceps; inquit Rex in Ex-
* Prov. 5. v. 3. hortationibus*, ſuo exemplo edoctus; nam is ipſus im-
* 1. Reg. 11. v. 2 providâ vi ardentis affectûs in *externarum mulierum**, quas toto orbe conquirebat, amplexus ruebat; ac demum, cum cupiditas inſatiabilis deflagrabat, reliqua vitæ tempora lacrymis & conqueſtionibus conſumebat; ipſeq; noviſſimè ſibi odio eſt, ac cygneâ quaſi cãtione in diverſis, quos ſanctus codex immortalitati conſecravit, libris veram ſapientiam, ipſe ſapientiſſimus, rectiùs tradit, quàm Seneca, Plutarchus & reliqui Philoſophi immenſis ſuis voluminibus*; eaq; ſi evolveris omnia, nulli unquam mortalium rapinam & prædam meretricii amoris feliciter ceſſiſſe invenies.

* Campenſis præf. in Eccleſ.

Quemadmodum nunc ex oculorum laſciviâ fornicatio deſcribitur; ita etiam ex denudatione & illicio pectoris atq; uberum, quæ palpari & comprimi permittunt in fornicibus; unde ſcortum, garrulum & vagũ, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris nunc in plateis inſidians dicit:
Prov. 7. v. 7. *Veni, inebriemur uberibus: & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies.* Hinc & ubera ſubacta Ezech. c. 23. v. 3. (quem locum R. Kimchi rectè ad Oſeam retulit) meretricum ſigna ſunt. *In adoleſcentiâ ſuâ fornicatæ ſunt. ibi ſubacta ſunt* ubera *earum*, & fractæ *ſunt* mammæ *pubertatis earum.* ubi elegantiſſimè Interpreti dicuntur ſororiantes mammæ tractatione *fractæ.* cujus vim verbi videbis explicuiſſe cap. 16. Diat. in Statium J. F. Gronovium. Sic & Prophetæ noſtro nil aliud ſunt *adulteria uberum*, quàm vel amatoria uberum

καλλωπίσματα, vel, ut cum Plauto loquar, papillularum horridularum oppreſſiunculæ, מעשקות השדים: ſicut ex eodem ſenſu Horatius *adulteros crines Paridis* dixit, quorum ſc. comptu ac pulchritudine Helenæ cupido ad adulterium & deſertionem præter cætera incitata eſt. Allegoricè ex petulantiâ illâ, de quâ diximus, cultum alienorum Deorum reprehendit Oſeas. nam, quæ alibi Hieronymi verba ſunt, vult ſcriptura ſacra non solùm auribus doceri populum, ſed etiam oculis. Verba Dei ſunt ad Prophetam: *Vade, ſume tibi* cap. 1. v. 3.
uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis. Habet hîc ſcripura manifeſti⁹ & altius aliquid; ut animos non tàm per ea, quæ in aurem ſegniùs demittebantur, quàm quæ oculis ſubjecta fidelibus, ut ex Horatio* loqui liceat, informaret. Jam quanti illud putandum, quod orientales pudicæ Virgines (Eb. עלמות hinc explicatur) & matronæ domi ſe continebant: atq; cum prodirent vel ad cultum divinum vel ad officia alia neceſſaria obeunda, honeſtatis ergo non incedebant abſq; faciei velamine & totius corporis pallio, qvod mulierum caput uſq; ad coxas tegebat, in quo etiam duo foramina ad oculos patebant*. nam tegebant caput peplo; & faciem reticulo, quod erat contextū ex tenuiſſimo filo aut ſerico, minutis maculis & plagulis interſtinctum. Pudicas vero virgines non ubera nudaſſe, neq; papillas eminulas oſtendiſſe, poſt mores vetuſtos etiam recentes oſtendunt in toto oriente; de quo etiam teſtatus fuit Hieronymus, qui incola Palæſtinæ fuit, ejusq; terræ notitiam multùm ſibi profuiſſe ad multa intelligenda in ſacris profeſſus eſt. *Theriſtra*, inquit in Eſaiam, *nos poſſumus appellare* palliola

* in art. Poet.

* Ant. Giggejus, Theſ. ling. Arab. Tom. 1. pag. 759.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

liola, *quibus obvoluta erat Rebecca, ut hodie quoq; Arabiæ & Meſopotamiæ operiuntur fœminæ, ab eo, quod ἐν θέρει id eſt, in æſtate & caumate corpora protegant fœminarum.* Tertull. de vel. virg. cap. 17. *Arabiæ fœminæ ethnicæ non caput, ſed faciem quoq; ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contentæ ſint, dimidia luce frui malentes, quàm totam faciem proſtituere.* Quâ de cauſâ neſcio an probare queam Beſſarionis in lib. 2. calumn. Plat. verba iſta*: *Nec temporibus noſtris Italicæ mulieres, quæ facie, collo* pectoreq; aperto *ambulant, magis ad libidinem movent hominem continentem, quàm Turcicæ, quæ membris omnibus obnuptæ domo prodeunt.* Neq; enim hæc laus in Virgine eſt collo pectoreq; apertam in propatulo circuire, quod etiam nunc apud nos multæ, heu pudor, faciunt; oculos proxenetas eſſe luxuriæ, præſertim ubi blanditur occaſio, docet ingreſſus Davidis ad Bethſabeam; & ex multorũ fide novim⁹, ut flammã fumo proximã, ita etiam optimis interdum iſtam imaginẽ cupiditatis flammam excitaſſe. ideoq; prudenter Alexander Magn. Darii uxorem filiasq; noluit vel intueri; ſed iis ſalutatis oculos in terram defixit; nam quod feſtivo acro amate dixit ap. Curtium ille, *dolores oculorum* erant *Perſicæ* (addat Beſſario Italicas) *puellæ*; quas tanquam ſtatuas præteribat. Homines ſumus, nec vehentiſſimum hunc affectuum frenare ſatis docti. Utinam verorum Chriſtianorum oculos tam turpi ſpectaculo (abſit dicto invidia) liberarent, & offenſiones oculorum (quæ verba ſunt Ezechielis, ſed alio ſenſu de idolis) abjicerent!

* ed. Venet. f. 70. b.

cap. 20. v. 7.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Qui videt, is peccat: qui non te viderit, ergo
non cupiet; facti crimina lumen habet. Propert. 2. Eleg. 12.

Sed quî nos ſermonis curſus in rituum illorum contentiones abripuit?

Jon. cap. IV. verſu 6. *Præparavit Dominus* hederam, *& aſcendit ſuper caput Jonæ.* Oriens cùm habuerit ſuas plantas & arbores, nobis occidentalis orbis incolis ferè incognitas, eò laboris plus eſt in indagatione exotici terræ corporis, quod ad notitiam noſtram nondum perduci poteſt recto itinere; tamen, qui viam tentantes per gentem alienam humana divinaq; ſimul tractant, obliquo curſu εἰκονισμοὺς & veſtigia plantarum in profanis inquirere audent. Ab his, quæcunq; in ſolo remoto percepimus, afferamus. Stirpē eam, quam Jehovah-Deus juxta Ninivem, urbem magnam Deo*, pro umbraculo Jonæ Prophetæ præparavit, conſtituit vulgaris noſter Interpres *Hederam;* cujus tres ſpecies ſecundum Dioſcoridem Botanici tradunt. Viri doctiſſimi, Joh. Mercerus & Ben. Ariæmōtanus, in ſuis ad eum locum commentariis, docent eam eſſe herbam, quam *Ricinum*, vulgò Palmam Chriſti, vocamus. Dioſcorides *lib. 4. cap. 158.* & Plinius *lib. 15. c. 7.* eandem plantam Kiki, quæ alio nomine κρότων dicitur, appellant: quod cum Ebræo Kikajon, קִיקָיוֹן, ſono quodam apud noſtrum convenit; ideoq; Junius, Druſius, Ariasmontanus, Mercerus & alii, quos rei obſcuritas cogit ad vocum affinitatem confugere, Ricinum ſunt interpretati. Geneverſes & Helvetii in verſione verbum Kikajon retinuêre; quos ſequitur Rev. D. Reſenius in interpetatione Bibliorum Danicâ. Angli in ſuâ verſione ad marginem ponunt palme-

Jonæ umbraculum.

* Jon. I. v. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

criſt, i.e. *Palma Chriſti*, à figurâ, qua volam palmamq;
digitis expanſis æmulatur Ricinus. Arabibus vocatur
Alkarva; quod etiam nos juvat. nam Hieronymus in
Commentariis ait, plantam Kikajon lingvâ Syrorum
eſſe Elkeroa. τὸ יקרבון Arabū idem ac Ebręorum קיקיון
* in Lex. Arab. fol. 536. eſſe Raphelengius* putat; vox a. iſta Arabica *cucurbitam* ſignificat. quo ſenſu & Lutherus reddit (quem,
quod ſummè miror, Piſcator Simia Tremellii ſequitur) accommodans ſe ad noſtras regiones; quod non
ſemel ab ipſo Theandro fuiſſe factitatum meminimus
accommodè ad popularem intelligentiam; ſicut ipſe
Hieronymus Hederam, ut quia proximè ad Kikajon
putabat accedere, poſuit, cum tamen fateatur, hederam non eſſe. Umbraculum Jonæ Ricinum fuiſſe,
facile nobis perſuaderet plantæ (ſi planta eſt) facies &
natura, ſi certam haberemus. In Hiſpaniâ ad fretum
Herculeum Ricini fruticem humanæ craſſitudinis &
trium hominum proceritatis extitiſſe Carolus Cluſius
αὐτόπτης teſtis eſt, & ex eo refert Matthias Lobelius in
* pag. 392. ſtirpium obſervationibus*. Bellonius, qui Palæſtinam
& Syriam peragravit, vidit Ricinum in Cretâ arboreæ
magnitudinis. Cæterùm vidi ipſe in horto Leydenſi
cultiſſimo & plantarum exoticarum ditiſſimo Ricinū
Americanum, cavo, tenui & molli conſtantem caule,
foliis fermè ſeſquipedalibus. addo & hoc, D. Adolfum Vorſtium, dum eam plantam in publicis demonſtrationibus oſtendiſſet, affirmaſſe, dubitanter tamen,
eandem fuiſſe Jonæ in umbraculum. Quin & D.
Caſp. Bauhinus, Medicus Baſilienſis, cum in Pinace
* lib. 11. ſect. 5. pag. 432. Theatri Botanici* in cujuslibet herbæ nomina varia
ſtudioſè inquirit, *Kikajon S. Jonæ* ad Ricinū retulit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Idem fecit Remb. Dodonæus in hiſtor. ſtirpium lib.2. pag.367. Noviſſimam fecit nominis notationem Marcus Marinus in Arca Noæ*. *De Kikajon*, ait, *dubitatur, quid ſignificet, quamvis certum fere ſit, arbuſti ſpeciem eſſe. Alii* hederam, *alii* cucurbitam, *alii* coloquinthã *interpretantur. Quidam conjectant eſſe, quem Latini* Ricinum *appellant, vulgò* Palma Chriſti *dicitur. Et quidem Ricinum juxta nonnullorum ſententiam Græci* Chichi & Croton *appellant, Arabes* Cherva, *Germani* **Wunderbaum & Creutzbaum**. *Seminis hujus illud eſſe proprium dictitant, quod acceptum certo granorum numero vomitum provocare ſoleat præter alias vires ejus; quod ſi verum eſt, fortaſſe dicitur Hebraicè* קיקיון *quaſi vomitorius, vim vomendi præbens, à rad.* קיא. *ex quâ derivatur &* קיא vomitus. *In hoc v.* פ *radicis, quod eſt* ק, *duplicatur ad augendam ſignificationem, quod etiam atq; etiam notes velim.* Nocte a. una & crevit & aruit à verme corroſus frutex iſte, inſtar herbæ ſolſtitialis; de quâ Auſoniꝰ:

Solſtitialis velut herba ſolet
Oſtentatus raptusq; ſimul.

Et apud Comicum:

Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui:
Repente exortus ſum, repentino occidi.

Sicut in textu eleganter exprimitur Ricini repentinũ excidium, בן־לילה היה ובן־לילה אבד i.e. *Filius noctis fuit, & filius noctis periit.* cum ſignificaret, eum unâ eademq; nocte, ut ita dicam, & natum & denatum. Sunt qui cum LXX. Interpp. de *Colocynthide*, quæ cucurbita quædam ſylveſtris eſt, explicant: quomodo accipi volunt *2. Reg. 4. v. 39. 44.* ubi legitur Eliſæum

* Tom.2. fol. 135. a.

Plaut. Pſeud. Act. 1. ſc. 1.

farinâ ſuſtuliſſe & correxiſſe vim colocynthidos maleficam: malignitatis n. aliquid in ſe alit, & ſuâ viciniâ veneni modo, inquit Meſue, ſtirpes inficit; ita ut cordi, jecinori & ventriculo quam maximè adverſetur, faſtidium & inteſtinorum tormina excitet, vaſorum oſcula aperiat; ſicut docet Matthiolus in Dioſcoridē*. Ideo dicebant ad deſignandam acredinem v. 40. *Mors in ollâ vir Dei.* Ad corrigendam autem virulentiam adduntur antidota, quæ ad id præſtant; vid. maſtiche, cinnamomum, zingiber, & alia, quæ facultatem habent coercendi; indeq; formantur trochiſci, qui parati in officinis habentur, Alhandali. In eo autem ſcripturæ loco monet Valeſius*, aliqua ex parte quidem *naturale* fuiſſe, quod farinâ aſperſâ mitigata fuerit colocynthidis vis & mordacitas; ſed addit bene, magis fuiſſe *ſupernaturale*, ut naturalem quoq; cauſam cum divinâ illâ conjunctam nobis perſuaderet. Sed hæc judicentur in foro Theologorum; quorum eſt leges preſcribere, Philologorum verò obedire.

* lib. 4. c. 71. pag. 643.

* de Philoſ. ſacr.

Marc. XIV. ℣. 3. Ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. *Venit mulier habēs alabaſtrum ungventi nardi ſpicati pretioſi.* Hiſtoria nobilis refertur mulieris, quæ Chriſtum ungvento ſuo pretioſo donaverat. in quâ quid ſit ℣. 3. *Nardus piſtica* variè diſputatur. Nardus, teſte Plinio, præcipua eſt in ungventis odoratis: quia non tantùm ſpicâ ſuâ, ſed etiam foliis celebratur, geminâ dote; aſpectu quidem humilis herba, ut apud *Dioſcoridem** legere eſt, quæ tamen redolet ſuaviſſimè: ita ut ex illa pretioſum componatur ungventum. Optimam a. eſſe nardi ſpeciem, quæ in ariſtas aſſurgit, iterum autor eſt Plinius. Hinc eſt, quod

lib. 12, cap. 12.

* lib. 1. cap. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Vulgatus vertit. *Nardi ſpicati;* ut intelligatur eximium & optimum ungventum confectum de ſpicis nardi. Venerabilis Beda in hunc verſum ſic deſcripſit: *Nardus eſt frutex aromatica, gravi, ut ajunt, & craſsâ radice, ſed brevi ac nigra fragiliq́; quamvis pingvi, pinum redolẽte aut Cypreſsum, aſpero ſapore, folio parvo denſoq́; cujus cacumina in ariſtas ſe ſpargunt ideoq́; gemina dote pigmentarii nardi ſpicas ac folia celebrant. Et hoc eſt, quod ait Marcus*, ungventi nardi ſpicati pretioſi. *quia videlicet ungventum illud, quod attulit Maria Domino, non ſolùm de radice confectum, verùm etiam quo pretioſius eſſet, ſpicarum quoq́; & foliorum ejus adjectione odoris ac virtutis illius erat accumulata gratia. Ferunt a. de nardo Phyſiologi, quod principalis ſit in ungventis. unde meritò unctioni capitis & pedum Domini oblata eſt.* Sollicitant præterea vocem πιϛικῆς (quam *Vulgatus* Latinum eſſe vocabulum in ſcripturam græcam translatum forte putabat) Interpretes, & variis ſententiis inter ſe agitant; quarum quasdam Eraſmus *in Annot. ad h.l. collegit*. Cyrillus, cujus tamen fecit Eraſmus ſilentium, γενικῶς ſcribit; ungventum eſſe nardi *à loco quopiam* Quæris, quo loco? Hic nos Cyrillus derelinquit. Lampada v. tradit *Joh. Hartungus*, ſummi Theologi Brentii diſcipulus; qvum à loco *Opis* piſticam, vel, ut ipſe vult legendum, *Opiſticam* nardum dici *in Criticis ſuis Decadibus** exiſtimavit; ut intelligatur Babylonicum ungventum pretioſiſſimum*. nam Opis fuit vicus propinqvus Babyloni, emporio celebris. Quam Hartungi divinationem ſuo calculo approbat *Abrahamus Scultetus*: jure improbat *Chr. Becmannus*, qui Hartungum, principem hujus ſpecioſæ lectionis, extra oleas vagari *in*

* Dec. 3. c. 6.
* Pollux, lib. 6. cap. 19.

Originibus ſuis affirmat. Aliis placet ἀπὸ τῆς πίστεως, nardum puram, probatam & fidelem Latinis dictam, appellare; id quod verum eſt. πιστικὸν n. παραγωγικῶς dixit ἀντὶ τοῦ πιστοῦ non infima tantùm Græcia, ſed etiam melior: ut ex *Athenæo* & *Artemidoro* ὁ πάνυ Salmaſius *in Exercitationibus Plinianis ad Solinum pag. 1065.* docuit. immò doctiſſimus Caſaubonus *in Exerc. 14. num. 6. §. 13 ad Baronium* adſtipulatur explicationi; qui tamen antea in Notis, quas additas legimus N. T. παρὰ τὸ πιεῖν hoc nominis deduxerat; ut acciperetur ungventum illud delicatiſſimum, quod in potum quidam addidêre, teſte Plinio. ſicut νάρδον καταπίνειν apud *Athenæum* legitur; & *vinum & nardum infundere* apud *Hirtium* eodem intelligimus ſenſu: nardum n. pro ipſo *nardino ungvento* uſurpant. Quæ ipſa interpretatio ad Evangeliſtam ducitur ab Henrico Stephano; qui vertit, nardi liquidæ. *nam*, inquit, *liquidis, non craſſis ungventis perfundi in conviviis ſolebant**. punctumq; meretur ipſius Bezæ, qui *in Notis* ungventum ex nardo duplex facit; alterũ craſſum, alterum liquidum & quaſi potabile, ex Plinio, Horatio & Æſchylo. Hoc ipſum volunt *Racovienſes*, qui *in Verſione N. T.* Anno *1630.* editâ in eundem ſenſũ reddidère. **Da er zu Tiſch lage / kam ein Weib / das hatte ein Alabaſter mit fliſſender ſehr köſtlicher nardenſalbe.** Lutheri verſio omnib⁹ palmam præripit; quæ habet. **mit ungefälſchtem und köſtlichem Nardenwaſſer.** Scil. à ſeplaſiariis non adulteratam, piſticam i. e. fidelem. Super quâ certè explicatione miror fidem Autoris *Vocabularii veteris*; ubi legitur: *Piſticus, a, um. fidelis à* πίστις, *fides. unde* nardum piſticum *id eſt, fidele, purum, non adulteratum commixtione aliarum*

* Tom. 3. Lex. Græc. pag. 141.

rum

rum rerum. Sic S. Odo Abbas ſerm. de Magdalena: *Utiq; in pedes Domini ungventum nardi piſticum, id eſt, fidelem, fundit.* Firmamus hæc ex Plinio, qui tradit *novem herbarum ſpecies* eſſe, quæ nardum imitentur & adulterent. unde intelligimus, in tantâ fraudis copiâ uſum loquendi obtinuiſſe, ut πιστικὴ *nardus* diceretur, ἀπὸ τῆς πίστεως, à fide, planè ἄδολος h. e. germana & nullâ arte vitiata. Ut jam non ſit dubitandum, quin nardum piſticam in Evangelio interpretari oporteat *nardum puram & fidelem, ſinceram & incorruptam*, καὶ μετὰ πίστεως σκευασθεῖσαν, ut Theophylactus loquitur, ἀπὸ τῆς πίστεως deductâ voce. & in eo caſtigandum Abrah. Scultetum videmus, quod eas doctiſſimorum virorũ ſententias unâ liturâ *in obſervationibus ad Marcum c. 80. pag. 121.* obducit. *Grammaticorum alii*, inquit, πιστικὴν *à* πιεῖν *derivant, ut nardus potabilis intelligatur. alii* πιστικῆς *pro* σπικατῆς* *ſcriptum, Latinamq; vocem* σπικατῆς ſpicati *pro Græca ab Evangeliſta poſitum ſuſpicantur, cum nihil de piſtica nardo in claſſicorum ſcriptorum libris reperiatur: alii à* πίστις *deducunt* πιστική. *Omnia fruſtra. Nam à* πιεῖν *unde veniat* πιστικῆς? *Quod ſi à fide dicta ſit*, πιστὸς *ſeu* πιστὴ, *dicenda, non* πιστικὴ *fuerat.* Veretur à πιστὸς leviſſimam ob ratiunculam deducere πιστικός: & tamen ab ὄπις cum Hartungo ὀπιστικὸν non ὀπικὸν, derivat. Nullam itaq; videmus cauſam, cur Scultetus procuratoriâ quadam autoritate vocem πιστικὴν rejiciat tantis autoritatibus bonorum ſcriptorum munitam, & rei etiam, de quâ agitur, non inconvenientem. Vide deinceps nuper natam Cl. Ludovici de Dieu obſervationem *in ejusd. Animadv. ad cap. 13. Actorum*. de quâ judicandi aliis ſiremps lex eſto.

* Camer. Not. ad Marc. p. 135

Luc.

Luc. XXII. v. 25. Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν Ευεργέται καλοῦνται). *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent,* Benefici *vocantur.* Olim, qui dignitate alios antecederent, titulos aſſumſêre varios, ne quid ad majeſtatem faciens deeſſet. Longum eſſet ire per exempla. Unicum ſe offert præſenti loco; dicti enim Ευεργέται οἱ ἐξουσιάσοντες i. e. *benefici* ac *liberales*, ſeu ſpontanei ac voluntarii ad benefaciendum, **Mildgebendte Herrn.** Lutherus, **Gnädige Herrn.** Racovienſes: **Gutthäter.** Sic n. principes à liberalitate & beneficentiâ nomina deſumunt in ſacris & profanis literis. Vocabantur Ebræis נדיבים, eò quod Principes deceat beneficẽtia & juſta liberalitas. נדיב enim propriè eſt, qui *munificus* eſt, at *cum judicio*; unde opponitur ei נבל id eſt, *ſtultus*, *Eſa. c. 32. v. 5.* eò quod hic modum neſciat in *judicandis* divitiis: ſive *ſordidus* dicatur, ſive *prodigus*; ut Brentius *pag. 421. 422**. explicat. Eundem in modum קרימון, *Kerimon*, Arabibus *Vir nobilis & ſtrenuus* dicitur propriè: cum v. præcipua nobilitas conſiſtat in liberalitate, *liberalem* quoq; ſignificat. Erga egenos qui attendunt duplici liberalitate, quæ tàm ex arcâ quàm ex corde proficiſcatur, dicuntur elegãter בעלי צדקה in Itinerario Benjaminis Judæi*: ideoque D. L' Empereur de *beneficis* intellexit, quem *in Notis pag. 145.* conſule. Atq; vix aliter Rex Calecutanus, unus è potentiſſimis inter Indicos Principes, à principatûs nobilitate & munificentiâ *Zamorini* appellationem ſortitus eſt; quemadmodum Auguſtus *Patris*, teſte Tertulliano, & Titus Imperator benefici;

* Com in Eſa.

* pag. 5. Edit. Leid.

fici; cujus beneficentia ex illâ exclamatione elucet, poſtquam diem aliquando egerit immunem: *ô amice, diem perdidi!* Ratus, illum omnino diem perdi, qui nullo regiæ beneficentiæ monumento ſignaretur. Itaque ex uſu ſeculi ſui Chriſtus loquitur generaliter de magnatibus, qui נדיבים, id eſt, *ἐυεργέται* vocabantur: eò quod Principum ſit beneficentiâ eſſe liberalem; quod ideo ad ſuos Reges transtulerunt Ægyptii, ut *Evergetæ* dicerentur; quorum unus Philadelphi ſucceſſor fuit: cujus in *præfatione libri ſui* Syrach mẽtionem injecit; ubi Druſius *in Notis* ſubjecit; eò reſpexiſſe Chriſtum. Et Matthias Flacius in Clavi Scripturæ ſub V. ſpontaneus. *Spontaneus* נדיב *aliquando vocatur Princeps, propterea quod Princeps debet eſſe liberalis, beneficus. Vocantur a. communiter hoc nomine Magiſtratus & Principes, quia eſſe debent à Deo excitati, & multis heroicis virtutibus ornati, ut in ſubditos ſe illis virtutibus beneficos & liberales exhibeant. Ad hoc nomen credo illud græcum ἐυεργέται Luc. 22. accommodatum eſſe; unde etiam duo Reges Ægypti ſpecialiter hoc nomine ornati ſunt.* Sacerdos coram Ægyptiis vota precesq; pro Regis ſalute ſoluturus ſolebat de Rege prædicare, *leviores infligere pœnas, majores vero reponere gratias, quàm pro delictorum aut beneficiorum meritis*, apud Diod. Siculum lib. I. Conf. Martinii Lexicon in V. Munificus.

Joh. II. ℣. 10. Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω. *Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius.* Conſuetudo erat in conviviorum exordiis *nobilius vinum* adminiſtrare; quod vero erat *vilius*, in ultimam reſervare horam: de quo Martia-

lis 1. *Epigr. 24.* monet Sèxtilianum, ut ſi decimum cyathum tranſilire velit, ne bibat Opimianum aut Falernum, ſed Laletanum: nempe poſt decem cyathos juſſit deterius bibere Sextilianum. Ad quem morem alluſiſſe Chriſtum adjecit Raderus *in Notis*. Nec ſanè videtur Architriclinus ebrietatem illam, quæ porcorũ eſt non hominum, innuere: ut eo nomine accepit Nonnus Paraphraſtes Græcus; neſcio tamen an incogitanter, judice Heinſio*. de quo aliquando, puto, nos uberius inſtruet magnus ille ingenio Vir *in Opere Exercitationum ſacrarum in N. T.* cui plurimum eum ob laborem utiliſſimum ſtudioſa juventus, ſacris operata, debebit; haud enim ſcio, an quis alius exquiſitiùs & eruditiùs, in hoc quidem materiæ genere, ſummã ſacrarum literarum ſcientiam hiſce liberalioribus ſtudiis exornârit: cui permultos ſimiles optaremus exiſtere Philologos. Sed aliter canes olent, aliter catuli; quod proverbio dicunt. Helleniſtis τὸ μεθύειν ex uſu lingvæ Ebraicæ paullò hilariorem potationem ſignificat; non ſemper *exceſſum* potandi vitioſum ſive temulentiam: quæ mentem de ſtatu deturbat, & è ſapiente reddit inſipientem ſeu hominem ſtultum, juxta *cap. 20. v. 1.* Proverbiorum. *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Quicunq; his delectatur, non erit ſapiens.* Ebræus כל־שגה בו i. e. *omnis qui in eo errat*, vel *modum excedit*; vox enim שגה in eo Proverbiorum libro ſæpe dicitur, ut *Eſa. c. 28. v. 7*, de *rei exceſſu*. modũ enim & certos rerum fines non obſervat, qui nimius eſt in rebus, & in rerum *aberrat* uſu. & ita, qui modũ in bibendo excedit, ut *ſtulteſcat* oportet. Stulti enim nomen ei, qui neſcit modum in quacunq; re obſerva-

* Ariſt. c. 4. p. 111. 112.

re, quaſi proprium eſſe lingvâ Prophetarum, ex dicto
Prophetæ loco, ut alios prætercam, intelleximus, cum
de נריב nobis eſſet ſermo. ſicut de *Nabal*, viro Abiga-
il, inconſideratè cum Davidis Legatis agente, ſcriptũ 1. Sam. 25. v. 25
extat: quod ſecundum nomen & rem *ſtultus* fuerit, &
ſtultitia cum eo; neſcivit n. modum in divitiis tenere,
turpiſſimo modo σκυθρωπὸς Legatos dimiſit nimis at-
tentus ad rem, neſcivit homo ebrioſus leges ponere
gulæ. ideo additur v. 36. *Erat a. ebrius valde & vecordia
temulentus erat.* Quemadmodum autem Ebræi ſua lin-
gvâ de largiori potu, & potu etiam inebriante voce
סבא (unde Critici Germanicum noſtrum **ſauffen**
derivant) & שכר utuntur: ita viciſſim voce שתה de
largiori potatione, & potu etiam modicè ſumto loqui
amant. Prov. c. 31. v. 4. *Non eſt regum bibere vinum*, i. e.
ſe vino inebriare*. Eſa. c. 5. v. 22. *Væ potentibus ad bi-* * Druſ. in Lev.
bendum vinum, לשתות יין, *& viris roboris ad miſcendum* cap. 28. p. 261.
ſiceram, למסך שכר. *Sicera*, dicẽte Hieronymo*, *Ebræo* * ad Nepot.
*ſermone omnis potio nominatur, quæ inebriare poteſt, ſive
illa, quæ frumento conficitur, ſive pomorum ſucco: aut cum
favi coqvuntur in dulcem potionem: aut palmarum fru-
ctus exprimuntur in liquorem, coctisq́ frugibus aqua pin-
gvior coloratur.* His convenienter eunt verba Flacii in
d. Clavi p. 1134. *Certior eſt definitio, notari omnes potio-
nes à fructibus expreſſas, in quarum dulcedine eadem fere
eſt illecebra, qualis eſt in vino. Et hodie quoq́ orientales po-
puli ſibi tàm ex dactylis palmarum, quàm ex aliis fructibus
liquores conficiunt apprime ſuaves & delicatos.* Eõ alludit
eleganter verbum מסך, ut *mixtio* indicetur; ſic vide-
mus verba ap. Ebræos ſæpè menſurari rebus ſive riti-
bus; inde Amamæ* מסך denotat frequenter *potum* * in Gram. Eb.

 ex

ex more calidarum iſtarum regionum *aquâ miſcere*; Qui in Scholâ onomatologiarum ſobrii verſantur, ſciunt ſeparare verba actionibus implicita ab iis, quæ communiter ſunt ſive in idea notationum; de quâ artifex trahit futuri operis exemplar, æſtimatione factâ, quidnam in ſuo fundamento i. e. conceptu univerſali importent; quidnam in relatione, quâ ſe oppignerat materiæ. Non vero hæc Helena ruſticè tractanda eſt. Solebant autem, quod hîc non omnino alienum erit obſervare, vinum mixtum aquâ ad vitandam ebrietatem bibere, non merum. quam in vino diluendo & vitanda ebrietate regulam præſcribit Salomon d. l. Proverbiorum. Idem & aliis fuit gentibus: de quibus vide Eraſmum in Adag. *Perdidiſti vinum infuſa aquâ.* Item in Adag. *Aut quinq; aut tres.* Hier. Mercur. *1. Var. lect. 18.* Lipſium *1. Elect. 4.* Muſambertium, ſive Theod. Marcilium *in Commonit. ad Ramireſii Hypomnemata.* Tanta nimirum ex rerum cognitione *in verba* deſcendit utilitas, quâ abſq; tædio frui liceat; Sive itaq; revoces verbum boni illius Architriclini, μεθύειν, ad ſcammata helleniſtica, ſive ad hellenica, in promtu habebis, de quo ex antiquitate, quoad licet, agas; ſed hæc ut ampla miſſa facimus.

Epheſ. V. ℣. 4. Καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία. *Aut obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut urbanitas.* Dicitur εὐτραπελία παρὰ τὸ εὖ τρέπεσθαι τὸν λόγον nativâ ſuâ ſignificatione, quæ hîc non obtinet, *urbanitas*. Hîc tamen intelligitur non εὐτραπελία illa, quæ virtus eſt & urbanitas dicitur Latinis, de qua Ariſtoteles *4. Ethic. 8.* nam lepiditatum tempeſtiva raritas, urbanitasq; peropportuna permittitur. ſed αἰσχρολογία, ſcurrilitas, ſcur-

ſcurrilis, ut ita dicam, urbanitas, gravi viro indigna, μωρολόγος εὐτραπελία, obſcœna & indecora dicacitas ab Apoſtolo prohibetur. *quia n. facile eſt ex hâc virtute in ὑπερβολὴν prolabi, & ſæpe etiam ὑπερβολὴ illa pro μεσότητι habetur, nomen μεσότητος τῇ ὑπερβολῇ fuit inditum:* quæ ſunt verba fœliciſſimi ſenis Dn. M Eraſmi Schmidii*. Ad eum fere modum loquitur S. Lucas * in Pind. Pyth. pag. 194.
cap. 16. v. 8. de ingenio callidi & fraudulenti œconomi, ecui *prudentiam* i. e. verſutiam, aſtutiam, tribuit. Sic etiam Euſebius Emiſenus *Hom. Dom. X. Trinit.* prudentiam interpretatur *calliditatem*. Nec in eo abeunt Græci & Latini ab Ebræis & Arabibus: quibus חכמה i.e. *ſapientia*, etiam de *aſtutiâ* dicitur. Idem de Radice verum; ut *Exod. 1. v. 9.* נתחכמה לו, καταϲοφισώμεθα αὐτούς. *Aſtute nos geramus in ipſos.* nam & *in aſtutia* prudentia latet; ideo etiam Salomon *cap. 8. v. 13.* utramq; conjunxit. *Ego ſapientia habito cum aſtutiâ*; & οἱ LXX. calliditatem ſerpentis ad prudentiam referunt, atq; *prudētiſſimum* faciunt. Gen. c. 3. v. 2.
Vides, ut ſignificata verborum invicem permutentur ob μεταλλαγὴν μεσότητος & ὑπερβολῆς in rerum naturâ; quæ multotiens verba honeſta rapit ad infamiam. Tanta nimirum ex rerum metallage in ipſa verba migrat mutatio; adeo ut ob illarum culpā, pœnæ reatum in ſe ſuſcipere verba cogantur. Non in verbis vitium, ſed in animo ipſo hominum eſt, qui εὐτραπελίαν non referunt ad finem honeſtum. Quis v. δυστραπέλως-εὐτράπελος? Chryſoſtomus *in h. l.* accuratè deſcribit ποικίλον, παντοδαπὸν, εὔκολον, παντα γινόμενον, ταχέως τρεπόμενον καὶ μεθιστάμενον, qui novit καὶ σχῆμα καὶ ῥῆμα καὶ γέλωτα, καὶ βάδισιν καὶ πάντα μιμεῖσθαι: καὶ σκώμματα ἐπινοεῖν. Ipſi *Scurræ*, quo nominis ſibi convenientis

fugiant invidiam, ſe *urbanos* potius appellari libenter audiunt; eſtq́; iſtud hoc ipſo ſenſu Germanis familiare. Hos ſcurras optimè novit lepidiſſim⁹ ſcriptor Comœdiarum. *Nil eſt profectò ſtultius, neq; ſtolidius, neq; mendaciloquius, neq; confidentiloquius, neq; perjurius, quam quos* ſcurras *vocant.* quosq́; nullo honore cenſet Hieronymus, quando ad Nepotianum Epiſtola ſic de ſervandâ ſeveritate ſeverè præcipit: *Omnes delitias & lepôres & riſu dignas urbanitates in Comœdiis erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur: quantò magis in Monachis & in Clericis, quorum & ſacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio* S. Bernardus, Abbas Claravallenſis*, ſacrorum hominum facetias graviſſimâ voce *blasphemias* vocat. Facetiarum acerrimus accuſator in iisdem Clericis fuit multis in locis Eraſ. Roterodamus: qui etiam occaſione Paulini locutionis generis eos reprehendit, cum *in Annot. ad N. T. pag. 425.* ſcribit. Ευτραπελία, *i. e. facetia ſive lepos; nam in bonã partem apud Philoſophos accipitur. Sentit autem* urbanitatem ſcurrilem *& indignam gravi viro. Tametſi Hieronymus ejusmodi quoq; ſales, qui tantùm riſûs causâ dicuntur, indignos eſſe putat verè Chriſtianis, adducens illud ex Hebraico Evangelio: Nunquam læteris, niſi cum videris fratrem tuum in caritate. Equidem ut jocos utcunq; tulero, modo docti ſint & ſale conditi; ita non fero quosdam qui quoties* urbani *videri volunt, è divinis literis ad ſuas ineptias detorquent aliquid.* (ô quam multi hîc vapulãt!) *Quod infeſtivum feſtivitatis genus* (verba ſeqq. omiſerunt olim Colonienſes in edit Evang. not.) *impensè video placere Monachis quibusdam ac ſacerdotibus etiam nonnullis, qui ſi cupiant vel inſectari quempiam, canticum*

* l.2. de conſid. ad Eug. Pap.

Ma-

Mariæ, vulgò dictum, Magnificat, aut canticum vulgò dictum, Te Deum, commutatis aliquot verbis detorquent ad virulentiam. Victor. Strigelius h. l. Εὐτραπελία *ap. Ariſtotelem eſt nomen virtutis, cujus extrema ſunt* βωμολοχία & ἀγροιότης: *ſed quia difficile eſt urbanis modum ſervare, & hæc virtus facile degenerat in alterum extremum; ideo* εὐτραπελία *pro ſcurrilitate uſurpatur.* Imò profanis hoc eſſe in uſu, Huldricus Geminius in Epiſtola, annexa Pindaro loco epilogi *A. 1526.* probat. Verba ſunt: *In Epiſtolâ ad Epheſios vetat Paulus* εὐτραπελίαν *inter ſanctos nominari, quæ in* urbanitatem *aut* comitatem *apud Latinos vertitur. Vetus Interpres, in* urbanitatem *tranſtulit. qvum tamen Paulus alibi doceat ſermonem noſtrum eſſe debere ſale conditum; unde non videtur eſſe veriſimile, quod civiliſſimus Apoſtolus urbanitatem vetuerit; ſed priſcis eſt* εὐτραπελία *pro* ſcurrilitate *quoq; uſurpata; quod æquè apud hunc noſtrum* (Pindarum) *invenis.* Loca Pindari annotabimus: In Pyth. *α. ἀντ. ε.* v. 10. Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐτραπέλοις. *Ne decipiaris, ô amice, lucris urbanè nugacibus.* ut vertunt. Alter extat Pyth. δ.

Εἴκοσι δ᾽ ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον
Οὔτ᾽ ἔπος εὐτράπελον. i.e. *verbum turpe.*

Matth. XIV. ℣. 31. Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Dignus ſermo πάσης ἀποδοχῆς Martini Lutheri in Geneſ. cap. XVI. *Grammatices ſtudium omnino neceſſarium eſt, ſed niſi cum Grammatica etiam res ipſas diſcas, nunquam fies bonus doctor.* Philippi quoq; Melanchtonis ſimile effatum fuit: *Scriptura non intelligitur Theologicè, quando non intelligitur Grāmaticè.*

Etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Etiam ſic Chemnitius: *Eccleſia tantum debet eſſe Grammatica*; & quæ ejusdem ſunt alia, quæ collecta dedit Tarnovius *in Exercitationibus Biblicis*. Quorum ſummorum Virorum dicta meritò objicimus Miſophilologis, quibus nil rectum videtur, niſi quod ipſi ſuperciliosè agunt; qui, cum Grammaticam audiant nominari, cantionum ſuarum cantatores cottidiani neſcio quam exprobrant Grammaticam. Multùm autem ad rem pertinet, quo propoſito ad Philologiam, quæ in Grammaticâ vocum enarratione accuratiori non minimum paratum ſibi habet præſidium in divinorum humanorumq; ſcientiâ, accedas. Multa quidem ſunt *in Græco N. T. textu* ad λέξεως Hebraicæ & Chaldaicæ imitationem dicta & ſcripta: de quibus N. T. Ebraiſmis & Chaldæo-Syriaſmis ediſſerunt earum Helleniſticarum rerum gnari, *Scaliger*, *Caſaubonus*, *Heinſius*, *Glaßius*, *Dieu*; de quibus etiam nuper integrum promiſit tractatum *Lampertus Alardus*, quem tamen videre nobis nondum contigit; qui ſi viderit lucem *exactè* & *ſolidè* elaboratus, omnibus commendatiſſimus eſſe debet. Non pauciora ſunt, quæ ex profanis locutionis genere diſpaleſcunt, lucemq; capiũt. Hoc ſtudium uti in ſacris maximè commendat Mart. Chemnitius, τὰ θεῖα γνῶναι καὶ ἑρμηνεῦσαι δυνατὸς: ita exemplum ejusdem præbet in aureo libro Examinis C. T. ubi *part. 1. pag. 390.* de fide juſtificante acturus, emphaſin prius vocis Διςάζειν ex Ariſtotele adduxit his verbis: *Utitur verbo διςάζειν, quod ſignificat, quando animus affectibus nunc huc nunc illuc impellitur, ut non maneat in unâ ſententiâ*, (ſicut viator in bivio cõſtitutus*) *Ita uſurpatur 7. Ethic. c. 2.* Locum non appingit optimus

* in Ll. Cc.

mus autor, quare à nobis habeto. Sic infit Philoſoph⁹. Ἀλλὰ μὴν, εἴγε δόξα, καὶ μὴ ἐπιστήμη, μηδ᾽ ἰσχυρὰ ὑπόληψις, ἡ ἀντιτείνουσα, ἀλλ᾽ ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι συγγνώμη, τῷ μὴ ἐμμένειν ἐν ταύταις πρὸς ἐπιθυμίας ἰσχυράς. *Atqui** *ſi opinio eſt incontinentis, non ſcientia, neq; firma exiſtimatio, quæ adverſetur & obſiſtat cupiditati, ſed infirma & imbecilla, ut iis contingit, quorum in dubio eſt animus:* (veluti in iis*, qui variis ſententiis diſtrahuntur, qualis eſt in ambigẽtibus*) *profectò ei ignoſci debet, ſi in ea** *non permaneat adverſus vehementes & firmas cupiditates.* Eleganter indicatâ vocis origine Etymolog⁹ explicat, οἱονεὶ δύο στάσεις ἔχων κατὰ διάνοιαν; homo incertâ mente vacillans & claudicans; cujus animus in varias dividitur ſententias, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. ut apud Jacobum ✠. 8. cap. I. vocatur ἀνὴρ δίψυχος. Latinis inſigni metaphorâ, *Fluctuare*, dicitur, οὗ νόος, ἠΰτε κῦμα, εἱλεῖται; ὁ μετήορον ἦτορ ἔχει; ut Oppiani verbis *ex 3 Halieut. v. 505.* & *4. Hal. v. 200.* dicam; ad quem Rittershuſii Commentarium fol. 28. & 295. vide. Chriſtus ergo diffidentiam Petri ὀλιγοπίστου increpans verbo dubitationi convenientiſſimo utitur.

* Caſaubonus.
* Riccobonus.
* Felicianus.

Luc. XII. v. 29. Μὴ μετεωρίζεσθε. *Nolite in ſublime tolli.* Obſervat Chemniti⁹ allato loco, ſuper h. l. Μετεωρίζεσθαι *ſignificat animum habere ancipiti & ſolicitâ dubitatione ſuſpenſum, quo res evaſura ſit: ſicut quæ in ſublimi ſuſpenſa ſunt facili momento huc illuc impellantur. Ita Thucydides lib. 2. Tota Græcia* μετέωρος ἦν. Confer eundem *in part. 2. LL. Cc.* ubi eandem tradit, ſimulq; monet ſignificationem illam, quâ *arrogantem eſſe* notet, non congruere huic loco. & *in Harmon. lib. 3. cap 51. pag. 471.* Thucydides *lib. VI.* Rempublicam dubiam & quaſi

 pen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

pendulam in diſcrimine μετέωρον nominat. Apud Xenophontem περὶ ἱππικῆς, eleganter *eqvus* μετέωρος dicitur eqvus φρυακτής, qui poſteribus pedibus inſiſtens ſe erigit. Hinc concinnâ Metaphorâ translatum ad animum, ſignificat ſuſpenſionem animi & dubitationẽ, ut hoc in Lucæ loco, ad quem Theophylactus. Μετεωρισμὸς λέγει τὸν περισπασμὸν καὶ τὴν τοῦ λόγου ἄστατον περιφορὰν ἄλλο καὶ ἄλλο ἐνθυμουμένου. Mens enim Chriſti. Nolite fluctuare curis; ne ſitis ſuſpenſis animis, non ſitis inter ſpem metumq; dubii, ſed acquieſcite agnitione præſentiæ Dei & firmâ ope auxilii divini: & certò ſtatuite, omnes petentes bona corporalia juxta promiſſionẽ, etiam in hâc vitâ conſecuturos eſſe. Hæc hujus locutionis inobſervantia fecit, ut ille locus non rectè intelligeretur ab illis, qui verterunt: *Non curate meteora* i. e. cauſas cometarum, pluviarum & omnia tempeſtatum ſigna, more gentium & Mathematicorum. Vel qui interpretantur per μεγαλοφρονεῖν & ὑψηλοφρονεῖν. Neutra n. ſignificatio eſt hujus loci. Quare nos deſerere malumus Interpretes iſtiusmodi, quàm falſa pro illis dicere; *nam quod non ita eſt, ut dicitur, etiamſi bonos videatur, injuria eſt*, ait alicubi Caſſianus Cœnobita.

Meurerus in Quæſt. Meteor. pag. 11.

Joh. VIII. v. 25. Τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *Principium quod & loquor vobis.* Benedictus Aretius part. 2. Problem. Theol. Tit. de lectione E. S. fol. 237. a. hæc ſcribit: *Certum eſt, ſæpe difficiles controverſias ac nodos ſacræ Scripturæ uſitatâ phraſi & ſententiâ ab Ethnicis petitâ expediri. Apud Johannem Chriſtus inquit*, Principium quod & loquor vobis. *In quâ ſententiâ mirum eſt, quàm anxia ſit explicatio multorum Interpretum.* (Horũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

varias opiniones, eorumq́; rationes, qui volet, apud Maldonatum quærat.) *Sed mens Chriſti facillima eſt intellectu, ſi expendas phraſin græcæ lingvæ, quâ* ἀρχὴν *adverbialiter pro* πρώτως *primitus accipitur. Sic Ariſtoteles eâ voce uſus eſt lib. 7. Polit. cap. 11. ad finem; quaſi dicat, Hoc ſum, quod vobis initiò dixi, ſc. ſum Via, Veritas, Filius Dei.* Hæc Aretius. Locum Ariſtotelis prætermiſſũ h. l. addemus. Extat ille circa finem *cap. XI. lib. 8.* (non lib. 7.) ubi loquitur Philoſopus de munitis urbibus, quas non facile aggrediuntur hoſtes. Verba illius ſunt: Ἀρχὴν γὰρ οὐδ' ἐπιχειροῦσιν ἐπιτίθεσθαι τοῖς εὖ παρασκευασμένοις. Dionyſius Lambinus vertit. *Nam ab initio ne conantur quidem in eos impetum facere, qui præmuniti ac præparati ſunt.* Notatu digna eſt Flacii in Clavi Scripturæ explicatio, qui τὸ ἀρχὴν ſignificationem βεβαιώσεως habere ſcribit: quæ obſervatio non caret fundamento: eo n. modo occurrit vox iſta apud Demoſthenem & Sophoclem, quorum teſtimonia ἐπὶ πᾶσιν ἄρισα apud Glaſſium *in Grammatica ſacrâ pag. 448.* videre licet.

Act. c. V. v. 29. Πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Apoſtoli Concilio Judæorum idem reſponſi dedêre, Act. 4. v. 19. *An juſtum ſit in conſpectu Dei vos potius audire quàm Deum, judicate.* Eadem ſunt Socratis verba, nemini non nota, in Apologiâ apud Platonem*: quem cum Amici hortarētur, ut Senatui Athenienſi cederet, reſpondiſſe ferunt: Ἐγὼ μὲν, ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι ὑμᾶς καὶ φιλῶ. Πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ὑμῖν. *Ego quidem vos amplector & amo, Viri Athenienſes. Sed Deo potius, quàm vobis obtemperabo.* Vid. Cl. Dilherrus *1. elect. 3.* & Piccartus *in Orationum volumine pag. 347. & 348.*

* pag. 364.

Act. cap. IX. v. 5. Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. *Durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare.* Eſt proverbialis locutio, profanis etiam Scriptoribus non infrequẽs. Terentius Phorm. act. 1. ſc. 2. v. 27. *Nam quæ inſcitia eſt, adverſus ſtimulum calces?* Hoc Græci ita referunt. πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτιζέτω: quomodo ex Euripide & Pindaro adduxit Eraſmus *in Chiliadibus*, & ex Æſchylo Franciſcus Fabricius *Annot. in Terentium*. Ἀπολακτίζω, idem dicit; quod in Latinum transformat Plautus *5. Epid. 2.*

Rom. VII. v. 22 Κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. *Secundum interiorem hominem.* Genus hoc loquendi in Scholâ Platonis uſitatum fuit: in quâ docebatur, alium eſſe τὸν ἔσω ἄνθρωπον, alium τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον: unum eſſe, qui ratione uteretur: alterum, qui affectibus, non ratione regeretur. Apoſtolus οὐρανοδίδακτος eodem modo (ſi genus loquendi ſpectes) de diverſâ re loqui amat, ſub luſtri modo tenebricoſam dictionem & formam loquendi Platonicam ad eam traducens doctrinam, quæ autorem habet eum, cujus luce animi noſtri magis, quàm ſolari corpora, illuminantur; uti loquitur Henricus Stephanus, hâc de elocutionis formâ *in lib. 1. Schediaſm. cap. 2.* conſideratè diſſerens, ubi legẽ judicandi relinquo Theologis, quibus omnino notũ, quod Veteres pleriq; non attentè conſiderârint hoc diſcrimen hominis interioris & exterioris. Huc tẽdit Joachimus Camerarius, inſigniter eruditus homo, *in Notat. Figurarum N. T. pag. 13.* cujus verba ſunt: *Non abſurdum mihi dictu videtur, Apoſtolum in hâc diſputatione ad illas Platonicas* μεγαληγορίας *reſpexiſſe, & explicare rem verè ſtuduiſſe, de homine & actionibus externis & interi-*

lib. 9. de Rep. pag. 589.

interioribus; ut intelligeretur hæc iſtiusmodi eſſe non cogitatione, ſed re ipſa, vel pravitate ac corruptione naturæ, vel beneficio vel gratiâ inſtaurationis Spiritus Sancti. Caro enim, id eſt, natura humana in nobis peccatrix eſt. Spiritus Sanctus a. largitor & effector innocentiæ in iis, qui credũt Evangelio. Hactenus Camerarius, ſtudioſus verborũ ex ἀρχαιολογίᾳ enucleator; cujus exempla in ejusdem Notationibus paſſim obſervare licet: eaq; quædam ita vult accipi, non quaſi his veritatem rerum divinarum ſtabiliri velimus, ſed ut verborum ſignificationes ſint certiores; multò autem minus q. ſacra cum profanis miſcenda ſint, & in has cœleſtes res terrenę commentationes inculcandæ. ut habent ejus verba *in cap. 1. Johannis pag. 222.* diſſerentis de voce λόγος. Quod & nobis omninò arridet, atq; in totâ hâc diatribe obſervatum cupimus.

1. Cor. IV. v. 3. ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. *Ab humano die.* Dei organum Paulus, quem Græcarum rerum gnarum perinde ut lingvæ fuiſſe conſtat, ſuas habet locutiones patheticas & interdum ſingulares. Diem humanum vocat hominis judicium, ex interpretum conſenſu, metonymicè, quia judiciis ſtati ſunt dies. unde & phraſis. *Dicere diem*, pro in jus vocare, & *Dies Domini*, pro judicio extremo. B. Hieronymus *è Cilicum ſermone*, è quorum regione Paulus oriundus erat, hoc loquendi genus contraxiſſe Paulum inſinuat *Tom. 3. Epiſt. 181. ad Algaſ. quæſt. 10. fol. 36.* Ebræis tamen fuiſſe in uſu, ex Jerem. cap. 17. v 16. diſcimus, ne quis ex more Cilicum totum exiſtimet dictum. Conf. Dn. D. Glaſſius *in Philol. ſacr. pag. 312.* & in Not. Philol. *in Medit. Epiſtol. Dom. part. 1. pag. 90.* Sic τὸ καταναρκᾶν *2. Cor. 11. verſu*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

verſu 8. verbum eſſe Cilicum Hieron. d. quæſt. notat; & probat Dounæus ad Chryſ. hom. 23. fol. 350.

Philipp. III. ✝. 19. ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. *Quorum Deus venter.* Dictum ex illo Euripidis Poetæ illuſtrari poteſt. apud quem Cyclops negat, ſe Diis ſacrificare, ἀλλ' ἑαυτῷ, καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ δαιμόνων, *ſibiipſi & ventri maximo Deorum.* nullum aliud Numen agnoſcens, quàm ventrem ſuum, cui ſoli ſe munera offerre fatetur, alia dicit eſſe κόμπους καὶ εὐμορφίας λόγων. Cyclopū

de jejun, c. 17. enim Deus venter fuit, quorum, ut ait Tertullianus, *Deus venter eſt, pulmo templum, aqualiculus altare, ſacerdos coquus, condimenta chariſmata, ructus prophetia.* Dicuntur *Matth. cap. 6. v. 24.* δουλεύειν μαμμωνᾷ Avari, quibus Plutus arridebat & pro Deo erat; quod eleganter Ariſtophanes *in Pluto* exprimit. Hinc Avarus dicitur *Idololatra* Epheſ. 5. v. 5. quia pecuniam ſibi Deum ſtatuit, non quaſi nummum ipſum Deum eſſe credat, ſed quod ſpes vitæ ejus boniq; inde pendeat, tanquam à Numine tutelari. Eodem ſenſu Venter Deus dicitur. Sic *1. Joh. cap. 2. v. 16.* *Quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis* (voluptas & libido) *aut concupiſcentia oculorum* (avaritia) *aut ſuperbia vitæ* (faſtus.) Quæ tria eleganti includit diſticho Baptiſta Mantuanus;

Ambitioſus honor & opes & fœda voluptas
Hæc tria pro trino Numine mundus habet.

Qualia Numina colunt, qui τὸ εὐδαίμον γαστρὶ μετροῦσιν, & pleno laudant jejunia Ventre. Epicurus, Philoſophus voluptuarius, ſive, ut Seneca nominat, *Magi-*

*ep. 18. *ſter voluptatis**, docuit ſummum bonum *Voluptatem animi*, quæ καταστηματικὴ i. e. *ſtabilis* dicatur, *in non dolẽ-*

do po-

do poſitam. Eam *ex corporis voluptate* naſci & in eam reſolvi, dolorem animi ex corporis dolore oriri; virtutes voluptatis causâ comparari, easq; nullas eſſe, niſi voluptatem pariant. unde apud Plutarchum Menodorus* περὶ γαστέρ. τὸ ἀγαθὸν inter olentes Epicuræorū animas metitus πᾶν ἔργον κενὸν eſſe dicit, ὃ μὴ εἰς τοῦτο κατελεύσ. Καὶ ἡδονῆς γὰρ (inquit ib. Plutarchus) τὸ μέγεθος, καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι, τῇ γαστρὶ περιγράφουσι. *lib. πρὸς Κολ.

Apoc. cap. II. v. 17. Δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκήν. *Vincenti dabo calculum album.* Proverbio iſto, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, *album calculum addere*, in exteris Scriptoribus *rei alicujus approbatio* indicatur. de cujus origine videatur Eraſmus Chil. I. cent. 5. adag. 53 qui idem *in h. l. pag. 544.* ait: *Olim* in *calculis ferebant ſuffragia. unde albo* lapillo notari *dicuntur. quæ probantur, atro, quæ damnantur. Et in ſuffragiis comitiorum nomen ejus, cui favebatur, calculo inſcribebant.* Abſolutionis nota fuerat calculus albus. namq; erat receptum, ut albo calculo in urnam conjecto reus abſolveretur. cum contrariæ ſententiæ teſtes nigri & perforati calculi. Ovidius *XV. Metam.*

Mos erat antiquis, niveis atrisq; lapillis
His damnare reos, illis abſolvere culpâ.

Ex eo metaphoram ſumtam ab Autore Apocalyptico ajunt. ut calculus albus gloriæ cœleſtis ſymbolum ſit. Arethas, Cæſarienſis Epiſcopus, in Comment. h. l. *Vincenti Diabolum pollicetur Deus calculum candidum, quod is notus eſſet his, qui in theatris ac ſtadiis certabant & vincentibus tradebatur.* Diſſentit Samuel Petitus *Var. lect.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lect. cap. VII. qui d. l. iſtam interpretationem albo calculo non ſignare videtur.

Hæc hactenus de *collatione literaturæ ſacræ cum profanâ* dicta ſunto; ubi multa alia eruditè colligunt qui ſtudio ac diligentiâ ad dicendum in ſacris cum apparatu, quem aliis, nobis doctioribus, relinquimus, ſe comparant. Nunquam autem veri & puriores Chriſtiani fuêre adeo dementati, ut phraſibus & loqvutionibus ſacris profanas prætulerint, & divinis haut ſatis piè immiſcuerint. Non quidem defuiſſe, qui quædam ex ſacris Ebræorum literis translata Græcis lenociniis expolire ſtuduerint, Demetrius Phalereus, Orator apud Ptolomæum Regem, ex Theopompi ore affirmat; eosq; repentinâ conturbatione perculſos quæſiviſſe ex Deo cauſam mali hujus: tùm reſponſum θεόθεν accepiſſe in ſomniis, *quia res divinas fuco inquinaſſet verborum*, inſuper narrat, ſi vera ſunt, Euſebius *lib. 8. Præpar. Evang.* Viderint alii, quid egerint, cum non modò veritati ſed & Antiquitati obſiſtentes, neſcio quos ſolœciſmos, barbariſmos, incongruas & incohærentes phraſes & ſententias, in ſacris ſe inveniſſe efferatè ſcribant, quos Patres perſtrinxerunt; inprimis, quem meritò conteſtor, *S. Chryſoſtomus**, Vir acerrimi judicii, qui tranquillum, lene & ſingulare in rebus arduis diſſerendi genus in oratione ſacrâ admiratus, τὴν τοῦ ἔξωθεν λόγου περθείαν (vel ut in aliis Codd. φλυαρίαν) & καλλωπισμὸν *peregrinæ eloquentiæ præſtigium*, ut Brixius vertit: Iſocratis nimirum λειότητα, Demoſthenis ὄγκον, Thucydidis σεμνότητα, Platonis ὕψος, Pauli orationi & ſermoni poſtponit. cujus Apoſtoli certatim elogia cantat. Lutherus ſanctiſſimè dicit: Ein

*lib. 4. cap. 4. de ſacerdot.

Wort

Wort *Pauli* hat drey *Orationes Ciceronis.* quem tamen Oratorem, tanquam omnis eloquentiæ Romanæ parentem, in ſuo foro magni æſtimavit. *Quis*, inquit, de ſervo arbitr. c. 60. pag. 90. ed. Neoſt. *Chriſtianorum vel uni Ciceroni, ut Græcos taceam, ingenio, eruditione, diligentiâ, comparandus eſt?* Et ſanè, ſi eloquentia eſt copiosè loquens ſapientia, quis neget eloquentiam S. Pauli fuiſſe ſummam? Quis Latinorum Oratorum vel uni Paulo, ut Græcos taceam, ingenio, eruditione, diligentiâ, majeſtate dicendi, comparandus eſt? Adeo grandia magnificè, mediocria temperatè, humilia demiſſè, tractat, ut neceſſum ſit erubeſcere, qui in illo triplex illud ab Oratore Romano* deſcriptum dicendi genus (*Humile, medium, ſublime*) deſiderant. Quem omnem ornatum oratorium, in rerum & abſtruſarum & admirabilium circuitu poſitum, qui piè conſiderant, facere non poſſunt, quin omne tribuant punctum Apoſtolo. Qui a. illum dicendi ſummum artificem in divinâ ſapientiâ legem dicẽdi violaſſe dicunt, ſimiles Grammaticis illis faſtuoſis omnino ſunt; quibus Cicero in illâ pro Cælio Oratione parum latinè videbatur loqui; atq; in eloquentiæ virtute aberraſſe: ut autor eſt Gellius*. Vitioſi oculi ſunt, qui lucem reformidant, cœci, qui non vident*. Cœcutit, ſi quis exiſtimat deeſſe Paulo oratorium vigorem ſententiarumq́; ſtimulos. Eſt qui in Stephani Protomartyris oratione ſplendidiſſimâ quædam reprehendit ut minus Rhetorica; requirit etiam in ſacris immodicam ἀκρίβειαν & plusquam laconicam brevitatem; ut cum apud S. Marcum c. 5. v. 26. de muliere ægrotâ extat: *Multa fuerat perpeſſa à compluribus medicis, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat.*

* Cicero ad Brutum.

* lib. 17. N. A. cap. 1.

* Sen. 3. de benef. 1.

hoc ultimum, inquit, (magis in deterius habuit) ſatis fuiſſet*. Invenit luxuria interpretis, quod inquietaret, & q. ungvibus Harpyiarum contaminaret. Ecquis non agnoſcit in ſanctiore receſſu S. Scripturæ morem illum laudatum; quo aliquam nobis actionem volẽs narrare, amplificare, exaggerare, diverſis ſententiis idem ſignificantibus exprimere ſolet. Naſuti homines, quæ in Cicerone & Plauto interdum, ut grandia & gravia, laudant, in ſcripturâ ut levia ducunt. Ciceronis qui ſeqvuntur præceptum, locum aliquem, in quo vis quædam ineſt, variis ſententiis modisq; verſant, laudant, extollunt, admirantur. Hæc, inquam, in aliis mirantur, in ſacris damnant, ubi cur reprehẽdant non habent. Platonis majeſtatem in elocutione neminem aſſequi poſſe, Caſelius in Galenum reliquit ſcriptum. Pro S. Paulo ſtemus. Cujus δεινότητα & ſermonis gravitatem nemo unquam imitatus fuit; cujus dicendi ſuavitatem & vim in dicendo magnam interpretabatur *inſaniam*, cum illam aſſequi non poterat, Feſtus Act. c. 26. v. 24. utq; ab illo veritatis hoſte libentius audiretur, ſermonis acerbitatem prudentiſſimè declinavit; eademq; oris facundiâ Regem Agrippam delinivit. nam 1. in pleno q. theatro, quæ erant ſibi cœlitus oſtenſa eloquia, ordine decenti ut narraret oratoria prius præmonſtrat ſigna, decorosq; veterum geſtus, quos præmittebant impetraturi ſilentium. ideo coram Feſto, Agrippa cæteraq; adſtantium turbâ, cœpit *extentâ* dicere *manu* ℣. 2. locuturorum ritu conſueto, qui olim manu porrectâ audientiam parabant, ſibiq; ad indicandam confirmandamq; ſententiam *calidæ ſilentia turbæ majeſtate manus*, ut graviter ait Perſius,

* V. Z. Com. ad Rhet. Herenn. pag. 92.

Sat. 4. v. 348.

poſtu-

poſtulabant: quod autores ajunt, κατασείειν τῇ χειρὶ σιγᾶν, Act.12,17.c.13
cœtum manu venerari, voce manuq; murmura com- v.16.c.19,33.
primere, voce ac manu venerari turbam, dextrâ ſeda- Tac.lib.16. Ovid. 1. Met. Claud. in bell.
re tumultum, manu ſignificare quietem. 2. modicâ v.133.
interveniente morâ, priusquam iret in ipſum oratio- Gell.l.9.c.13.
nis curſum, paraturus benevolentiam ſuaviter & artificioſè dicit v. 2. *Æſtimo me beatum, REX AGRIPPA, apud te cum ſim defenſurus me hodie.* 3. originem accuſationis injuſtè inſtitutæ altè repetit, & cum pervenit ad ſummum, dictionem temperat interrogatione, apoſtrophe, ſubjectione, voto aliisq; figurarum floſculis; tantaq; manſuetudine & animoſitate (neſcio autem quæ major fuerit) frangit animum Agrippæ, ut tantum non gemebundus faſſus fuerit, Paulum diſertiſſimo ore, ſi non in totum, tamen in tantum perſuaſiſſe. ℣. 28. *In modico ſuades me Chriſtianum fieri.* Suades, inquit, non perſuades. Quid ad hæc Feſtus, vir vehemens? Vir ille paganus, qui ab Agrippæ latere nondum diſceſſerat, eâ percuſſus dicendi peritiâ, quam pro Dei gloriâ graviter abſolverat magnâ ſpiritûs vehementiâ divinus Orator, ſuorum affectuum incontinens neſcio quo impetu naturæ eo ruit, ut coram omni multitudine elatâ voce inſaniam objecerit Paulo, cujus concreſcebat ut pluvia doctrina, fluebat ut ros eloquium*. Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Mavult voluntatem divinam de hominum ſalute, ore hominis enuntiatam, inſaniam interpretari ex gentium, quibus Chriſtus ſalutis effector ſtultitia erat, invidiâ, quàm Deo ſapientiæ gloriam dare; mavult Paulum ex eruditionis ſive eloquentiæ efflorеſcentis jactantiâ ea protuliſſe, quàm ex corde

* Deut. 32. v. 2.

ita ſenſiſſe. Sed quam Paulus affert defenſionem ? Οὐ μαίνομαι, inquit, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ᾽ ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. nempe intermiſſâ contentione, quæ olim Oratorum quorundam erat, immoderatum adverſum ſe impetum mitiſſimo ſuſtinuit animo, atq; ita in communi loco placidè refutavit, ut novam viſus fuerit colligere benevolentiam; nam *Optimum* vocat. Mox ad Agrippam converſo ſermone ait: *Opto apud Deum non tantùm te, ſed omnes etiam, qui audiunt, fieri tales, qualis ego ſum, exceptis his vinculis.* Idē Apoſtolus de novitate doctrinæ apud Græcos accuſatus inſigni coram Athenienſibus oratione, prudenti manſuetudine temperata, rem egit. orditur autem ſuam orationem v. 22. Act. c. 17. præloquio conſueto: Ἄνδρες Ἀθηναῖοι. nam uſitatum erat in alloquio uſurpare; quomodo etiam Athenienſes compellavêre Demoſthenes in init. Orat. περὶ στεφ. & Socrates in Apologiâ. cui captandæ benevolentiæ ergo alibi* ſubjicitur: Ἀδελφοί. eaq; appellatio etiam in aliis fuit lingvis; cujus dat exemplum Elmacinus Hiſtoricus Arabs, in eo ſermone, quem ad Medinenſes de eligendo ſucceſſore Muhammedis diſceptantes inſtituit Abubecrus, Rex poſtea deſignatus; cujus initium erat: *ô Viri Medinenſes**. Illi a., cum quibus in *lingvatâ civitate** diſputandum fuit Paulo, fuêre Epicurei & Stoici, Philoſophorum omnium maximè contrariæ Sectæ: altera n. caſu, altera vero neceſſitate omnia definiebat; altera nimium tribuebat voluptati, altera nimium carentiæ voluptatis; una ἔκρινε τὴν ἡδονὴν, τὴν ἀρετὴν altera; & qvæ ſunt ejusmodi alia in tot illuſtribus autoribus. de qvorum conflictionibus cum S. Paulo conſule Auguſtinū

* c. 7, 2. & c. 22 v. 1. Act.

*lib. 1. hiſt. Sarac. c. 2.

*Tertul. de animâ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

in Tract. de Epicureis & Stoicis, in quo agit de diſſer-
tatione, quam *Collationem* vocat, habitâ inter Apoſto-
lum ac Philoſophos. Eâ in parte utiq; videntur non
quidem laude ſed admiratione digni Lyſtrenſes, qui
Paulo nomen *Mercurii*, quem credidit Vetuſtas ſuper-
ſtitioſa Eloquentiæ Deum, indiderunt, quod Dux ver-
bi fuiſſet*; cujus gratia locum infrà tractabimus. Quid- * Act.14.v.12.
ni igitur admiremur eloquentiam divinam? Nemo a-
lius eſt Deo dignus, quàm qui divitias lingvæ ſanctæ
admiratur. Volumus hoc loco referre verba religioſa
Mich. Neandri, quæ in Gnomolog. fol. 46. extant:
Sermo Scripturæ aliis ſimplex & imperitus eſt nimis, &
ſplendorem requirunt & eloquentiam majorem; cum in u-
na ſyllabula, uno apice, una aliqua ſententia, ſæpe plus ſit
ſplendoris, eloquentiæ divinæ, doctrinæ & ſapientiæ cœleſtis
& inenarrabilis nobis in hac imbecillâ vitâ, quàm in omni-
um ſapientum mundi libris ſapientiæ, doctrinæ & eloquen-
tiæ, ſi in unum conferas, reperire poſſis. quaſi v. Spiritus S.
infans ſit, & niſi orationis lumina à Demoſthene, Platone,
Iſocrate & Cicerone ipſe balbus petat, eaipſa aliunde habere
non queat. Inſtituit demùm poſt elogia varia Scripturæ
ſacræ collationem ſententiarum moralium, quam
nunc adjicio. Plautina ſententia de malâ conſcientiâ,
nihil eſt miſerius, quàm animus hominis ſibi conſcius, quã- in Moſtell.
do in Scholis recitatur à Præceptoribus, ſtrepunt au-
ditoria ampla calamis, theatra applauſu perſonãt. Mi-
ſeram ſcripturam, quæ cum convivium ſit ſapientiæ,
tamen nil putatur habere ſimile: cum *in omnibus exceſ-*
ſibus de omnibus virtutibus, deniq; de cunctis, quæ in
vitâ accidunt, habeat multò meliora, clariora, eaq;
è cœlo allata & in Bibliis (quæ verè βίβλοι ſunt) ab ipſo

ſcripta. *Impii q. mare fervens, quod quieſcere non poteſt*,
Eſa.57.v.20. inquit Spiritus S. per Eſaiam ἀ κοπνδύσοπύρεσευτον. *Non eſt pax impiis*, dicit Dominus. An hoc nihil eſt dictum? an nullus verborum ſplendor hic eſt? Quis unquam ita depinxit malam conſcientiam Apelles? Quis bonam melius & ſuccinctius Salomone? *Bona mens quaſi juge convivium*. Et Syracide quis Rhetorum aut Poetarum magis graphicè deſcripſit: *Bona eſt ſubſtantia, non peccatum habere in conſcientiâ*. Malis itaq; mulis illi vehuntur, qui dulciores ſententias & pulchriora figurarum lumina in Platone, Pindaro, Terentio, Plauto, aliisq; Scriptoribus exteris, quàm in Pſalmis Davidis, ſcriptis Pauli, aliisq; libris Biblicis quærunt. Quid dicemus de unico Davide? David certè (ut Quintiliani encomium Pindaro attributum noſtro Davidi applicem) longè princeps extitit ſpiritu, magnificentiâ, ſententiis, figuris, beatiſſimus rerum verborumq; copia & eloquentiæ flumine. Quo nomine etiam Hieronymus ſuum vocat Simonidem Pindarum & Alcæum, Flaccum quoq;, Catullum & Serenum, qui Chriſtum lyra perſonuerit. Erat David ad Nablium inſignis Poeta lyricus; quandoquidem ſpiritus Domini loquebatur per ipſum.

lib. 10. inſtit.

Epiſt. ad Paul.

Σίγησον Ὀρφεῦ, ῥίψον Ἑρμῆ λύραν,
Τρίπους ὁ Δελφοῖς δῦνον εἰς λήθην ἔτι,
Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματος κρούων λύραν
Τρανοῖ τὰ κρυπτὰ τῶν θεοῦ μυστηρίων.

Ut in laudem Regis David, ejusq; Pſalterium, elegantes ſunt ἀδήλου Jambi, quos cum heroico uno iſto (Ἀρμονίης ἱερῆς μελιηδέα ἄσματα Δαβίδ) è Menologio deſcriptos

ptos exhibet Andreas Schottus in Iſidorum. Quid dicemus de ejus Poematibus? maximè ſi cœteris antiquiora eſſe meminerimus; non ex imitatione, ſed ex mero affectu profecta. Qværis tu triumphales currus? habes, ſed Deo exercituum conſecratos. Vis nuptiales? non deſunt, ſed qui Dei & piorum caſtos amplexus celebrent. Vis & Bucolica? Eclogæ innumeræ occurrunt, ſed Deo paſtore, Iſraele grege. Ars in illis adeo eximia, ut qui verteret, magnum decus conſecutus videatur. Affectus vivi, adeo ut cæteros exſtingvant & ſuffocent. Quid habet tandem (dic, quisquis es Paganorum admirator) antiqvitas pagana, quod cum eloquiis Davidicis qveat comparari? quod cum majeſtate eloqventiæ divinæ in comparationem poſſit adduci? Ipſi Pagani, cum in ſacras inciderunt literas, non potuerunt non earum admirari majeſtatem. Dionyſius Longinus in lib. περὶ ὕψους Moſen & Homerum comparat; ex hoc producit Neptunum; ex illo verba iſta. Dixit Deus, fiat lux. addit Moſen non fuiſſe virum de trivio: dein mentis ſapientiam, τὸ κράτιστον καὶ περὶ τὰς νοήσεις ἀδρέπτερον, in eo miratur: hac, inquit, excellentiâ præſtabat ὁ Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ. ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγνώρισε. id eſt, Judæorum ille legislator non fuit vir de trivio, qui virtutem divinam pro dignitate cognovit. Amelius, Scriptor græcus Platonicus, fatetur in Ebræâ lingvâ permagnam eſſe emphaſin, brevitatem, perſpicuitatem, minus quidem varietatis, quàm in græcâ lingvâ, ſed minus ambiguitatis. Ἔχει δὲ βάρβαρα ὀνόματα πολλὴν μὲν ἔμφασιν πολλὴν δὲ συντομίαν. ἀμφιβολίας τε ἐλάττονες μετέχηκε, καὶ ποικιλίας ἢ τοῦ πλήθους τῶν λέξεων. O divinæ verita-

Mornæus c. 24. de ver. R.C.

Cauſinus de Eloq. p. 2. & 196 & 954.

ritatis vis adamantina! quæ improvidas adverſariorũ mentes ita occupas, ut ultrò victricem palmam deſerant. De Propheta noſtro regio, ut ad Davidem redeam, pronuntiat piè Henricus Stephanus*, comparari eum poſſe cum Homero aliisq; illuſtriſſimis Poetis, ac ejusmodi ab eo proponi paſſim, ut ne Homerus quidem aut Pindarus qvicqvam usq; adeo Poeticè dixerint. Eodem pietatis adfectu Petrus Martinius *Davidem Poetarum maximum* non ſolùm *rerum merito*, ſed & *carminis majeſtate atq; elegantiâ Pindaricis Odis omnibusquè omnino Græcis & Latinis* anteponit; ac præ ipſo *Pindaros & Horatios omnes* contemnit*. Similiter Marcus Marinus in præf. ad Arcani Noæ ſive Theſaurum lingvæ ſanctæ dicit, nullum Oratorem cùm latinum tùm græcum Moſe & Eſaia dictionum puritate eſſe facundiorem; nullum Poetam Davide & Jobo figuris & tropis in verſu argutiorem; nullum Hiſtoriographum Samuele fideliorem. De Pauli ſermone nobis ſatisfacit κρίσις dexterrima Theodori Bezæ, qui fertur omnes Græcos autores, ſacros & profanos, evolviſſe, antequam Annotationes in N. T. inciperet: *Cum orationis Pauli*, inquit, *totam indolem & χαρακτῆρα propius conſidero, nullam ego in ipſo Platone ſimilem grandiloquentiam, quoties illi libuit Dei myſteria denotare, nullam in Demoſthene parem δεινότητα comperiſſe me fateor, quoties animos vel metu divini judicii perterrefacere vel commonefacere, vel ad contemplandam Dei bonitatem attrahere, vel ad pietatis ac miſericordiæ officia conſtituit adhortari: nullam deniq; in ipſo Ariſtotele & Galeno, præſtantiſſimis alioquin harum rerum artificibus, magis exactam methodum invenio.* Gnaviter itaq; impolitum fuiſſe (ſi vera ſunt,

præf. in Marlor.

* in Præfat. Technol.

not. ad 1. Cor. 11.

ſunt, quæ perhibent) Angelum Baſſum, quem à patriâ Politianum dicimus, oportet; cujus ſermo profanus, ſed communis valde multis, de Pindaro & David de circumfertur. qvũ enim interrogaretur, quid de Davidis Pſalmis judicaret. *Ego v.* inquit, *illa antiqua Poemata plena ſapientiæ eſſe video. Sunt ibi omnium virtutum præcepta, commonefactiones de providentiâ, comminationes de ſceleratorum pœnis, & promiſſiones de juſtorum proemiis & protectione. Inſertæ ſunt & veteres hiſtoriæ illius gentis, & ſimul pœnarum & defenſionis exempla in cõſpectu ſunt. Hanc ſapientiam magnifacio, utilem vitæ & moribus: & figuras in ſuâ lingvâ concinnas eſſe exiſtimo. Sed in* Pindaro *res eædem* dulciùs *narrantur & exemplis ſplendidiùs illuſtrantur.* Hæc Politianus, Peucero referente*. Cujus tamen patrocinium ſuſcipit Caſp. Barthius*. Eodem œſtro inſaniæ percitus Lazarus Bonamicus ſtulto faſtu ajebat; ſe Odas Pindaricas præferre Pſalmis Davidicis*. O hominem veſanum, qui ipſam vult σοφίσαι ſapientiam! Null⁹ etiam opinabitur certare Pindarum *elegantiâ pari* cum cytharâ Davidis, & tantum ineſſe Ebræorum Poematis tùm eruditionis tùm gratiæ, quantum eſſe apud Pindarum; quod tamen omne μάλα ὑπερβολικῶς ſcribit Huldericus Geminius ſive Zvinglius in doctâ præfat. ad Pindarum; cujus curas de uſu lectionis Pindaricæ ad ſacrarum literarum intellectum unicè adſcriberem, niſi vererer falcem Criticorum. In metro quidem conveniunt, ſed non in metri argumento. quod utrumq; apud Davidem illuſtrius & ſplendidius eſſe P. Martinius d. l. & Henr. Stephanus ad Pſalmos indicârunt. Metricam legem Poeſeos Ebrææ veteris cum Græcorum vetuſtiſſimâ, ex

Politiani de Pſalmis Davidis Judicium

*in Epiſt. ad Pindarum.

* 47. Adv. 5.

* Selnec. ad Corinth. p. 496

Sophocle, Pindarō, aliquando & Euripide, contulit nuper D. Franciſcus Gomarus, ante quem nemo repertus eſt, qui ſimile quidquam ediderit. Quid eloquentia divinitus tradita ei præſtet eloquentiæ, quæ extat humanitus ſcripta, S. Bernhardus ad Epiſcopos Aquitaniæ, & Iſidorus lib. ult. Epp. ab Andr. Schotto editarum declarant, quæ jam relinquo. Conferatur Car. Regius in Oratore Chriſt. lib. 4. cap. 2.

Olim cultoribus Chriſti neſcio quam ſermonis ruditatem objiciebāt divinæ eloquentiæ oſores & roſores: atq; Chriſtianos contemptui habebant, ut ex Arnobio, Lactantio, Clem. Alexandrino, diſcimus. *Nonnulli eorum*, Theodoretus ſcribit, *quod Poetarum participes atq; Oratorum jam facti ſunt, Platonisq; adeo elegantiam deguſtârunt, ſacrarum literarum monumenta contemnunt, ut quæ calamiſtris eloquentiæ comta non ſint, indignosq; idcirco piſcatores exiſtimant, à quibus veritatē primum edoceantur.* Platonis facundiam, Ariſtotelis artificium, Ciceronis ornamenta, velut Ægyptias plagas, in Eccleſiam Dei irrepſiſſe ægerrimè tulêre Gregorius Nazianzenus *Orat. 20.* & Hieronymus *proœm. l. 3. in Epiſt. ad Galatas.* Non fuit quidem ea patrum opinio, Ciceronis redarguere elocutionis præcepta, nam & ijipſi dicendi copiâ ex iisdem inſtructi paria fecerunt in ſermonis verborumq; nitore, quem tot monumenta relicta oſtendunt: ex quo Lactantius Cyprianum vocat *Ciceronem Chriſtianum*, Lactantius Hieronymum *fluviū Tullianæ eloquentiæ*; ut cætera Ambroſii Auguſtini encomia ſicco præteream pede*. Sudes v. fuit in Veterum Theologorū̄m oculis faſtus quorundā nugatorum, qui à ſimplicitate Chriſtianiſmi, lenoci-

V. Elmenh. ad Arnob.

*V. Becm. manud. ad lingv. lat. c. 2. in fin.

niis

niis & blandimentis è Cicerone & Platône ſpecioſè emendicatis, rudiores Chriſtianorum animas abducere conabantur. Hinc illæ lacrymæ Patrum! Etenim ævo illo in Eccleſiæ chorum, *omiſſa Apoſtolicorum ſimplicitate & puritate verborum*, q. ad Athenæum conveniebant, *ut plauſus circumſtantium excitarentur, ut Oratio Rhetoricæ artis fucata mendacio, quaſi quædam meretricula procederet in publicum, non tàm eruditura populos quàm favorem populi quæſitura**. Et in Epiſt. ad Paulinũ cap. 6. eosdem his exagitat verbis; *Tacco de mei ſimilibus; qui ſi fortè ad ſcripturas ſanctas* poſt ſeculares literas *venerint, & ſermone compoſito aurem populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſuum ſenſum incõgrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus depravare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas: ac non ſic etiam & Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum; quod ſcripſerit. Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.* Natum ex hoc Scripturæ contemtu & ſupinâ in ſacris oſcitantiâ initium Hæreſiologiæ; hinc opinionum portẽta, hinc ſectarum divortia & turbulẽta hæreticorum diſſidia fluxerunt. ſicuti paſſim conqueruntur priſcæ illius Eccleſiæ Antiſtites, in hæreticorum commentariis pravitatem ex gentilium, potiſſimum Platonicorum, lectione initia ſumſiſſe. *Ipſæ hæreſes*, inquit Tertullianus, *Philoſophiâ* (per accidens) *ſubornantur: & ſi hæreticis auferantur, quæ cum Ethnicis ſapiunt, & de ſolis Scripturis quæſtiones ſuas ſiſtant ſtare non poſſunt*. Ideo etiam dixerat alibi Hieronymus* Phi-

* Hier. d. l.

lib. de carnis reſurr. c. 3.

* l. ad Cteſiph. adv. Pelag.

Philoſophos *Hæreticorum Patriarchas*. Cauſa erat: *quia omnia dogmata eorum cum frigeant & volare non poſſint, ſedem ſibi & requiem inter Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta reperiunt*. Ab unius Platonis lectione univerſam deceptionem, tum circa eloquium, tum circa hæreſim Secundianis accidiſſe, Epiphanius *lib. 2. contra hæreſes tom. 2.* animadvertit. A Platone venenum hauſiſſe *Marcionem* Clemens Alexandrinus *Strom. 3.* obſervat. Ideoq; neceſſe erat Ethnicorum redarguere ſcripta & elidere rationes. in quam ſententiam Tertullianus *lib. de anima cap. 23.* ait. *Cum igitur hujusmodi argumenta inſinuentur à Platone, quæ hæretici mutuantur, ſatis hæreticos repercutiam, ſi argumenta Platonis elidam*. S. Auguſtinus valdè doctus Philoſophiam Platonicam Platonicos paſſim admiratur & laudat, eorumq; doctrinam ad Chriſtianam quam proximè accedere affirmat; ſed non ſine errore, quem cautior factus laudabili modeſtiâ retractat *lib. 1. Retract. cap. 1.* ubi in hæc verba deſinit: *Laus quoq;, quâ Platonem vel Platonicos Philoſophos tantùm extuli, quantum impios homines non oportuit, non immeritò mihi diſplicet, præſertim quorum contra errores magnos defendenda eſt doctrina Chriſtiana*. Sciebat namque Vir pientiſſimus in illis illecebris ne tum quidem rectè caveri, cum maximè cavetur. Experto crede Auguſtino, nam idem *lib. 3. Confeſſ. cap. 5.* narrat, ſe aliquando incidiſſe in Hortenſium Ciceronis complectentem Encomium ſapientiæ: *Sermone illo*, inquit, *excitabar, accendebar, & ardebam æſtu cordis incredibili quærendæ ſapientiæ. Inſtitui ergo animum intendere in ſacram ſcripturam, ſed viſa eſt mihi indigna, quàm Tullianæ dignitati compararem*. Addit alibi ſe illo Scripturæ faſtidio

ſtidio incidiſſe in Manichæorum hæreſim, quæ per novem annos ipſum detinuerat. Propterea *in ſpeculo pecc. cap. 6.* ait. *Erubeſcat ſuperbus & infelix peccator, & timeat elatione occœcatus, irâ inflammatus, cui plus placet ars Ariſtotelis, quàm ſcientia de Apoſtolis. Plus Codex Platonis, quàm liber divinus.* Non pigeat lectorem exemplum Converſionis Auguſtinianeæ perlegere apud eundem *in libris Confeſſionum*; quia de plurimis eum utiliter informare aptum. Quid referam de Platonis Deificatoribus? Trinitatem ipſum docuiſſe affirmant, reliqua etiam doctrinæ Chriſtianæ capita fabulis ſuis affabre involviſſe dicunt, qui Platoni & Platonis ſententiis tanquam Oraculis ſe conſecrarunt. *Videmus*, inquit Johan. Baptiſta Criſpus*, *Platonis verborum ac ſententiarum talem interpretandi uſum, atq; ita religioſè à quibusdam fuiſſe obſervatum; ut nihil ab eo, (eſto quantumvis exorbitans) dictum ſit, quod Allegoriarum machinis ad rectum ſenſum non perducatur. Et (ſi Deo placet) ad Evangelii ſententiam non pertractum fuerit. Sin vero falſa protulerit, & in figmentis (ut ſolet) evanuerit. Proh pudor? quò non penetrant, quid non excogitant illi, quo, nedum allegoricis, verùm etiam anagogicis ſenſibus, Platonis myſteria interpretentur. Si deniq;, vel impudenter Platonem lapſum conſpiciant, cave putes tale quidquam de Præceptore illos confiteri. Atq; utinam Chriſtianorum pleriq; Platonem, tanquam Moſem Atticum non venerarentur.* Jure ille accuſat illam recentiorum quorundam monſtroſam interpretationem, quæ omnium ſibilis explodi meretur; uti diductè d. lib. diſputat. Neq; non animadvertendum eſt SS. Patres interdum modum exceſſiſſe in allegandis Platonicorum locis; quos

* in præfat. oper. de Ethnicis Philoſophis cautè legendis.

è ſacris Scriptoribus malè adfectatos judicabant. Euſebius *lib. de Præp. Evang.* noſtra ad Platonem cuncta ferè ad ſatietatem usq; retulit. Juſtinus in Exhortatorio ad gentes multus eſt in exemplis ex Homero, Platone, aliisq; corradendis. Similia colligunt ex Platone, Numenio, Conſtantinus *in Orat. ad S. Cœtum*, Clemens Alexandrinus, Theodoretus, alii; de quorum piâ curioſitate alii diſſerunt; Anxiè pii Veteres in ſcripta exterorum, ut inde doctrinæ Chriſtianæ præcipua capita contra Paganos aſtruerent, inquirebant, quanquam ſæpiſſime fruſtra; ut Cl. Marcus Boxhornius *in Quæſt. Rom. pag. 62. ſeqq.* docet. Eos ὠφελιωθέντας hoc feciſſe certum eſt, quibus unicè hoc propoſitum fuiſſe videtur, ut multa contra gentiles coacervarent argumenta; juxta illud:

Et quæ non proſunt ſingula, multa juvant.

Recentiorum quorundam deliramẽta nota exiſtimo, quorum pertinacia non leves excitavit procellas. Ex eorumq́ numero eſt *Paulus Scalichius*, *Comes Hunnorum* (quo titulo ſuperbit) qui in libris *de juſtitia æterna*, item *de Gradatione*, laborioſus in eo eſt, ut evincat ex Epiſtolâ Platonis ad tres amicos, ex Proclo, Triſmegiſto, Orpheo, aliisq; dogma Trinitatis. *Extat*, inquit, *apud ſuperiores Theologos, quibus tota Theologia comprehenditur, hæc nomina Filii Dei, Verbum, Mens, Opifex, cauſa. Quæ cum apud Veteres Theologos habeantur, Platonem, Ariſtotelem, Anaxagoram, Chaldæos, Sibyllas, Mercurium, Orphea, omnem Platonicam gentem, apparet totam de Filio, quæ nunc colitur ac celebratur, Theologiam cognitam, adoratam, prædicatam, antequam ipſe homo fieret.* Theodorus Zvingerus *in Theat. Vitæ humanæ ſub*

titulo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

*titulo Metaphyſices**, apertiùs ſenſiſſe de hoc myſterio Hermetem, quàm quosdam Judæos ſcribit: *Hermes Triſmegiſtus Ægyptius maximus Sacerdos, maximus Rex & maximus Philoſophus fuit; primus de ſacroſanctâ Trinitate in divinis tractavit,* καὶ ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα *aſſeruit, lumine intellectus id aſſecutus, quod Hebræorum plurimi, etiam ſacris invitati teſtimoniis, comprehendere non potuerunt.* Largiter erratum abs tanto Viro, cum iſte Triſmegiſtus, verus an falſus, monſtroſa de Diis eorumq; cultu habeat; quæ videre licet apud Auguſtinum*. Unde & expurgantur illa verba Zvingeri in Indice Expurgatorio Theol. Hiſpan. apud Poſſewinun*. Eidem opinioni adſtipulantur Joh. Picus Mirandulanus, Auguſtinus Steucus *in libris de perenni Philoſophiâ.* Antonius Majoragius *Reprehenſ. contra Nizolium lib. 2. cap. 15. pag 197.* contra quos pronunciat durè Leonhardus Leſſius *lib. 2. de juſtit. & jure c. 44. dub. 2. n. 6* omnes Platonicos vel fuiſſe Magos vel Magiæ faviſſe. inter quos retuliſſe *Marſilium Ficinum* audax fuit facinus; qui ſi vixiſſet, par Leſſio Epitaphium reliquiſſet, quod olim contigit Georgio Trapezuntio:

Hâc urna Trapezuntii quieſcunt
Georgii oſſa, parum Deis amici;
Quod acri & nimium procace linguâ
Platonem *ſuperis parem petivit.*

Hoc quidem τῶν ἀμφοῖν largimur, *Deum* fuiſſe *unum*, ex lumine naturæ habuiſſe gentiles; id quod *cap. 1. Epiſt. ad Rom.* docemur; tribuit n. inter alia Ethnicis Apoſtolus hanc laudem, quod cognoverint id, quod de Deo ſciri poteſt; & totum illud *cap. III. lib. de Veritate*

Re-

*Vol. 5. l. 4. p. 1311. 2.

* lib. 8. de Civ. D. cap. 23. 24.

*. Tom. 2. l. 16. c. 4. pag. 346.

Schwert. in Delit. orbis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

Relig. Chriſtianæ Philippi Mornæi, nobilis Galli, ex amuſſim demonſtrat. Relativam autem conſiderationem, *Deum* eſſe *TRINUM*, rationis lumine demonſtrari poſſe diffitemur. Fac a. eos quasdam ſtricturas Veritatis habuiſſe, *iſti noſtras æmulati ſunt*, ut Juſtinus* ſcribit, *opiniones. Apud nos hæc diſcenda ſunt, qui ne elementorum quidem figuras novimus, idiotæ ſermone ac barbari, ſed mente ſapientes.* De quibus Platoniſtis *Michael Neander* ſic ſtatuit*: *De Deo ac ejus voluntate Philoſophi, quantumvis aliâs ſapientes, eloquentes ac admirandi, certi ac explorati nihil ſciverunt: tametſi ſint, qui contrarium oſtendere ſint conati, labore quidem maximo, excuſſis omnibus Veteribus Scriptoribus, Patribus, Philoſophis, Poetis, ac horum Interpretibus, Plotino, Porphyrio, Amelio. Sed inutili, ſed ſupervacaneo, ut commiſeratione potius digni ſint, quàm reprehenſionem mereantur; quæ de divinitate Filii Dei Evangeliſta Johannes ſcribit, apud Platonẽ reperiri impiè ac temerariè aſſeverare non erubuerunt, quæ Plato ne ſomniare quidem potuit, cum ſint illa myſterium æternis temporibus tacitum.* Haud dubium eſt, quin Fauſtus Socinus ore hinc hiante anſam litium exceptârit, cum in Eccleſiam Platonis Triſmegiſti & cæterorum teſtimonia nullis adſtricta vinculis videret admitti, atq; æſtimiô infinitô à notis illius temporis inveſtigatoribus adduci in tantum ſalutis myſterium, cujus vel quocunq; modo & occaſione gloriam imminuere infauſtis auſpiciis tentabat Senenſis. Nam in eâ commentatione, quâ à morte Patrui Lœlii Socini primum erroris ſemen ſparſerat*, aſſerere haud dubitavit doctrinam de SS. Trinitate è *Scriptis Platonis Mercurii Triſmegiſti & Jamblichi originem duxiſſe, eandem*

* Apol. 2.

* in Epiſt. Nuncupat. Catech. pag. 40.

* in c. 1. Joh.

in miris quibusdam figmentis lubricisq́ſubtilitatibus homine Chriſtiano indigniſsimis & portentoſis opinionibus non S. literis modo adverſis, ſed etiam ſibiipſis non conſtantibus, imò magnâ ex parte ridiculis longè abſurdiſsimis conſiſtere, in Platonis dogmatibus & in mirabilibus Sophiſmatibus unicè occupatam. Nempe hoc quærit, & hoc iſtâ verborum dilatatione vult conſequi, ut myſterium illud religionis Chriſtianæ ſacroſanctum inviſum reddatur; cujus certiſſima præſidia habemus in ſacro Codice. nam qui ſupervacuâ vexatione agitant Platonem, nil aliud hîc conſecuti ſunt, quàm quod omni tempore nocuerint Eccleſiæ, nunquam profuerint. Sed, ne in aliam diſputationem ex obliquo abeam, concludo.

Sunt, qui ex Virgilio Poeta Prophetam faciunt, quem de Chriſto ceciniſſe in verſibus iſtis, qui extant *in Eclog. 4. v. 5.* ad Pollionem, volunt.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nova progenies cœlo demittitur alto,
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo
Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.

Hinc affirmatur Virgilium *ſine Chriſto Chriſtianum* fuiſſe. Auguſtinus, Epiſcopus non ille quidem Hipponenſis (uti obſervarunt Johannes à Lovanio, Poſſewinus, And. Rivetus) Sed alius incertæ ſedis, in Conc. ad Catech. contra Judæos, Paganos & Arrianos ſcribit: *Demonſtremus etiam nos ex gentibus teſtimonium Chriſto fuiſſe prolatum, quoniam veritas non tacuit, clamando e-*

tiam per linguas inimicorum. Nonne quando Poeta ille facundiſsimus inter ſua carmina. Jam nova progenies cœlo demittitur alto: *dicebat, Chriſto teſtimonium perhibeat.* Euſebius *lib. 1. de præpar. Ev.* & Conſtant. M. in Oratione illâ, quæ extat inter opera Euſebii, in eo ita ſibi placuerunt, ut fere totam illam Eclogam Græcis verſibus reddiderint. Autor in editus ludi ſcenici *de Nativitate Chriſti*, rythmo vernaculo conſcripti, idem planè ſentit. Rythmi, quos debemus Bibliothecæ Poetæ Noſtrâtis Conradi Bachmanni, vel antiquitatis causâ nobis digni viſi, qui hoc etiam loco legantur hactenus inediti. Primò introducitur Auguſtinus, qui in hæc verba *Virgilium* alloquitur:

Noch han wir vor vns einen Helt/
Der zu der Bodeſchafft irwelt/
Auch ſunderlich von Gode was/
Da von hin der Schrifte las:
Wie ein Kint vff Erdin
geborn ſolte werdin/
Das vns von Sunden frj.
Nun ſtat vff Heidin Virgili,
Den Luten ſage nu zu Hant/
Was dir von Chriſto ſi bekant.

VIRGILIUS *reſpondet:*

Jch ſage uch als ich har vernumen/
Das die leſte Zit iſt kumen/
Da von Sybilla hat geſagit:
Wañ itz kummet vns ein Magit;
Sat'nus ruhe kument widir
Vñ võ Hymel hoch hernidir

Wert

Wert vns ein nuwe Kint geſant/
Daz ſal v̇richten alle Landt/
Die iſene Werlt dan v̇gat/
Ein goldin folg bie jme irſtat/
Allir Dinge folle wirt/
Die Dornhecke druben birt/
Da vone moſte fliezint;
Die Eyche Honig giezint/
Frides folle wirdit dan/
D' Vere wirt ein wiſer Man/
Aller Lůte Miſſedat
Reiniget er / ſin Lebin ſtat
Gar noch Gotlicheme ſide/
Er ſal auch in föllen Friede
Die Welt v̇rihten in ſinir Jugint
mit ſiner fat'lichen Dugint.
Dot d' clange ligen muz
Alle Vnkrut dorrit vbfuz.
Daz edil Cruce plantzen ſal/
Daz Horn auch weßith ub'al/
Selbe ſal vfgen die ſat/
Do man ſcharjoch ſechen hat;
Kein Schif en darf dan num̃erme
gedragen Kaufſchatz ub Se;
Dz wirt alſolich folle/
Das ſich d' Schaffe wolle
Selbe uf dem Velde gerůwit
Das Krut ſie ſelbe verůwit.
Alſolich leben wirt bereit
in godelicher ſtedekeit

Allen den die danne ſint;
Nu ſich Zartet Godis Kint/
Wie d' Werlde veſte
irbibit von Sunden leſte
Erde / Mer vñ Hymel ho
Des kum vñ mache die Werlt fro
Mit lachin jũgiz Kint begin
Jr Vrouwen diner Muter ſin
Die Zit iſt/ das du kumen ſalt
Du biſt nach fiergig Wochent alt
Wordin in diner Muter Lib/
Kom Here / nũme langer blib.

* Gentil. Lect. Virg. c. 7. Rã. & Taubm. in Virgil.

Virgilium inſcium Chriſto Genethliacon Poeticè ſcripſiſſe quàm Propheticè alii viderint*. Eodem modo idem Autor *Sibyllas*, tanquam Prophetiſſas de Chriſto Servatore mundi, introducit venuſto carmine, quod ſuavitas ipſa commendat. *Sibyllarum carmina* apparet fuiſſe *doctorum* & *piorum Virorum* ſub initia N.T. *hypomnemata* ſive πλάσματα, quæ ſub pagano titulo Ethnicis commendabant, ut hujus piæ fraudis occaſione Ethnicorum filios lucrifacerent; quod eruditi obſervant; inter quos facile princeps (quod præfiſcine dixerim) eminet celeberrimus noſtræ ætatis Theologus *Dn. D. Caſp. Brochmandus*, qui Sibyllas fictitias & Virgilium, ut teſtes de Chriſto ſubleſtæ fidei, non admittit; ſicut ſolidè monſtravit in Exercitationum, qvas cum utiliſs. χειραγωγία *in Scriptores Eccleſiaſticos* inſtituere cœpit, primâ *ſect. 6. quæſt. 1. & 2.* cui labori, cum Dei benedictione, πλείαν πυγμὴν animitus voveo. Fateri neceſſe eſt, nimios interdum fuiſſe ſanctos Patres, ut

Brochmandi χειραγωγία in Scriptores Ecclesiasticos.

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Chriſtiana ſacra commendarent barbaris, in gentium fabulis *Allegoriarum* indagatores: quando in externis ſcriptis allegoricos ubiq; ſectabantur ſenſus, invitis ſæpè paganorum ſcriptis. Eo ſtylo multa extant in veterum & recentiorum Commentariis, quibus ſimulacra rerum myſticarum & divinarum ſubeſſe ducunt. Juſtinus *in Apologiâ alterâ* ὑπὲρ χριστιανῶν Bacchi fabulas Bellephorontis item, Herculis, Æſculapii, totius fere gentium Theologiæ ex depravato ſacrarum literarum ſenſu elicitas & vulgo obtuſas eſſe docere conatur. Fabulam Promethei, fingentis ex luto hominem ex *creatione hominis* transformatam ajunt. Hortos Alcinoi, aureum ſeculum & campos Elyſios ex *deſcriptione Paradiſi*, Diaboli nequitiâ & fraudibus infuſcatam fuiſſe dicunt. Janus illis *Noa* eſſe videtur, Jupiter Hammon, *Cham filius Noa*. Proſerpina à Jove conſtuprata, *Eva* à Satana decepta. Bacchum cum *Moſe* comparant. *Immolationem Iſaaci*, Iphigeniæ referre tradunt fabulam. Gigantomachiam ex *turris Babel extructione* eliciunt. Deucalionis fabulam ex hiſtoriâ *diluvii ſub Noa* trahunt. *Igneos currus Eliæ in cœlum transvectos* ad Solis equos detorquent. Columbâ ex arcâ Deucalionis emiſſam, ex hiſtoria *corvi emiſſi à Noa*. Dies Ægyptiacos è *plagis Ægyptiis*. Fabulam Ixionis ex *concubitu filiorum Dei cum filiabus hominum*. Unctionem lapidum religioſam ex *unctione lapidis in Bethel*. Incendium Phaetontæum ex combuſtis cœleſtibus ignibus *Sodoma & Gomorrha*; Fabulam Serapidis ab Ægyptiis cultæ ex hiſtoria *Joſephi*, Phyllida mutatã in arborem, ex hiſtoriâ *Lothi uxoris in ſtatuam ſalis trãsformata*; Herculis duodecim labores ex *Samſonis geſtis*,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſtis, aliaq; infinita veritatis divinæ fœdâ occultatione, nata fuiſſe adſeverant: de quibus κακοζηλίας exemplis, ſi vis, lege Annium Viterbienſem ad Beroſum fictitium aliosq; nauci autores, quos ineptè conſarcinavit Joh. Annius, & parum ſibi conſtantes Commentario edidit; ut docti viri Joſ. Scaliger, Rhenanus, Canus, Poſſevinus, Pererius, Ant. Auguſtinus, Ribera, Rainoldus, Ger. Voſſius, G. Gvalterius, G. Varrerius, Tilemannus, Calviſius, Caſmannus & alii obſervârunt. Adde Alſted. *in Encyclop. hiſtor. lib. 20. c. 11. §. 8. c. 12. §. 13. c. 13. c. 14. §. 3.* Lamb. Danæum *in Antiquitatibus primæ mundi ætatis.* Caſp. Peucerum *de generibus Divinationum*, ubi compluria invenies annotata. Curam quidem Diaboli fuiſſe ſummam & maximam, ut in ſuperſtitioſo cultu retineret gentiles, in iis operari æmulationem divinæ veritatis, nemo vereris memoriæ vel mediocriter peritus ignorare poteſt: hoc n. invenit Superſtitio, ut veræ religionis imitatricem ſe efficere queat autore malo Dæmone, qui Dei inimicus tenaces ſuperſtitionum lappas odoratis roſis aſtutè permiſcere didicit; quem ob id *ſalutaris diſciplinæ adulterum* nominat Tertullianus. *Ingenioſâ tamen curioſitate huc velle omnia revocare, nihil eſt aliud, quàm magnâ contentione magnas nugas agere;* ait Boxhornius *d. l. pag. 65.* Sed quid ego Veteres commemoro, quos literis & doctrinâ & pietate fuiſſe ſcimus excultos? Ridiculi ſunt *ſequioris ſeculi Scriptores*, qui diverſo ab illis inſtituto gyro laxiore gloſſographiâ profano-ſacrâ valde præpoſtere miſcuerunt fabulas, ut ſacra deformarent; & miſcuerant ſacra, ut illuſtrarent profana; neſcio quo perveſtigandæ antiquitatis cujusdam hieroglyphicæ prætex-

Joh. Annius

Superstitio Diaboli

Salutaris disciplinæ adulter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

prætextu. Erant, notante Neandro, doctores præpoſteri, qui cacoethe tali *fabulas Ovidianas, ſententias Ariſtotelis, Theophraſti, Hippocratis*, Chriſto, Mariæ, Chriſtiq; diſcipulis aptarent, *Perſeum* cum *Chriſto, Danaen* cum *Maria*, & neſcio quem *Pandoræ calceum* cum *æterna beatitudine* compararent. Theodolus quondā *in Eclogâ* Pſeuſtin, Alethian & Phroneſin ita differentes introducit, ut hiſtoriam ſacram & pares gentium fabulas ex eâ natas ſollicitè & ſuperſtitioſè componat. In eum autorem, qui dicitur circa *A. D. CCCCLXXX.* vixiſſe, Anonymus quidam interpres puerilem conſcripſit commentarium, in quo allegorias allegoriis cumulat *ſanctiſſimâ* ut nominat, *explanatione*, quæ ſine nauſea neq; legi poteſt, neq; dici ſancta; niſi ſanctas æquè pronunciare velis ex eodem genere inſulſas incōditas & ridiculas concordantias inter S. Scripturam & fabulas Poeticas, quas Thomas de Walleis Anglus olim piâ moraliſatione (loquor verbis præteritis) in Metamorphoſin Ovidii architectatus fuit. Quæ hæc dementia eſt Dianæ, Cadmi quærentis ſororem, Bacchi bis geniti, Semeles, Pythonis ſerpentis, Saturni comedentis filios, Jovis deflorantis Caliſthenem Virginem, Aglauri in lapidem verſæ, Jovis adulterantis Europam Virginem, Actæonis Dianam nudam aſpicienti s, Pirami & Thisbæ, Vulcani è cœlo ejecti & claudi facti, allegorias ex ſacrâ Scripturâ deducere, quæ ſanè ſunt ita miſeræ, ut ex earum lectione ſtranguriæ medicinam quærere quis poſſit: ſicuti ſpecimina Autor Epiſtolarum obſcurorum Virorum *l. 1. Ep. 28.* & Fr. Rableſius *in Mythol. Pantagruelis* in deriſum exhibent. Eâdem ſubtilitate *Matthias Farinator* Sacram

Scripturam, quemadmodum cerdones corium, tractat. Librum ſcripſit ad deonerandas conſcientias, cui titulus. *LUMEN ANIMÆ.* ubi Galeni, Ariſtotelis, Platonis diſputationes Chriſto accommodat: quæ tamen argumento ita cohærent, ut cervix equina cum capite humano. quod dixit Horatius: in quæ monſtra ſanè ſi Hercules incidiſſet, putâſſet tertium decimum ſibi ſupereſſe. Deus avertat à nobis clementer omnẽ verbi ſui abuſum & profanationem, nosq; in ejus rectitudine & pietate conſervet ſimplici & ſincero corde & fide non fictâ; pernitioſas iſtas conſuetudines interpretandi ſacra, abuſusq; fœdos, qui oculos offendunt animisq; grave vulnus imponunt, è Chriſtianorum choro tollat. Fiat! Fiat!

Redeo ex domo alienâ ad S. Scripturæ ampliſſ: domicilium, oſtenſurus, ut moram compenſem brevitate, ὡς ἐν τύπῳ theſauros humanorum rituum & Antiquitatis in divinæ ſapientiæ arcâ depoſitos, ſimplici verborum parſimoniâ. Sacra Scriptura bene legenti multùm patet. Vis contemplari *Antiquitates Palæſtinorum, Babyloniorum, Ægyptiorum, Perſarum, Syrorum, Romanorum, Græcorum* aliarumq; gentium, omnium ibi copia eſt; ut & aliis multis τὰ καὶ τὰ, ut Pindaricâ utar locutione: Etenim abſq; lectione ſcriptorum ſeculariũ qvis eſſet, pluria teſtimonia in ſacris extantia non intelligeret. Summa tantùm veſtigia ſignabo, unà cum Autorum elencho, è quibus uberior declaratio deſumi queat; neq; enim Diatriben ingreditur diffuſa earum amplitudo.

Ægyptii inter omnes gentes primas tenent in Superſtitione, quæ apud eos erat & abſurdiſſima & fœcun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cundiſſima: quorum illud ſi intuemur, cernimus principia ipſa idololatriæ in cultu animalium certorum fuiſſe: nam

** multas volucresq́ ferasq́*   * Lucan, lib. X.

Ægypti poſuêre Deos.

Eaq́; de causâ à quorundam animalium, quæ in cultū ſelegerant, eſu & mactatione abſtinebant religioſiſſimè;

** lanatis animalibus abſtinet omnis*   *Juven, Sat. 15.

Menſa, nefas illîc fœtum jugulare capellæ.

Adeoq; Ebræos homines, pecudum armentorumquè paſtores & mactatores, tanquam profanos & impuros, deteſtabantur abominabanturq;; βδέλυγμα γάρ ἐστιν Αἰγυπτίοις πᾶς ποιμὴν προβάτων; ſicut ex collatione *cap. 43. v. 32. cap. 46. v. 34. Geneſ.* & *cap. 8. v. 26. Exod.* ſat clarè pateſcit, gentem illam ſuperſtitioſiſſimam, quæ* *animalia & volucrium omne genus velut Deorum ſimulacra colebat*, abhorruiſſe à Judæis, qui bobus aut aliis animantibus indiſcriminatim veſcebantur, aut more ſuo ſacrificabant; quod *Onkelos*, *R. Salomon Jarch*, *R. AbenEſra*, confirmant; ut Ebræa gens eadem, quæ Poeta Comicus*, Ægyptiis exprobrare potuerit.

* Artemidorus l. 1. ὀνειρ: cap. 9.

* Rhodius Anaxandr.

Βοῦν προσκυνεῖς. Ἐγὼ δὲ θύω τῷ Θεῷ.

ÆGYPTII mortuorū corpora componentes, aromatibus, myrrha, caſia, aloe, ſale, cera, bitumine, aliisq́; odoribus complebant; ut *corpora defuncta incorrupta ævis ſervarent**. ſicut Herodotus *in Euterpe* & Diodorus Siculus *lib. 2. cap. 5.* uberius docent.

* Plinius l. 16. cap. 11.

* Statius in Exeq. Priſcillæ.

*omne illic ſtipatum examine longo
Ver Arabum Cilicumq́ fluit, floresq́ Sabæi,
Indorumq́ arſura ſeges, præreptaq́ templis
Thura Palæſtini ſimul Hebræiq́ liquores.

Quam regionis conſuetudinem ſobriè ſeqvutus *Joſephus* hunc honorem magnis Viris haberi conſuetum, etiam Patri Jacobo, tanquam Prophetæ & Viro eximio, voluit ex affectu pietatis exhibere. Statim n. exanime corpus paternum, quo à putredine immune diutius longum ſervaretur in iter, tradi *ſervis medicis* Gen. *cap. 50. v. 3.* curavit, ut illud aromatibus, quibus Orientales abundare ſolent, condirent more Ægyptiorum conſueto; nam.

* Silius Italicus lib. XII.

*Ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora.

ÆGYPTII acclamationibꝰ votivis excipiebāt Regem, regniq; honoratiores. ideo in illâ Joſephi inauguratione *Gen. cap. 41. v. 42.*, quo poteſtas & autoritas præfecturæ à Pharaone ipſi conceſſa publicè omnibus innoteſceret, in commendationem Patriarchæ acclamabant voce in fauſtis comprecationibus terræ iſtius indigenis uſuali, *ABRECH.* ויקראו לפניו אברך: V. V. *ut omnes coram eo genua flecterent*. B. Lutherus haud incommodâ ſententiâ paulò aliter reddidit: **Der iſt des Landts Vatter.** & in gloſsâ marginali ματαιοσπου-δίαν & vehementem animi de ſenſu vocis concertationem taxans addidit: **Was Abrech heiſſe / laſſen wir die Zencker ſuchen biß an den Jüngſten Tag/**

wol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

wollens dieweil verſtehen/wie es gedeutſcht iſt.
Verè autem *Pater Ægypti* fuit, fidelisq́; omnium bonorum diſpenſator; cujus curæ Paternæ teſtes erant cellæ ſive promptuaria frumentaria, quorum rudera adhuc in Ægypto extare Wenceſl. Budowiz* autor eſt, *Ep. de Chron. Bucholc.
atq; à Turcis Iſuff Beg Hambari vocari. Ex eo Lutherus Joſepho, ut olim Pertinaci, acclamatum cenſet: *Patri pio, Patri ſenatus, Patri omnium bonorum**. Vide, * Aur. Victor. in Epit. Cæſ.
quæ de voce exoticâ diſputant Mercerus *in Gen. p. 657.* Mejerus *prod. Philol ſacr. part. 1. c. 3. pag. 116. ſeqq.* Ad. Schrickus *in Monit. ad Orig. Belg. lib. 3. p. 28.* Laur. Fabritius *in Dub. Ebraic. dub. 2.* nam, quid eo innuatur,

* *Difficile eſt ratione docere & vincere verbis.* * Lucret. lib. 5.



ÆGYPTII bovem *Apim* colebāt; cujus ſignaturam deſcribunt Herodotus *lib. 3. in Thalia*, Ammianus *lib. 21.* Lucianus *de ſacrificiis*. Quam cum vidiſſent in Ægypto, fuſo ſeu conflato *aureo vitulo*, γνωρίσμασιν iisdem, ut conjiciunt, ad cultum veri Dei transferre voluerunt Iſraelitæ in deſerto, depoſitâ jam Ægyptiacâ ſervitute; quam κακοζηλίαν ipſis exprobrat S. Stephanus*, *primicerius Martyrum N. T.* in Apologiâ ſuâ *Act. 7. verſ. 41.* * Aug. Ser. 2. ad frat. in er.
uti Lutherus *in Colloq. menſal. §. de Idololatriâ fol. 68. a.* his docet verbis: **Der Gottes Dinſt mit dem Judiſchen Kalbe iſt von den Egyptern genommen vnd herkommen / die ehreten einen Ochſen vndt Götzen Apin. Deßgleichen thut das Volck Iſrael / wie S. Stephanus anzeigt.** Conſimiliter explicant Athanaſ. *quæſt. 50.* Cyrillus Alex. *lib. 2. Glaphyr. pag. 278.* Clem. *lib. 6. Conſt. c. 20.* Hieronymus *Comm. l. 1. in Hoſ. cap. 4.* Lactantius *lib. 1. de verâ ſap. cap. 10.* Phi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lo *l.3.de vita Moſis*. Salianus *in Annal*. Bullingerus *l.1.de orig.err.c.11.* Rainold⁹ *Tom.2.de l.Apoc.prælect.212.215.216 220.221.223.* Fuller⁹ *2.Miſc.7.* J.Camerar. *in Act.p.247* J. Seldenus *l.1.de Diis Syris c.4.* Danhawerus *in Idea boni Interpr.p.176.* Andr.Rivetus *Comment.in Hoſ.c.8.p.270.ſeq.* Amplius quod deſideretur, nihil erit.

Nilus fluvius Ægypti fertiliſſimus.

ÆGYPTII ob Nili fluminis fertilitatem jactitabant fœliciſſimam agriculturam & negotiationem, quæ terrâ mariq; erat. Inde *Niliacus mercator* inter præſtantiſſimos memoratur ap. Eumenium*. Inde C. Tacitus commendat *clauſtra annonæ & vectigal provinciarum*. Inde jactavit Ægyptus populum Romanum victorem ſe paſcere: inq; ſuo flumine vel abundantiam vel famem Romanorum eſſe. Maximam fœcunditatem eam fuiſſe conſtat ex *Eſa. cap. XXIII. v 3.* ubi verba Vulgati Interpretis ſunt: *In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis* fruges ejus, *& facta eſt negotiatio gentium*. Quibus docet Propheta Tyrum olim frumento & annonâ ex Ægypto advehi ſolitâ abundaſſe: ut Commentatores tradunt, quos inter And. Hyperius pag. 241. ſcribit: *Semen Nili* (זרע שחר) *in aquis multis periphraſticῶς pro frugibus Ægyptiis, quæ foventur & perveniunt inundatione aquarum Nili; ſicut ipſe Propheta ſuis verbis interpretatur. Subindicat a. ex omnibus Ægypti oris merces Tyrum convehi ſolitas.* Ob eandem fertilitatē *Gen c.XIII.v.10.* planities irrigua Jordanis, oculis Lothi luſtrata, Ægypto aſſimilatur. Legimus *Deut.cap.11. v.10.* terram Ægypticam ut hortum (LXX. ὡσεὶ κῆπον λαχανείας. **Kohlgarten** reddit Lutherus) irrigari humanâ operâ deductis ſc. ex aquâ Niloticâ rivis per ſulcos & foſſas. Hinc quia ſuperfuſione ſuâ regionem opi-

*orat. p Schol. inſtit.

mat,

mat, Diodorus *lib. 1.* ait ταῖς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαις ὑπερβάλλειν πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμούς. Ammianus *lib. 22.* vocat benivolum omnium flumen; & eâdem causâ χρυσοῤῥόης dicitur propter fœcunditatem ſoli & divitias, quas Ægypto præſtat immenſas. & quæ ſunt encomia alia, in quibus vix ſibi ſatisfacere potuiſſe autores videri poſſent. Hoc ob beneficium, quia irrigabat & fœcundabat terram, venerabantur Nili aquam ad ſuperſtitionem uſq;: in quem ſenſum exponunt verba *Exod. cap. 8. v. 20.* quibus narratur Pharaonis ad aquas deambulatio, religionis ergò, ut volunt: θεοπλαστοῦσι γὰρ τὸν Νεῖλον οἱ Αἰγύπτιοι, quod h. l. refert Nicolaus de Lyra, qui perſæpe ſolet ex Rabbinorum (præſertim Salomonis, cujus eſſe Simiam dicit Mercerus*) traditione & lectione quædam ſuppeditare. Ejus verba apponam: *Quæritur hîc*, quare ita frequenter Pharao egrediebatur ad aquas horâ matutinâ? *Dicunt aliqui, quod erat cauſa idololatrandi: quod Nilus fluvius fœcundabat ſuâ irrigatione terram Ægypti; ideo ipſum colebat ei reverentiam exhibendo. Alii autem dicunt, quod hoc erat cauſa idololatriæ, quod APIS, quod apud Ægyptios maximum Numen reputabatur, aliquando ibi apparebat in ſpecie tauri de flumine conſurgentis. Aliter a. poteſt dici, quod erat cauſa purgationis. Credebat enim forte, quod ſicut aqua purgat faces corporales, ita & mentales. unde & de filia Pharaonis dictum fuit,* (idem habet Aben-Eſra) *quod deſcendebat, ut lavaretur in flumine, cujus cauſa potuit eſſe eadem.* AbenEſra h. l. ait exiiſſe Pharaonem ad incrementa Nili inquirenda. *Mos eſt*, inquit, *Regibus Ægypti egredi menſibus Tamus & Ab, quia tunc creſcit Nilus, ad videndum quot gradus aſcendit,*

* in Gen. p. 182.

 לראות

לרעות כמה מעלות עלד״ה. Potius colligerem Pharaonem ob loci amœnitatem expatiari conſueviſſe ad ſuſurrantis aquæ decurſum (quò venire debuit à diluculo בבוקר Moſes in occurſum Regis) ut animum, qui circa miſerrimum Imperii ſtatum fluctuabat, aliquo modo à triſtitiâ avocaret. Non ſecus *Eſa cap.7. verſ.3.* legitur, Achazum ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperioris in viâ agri fullonis deambulaſſe; ſolicitum de mediis, quibus cladem urbi imminentem depelleret. Expende, & cùi vis ſubſcribe, ſi operæ pretium fore duxeris.

Moloch Numen Orientalium.

ÆGYPTII magnâ turpitudine & flagitio Moloch colebant, quem voluêre hominum victimis placare; quæ horrenda impietas Judæis interdicitur, ne de ſemine ſuo ſināt, ut traducatur ad Moloch, להעביר* המלך, ut traducatur per ignem* ad cultum Moloch; quod utrumq; conjunxit in verſione ſua Anglicus Interpres. Huc qui referunt *2. Sam. cap. 12. v. 30.* ἀνῦι τῦ מלכן legentes מלכן exponunt de Moloch; ut *ex Comment. R. David.* allegat Pagninus in R. לבן; & approbat Schickardus *in diſſ. de nummis Ebræorum.* à quibus diſſentit Robertius*, unà cum aliis. Tragica a. iſta & nefanda ἀνθρωποθυσία Ethnicis ſanioribus diſplicuit: unde in Tragœdiâ dicitur, non decere ad tumulum ἀνθρωποκτονεῖν, ſed βουθυτεῖν. Nil n. intolerabilius erat iſta tyrannide, nil pernitioſius. Duobus abſolvebatur cultus I. traductione, quæ pyromantia dici poteſt, quâ ſibi perſuadebant futuram ex vitiis & infortuniis liberationem; quod crederent à calamitatibus plurimis hâc πυρώσει ſive luſtratione vindicari homines; id quod Græcis φοιβάζειν dici obſervavit Cl. Heinſius ſub c. 24.

* Levit. 18. 21.

* Deut. 18, 10.

* Not. ad Thiofrid. Eſtern. c. 2. l. 2.

Ariſt.

Ariſt. finem. 2. ipſâ ἀνθρωποθυσία. Cultum profectò abominabilem non minùs de Amorræis audivit quàm in Ægyptiis vidit R. Moſes lib. 3. Nebochim; & ex veterum monimentis hujus immaniſſimi ritûs originẽ in tempora Seruchi rejicit Aben-Batrich; dein in uſu maximo fuit apud Syros, hinc ad colonarios Phœnices tranſiit, abhinc ad Carthaginienſes, Phœnicum colonos, aliosq; migravit. Locus mactationis in ſacris dicitur *Vallis Gehinnam*, quæ גי הנום, à נהם ſive rugitu & lamentis puerorum, dum exurebantur, dicta videtur; ubi erant excelſa Molecho *2. Reg. 23. 10.* & Baali *Jer. 19. 5.* ædificata. Ne verò ploratus infantũ exaudiretur, interim totus tympanis (תפים) perſtrepebat locus, ſi indulgere conjecturis liceat. Atq; ita conſignavit gloſſam margin. Lutherus ad *Jer. c. 7. v. 31.* Quæ etſi parùm certa ſint, tamen dum nil certius occurrit, tanquam non improbabilia à nobis haberi poſſunt; maximè quod illud de tympanis probabile reddat etymon nominis Tophet, per quod ſtatus ille damnatorum poſt hanc vitam miſerrimus *Eſa. c. 30. v. 33.* delineatur. Per locum n. illum cruciatuum acerbiſſimorum, quo infantes crudeliſſimè comburebantur, damnatorum cruciatus fore acerbiſſimos ſignificare voluit S. Spiritus. Eò reſpexit etiam Chriſtus *Matt. 5. v. 22.* Intricatior locus de Moloch extat *Act. c. 7. v. 43.* ubi de Judæis in gentiliſmum prolapſis verba S. Stephani ad Cives ſuos *ex Amos cap. 5. v. 26.* hæc ſunt: Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς; Moloch & Remphan ponentis ἀντὶ τοῦ מלככם & כיון, quibus rem ipſam potius ſpectavit, quàm verba, quibus in E- Rader. ad Curt. l.4. pag.131.

bræo

bræo uſus eſt Propheta. Ritus & mores idololatrici, quibus in deſerto Deum colere volebant Iſraelitæ, etſi non fugiunt, certè tamen fatigant ingenia interpretum. Quod Amos ait, *Siccuth Regis veſtri*, LXX. & Stephanus poſuêre σκηνὴν τοῦ Μολὸχ. Qui Deos ad Sidera cœleſtia reducunt, intelligunt hîc Solem, cui ritu veteri tanquam Regi cœli, erectum fuerit tabernaculũ. eaq; ratio eſt, cur S. Lucas τὸ Siccuth per σκηνὴν vertit,
2. Synt. c. ult. p. 191. tentoriis enim & thenſis, ut docet Seldenus, Molochi ſive Solis effigiem circumferre ſolebant. *Siccuth, Ta-*
in Act. pag. 70 *bernaculum* (ſunt verba Lud. de Dieu,) *non tantùm locus erat & receptaculum, in quo incluſus Moloch geſtabatur aut circumferebatur. Sed & ipſummet idolum erat, quippe imago cœli, in quo Sol ſivè Moloch, magnus ille aſtrorum Rex & rerum ſublunarium præſes, tanquam in tabernaculo continetur.* Quod Propheta ait כיון, id Stephanus Ῥεμφὰν, mirâ quidem verborum μεταβάσει, ſi verba cum verbis ad aſſenſum pertinaciter cogas, ut Cijun cum Remphan concilies ex literarum ר & כ figuræ affinitate. Planior via videtur, ut credamus, hanc vocem Ebræam matrem non agnoſcere, ſed natales debere Ægyptiis: quibus Ρηφαν eſt idem ipſe Saturnus: quod ex Alphabetico Ægyptio manuductore Salmaſio Ludov. de Dieu adduxit, & nuperrimè confirmavit Athanaſius Kircherns, in Ægyptiacâ lingvâ verſatiſſim', in elegantiſs. Prodromo Copti Ægyptiaci Romæ edito c. ult. pag. 266. Quod ſi audimus, nec cum iis ſtatuere licet, q. Cijun olim legi potuerit Chevan, cum abeſſent apices, & inde manaverit Rephan, & per epenthesin τοῦ μ Remphan. nec ſtare licet Lud. Capello, qui *in Spicilegio pag. 75.* ex lib. 1. hiſt. Diod. Siculi

profert

proſert conjecturam de quodam Rege Ægypti, cujus nomen Remphin. nec movebit illorum autoritas, qui Deum tutelarem oppidi Ραφὼν ſibi imaginantur. Huic autem Deo Moloch miniſtraverunt in deſerto Iſraelitæ, ſicut illis objicit S. Stephanus. Quo v. modo, non memoratur. Conſuli de diræ immanitatis religione poſſunt J. Seldenus *l. 1. c. 16. p. 167. ſeq.* Schickardus *in Tarich pag. 126. ſeq.* Conſtant. L' Empereur *ad Itin. Benj. pag. 214.* Rainoldus *Tom. 1. prælect. 51.* Genebrardus *in Pſ. 105. v. 36. p. 678. 679. 680.* Sebaſt. de Muis in eund. Pſ. pag. 188. 189.

ÆGYPTII aliæq; gentes currus falcatos olim bello ad hoſtem proſcindendum adhibebant. ſuperioribus n. temporibus tam Medi quàm Syri & Arabes & Aſiæ incolæ univerſi curribus utebantur falcatis. Addiderunt nempe axibus ferreas falces acutiſſimas circiter duorum cubitorum ex utraq; rotârum parte: atque ita citato curſu in medium agmen hoſtium impetum fecêre. Teſtes ſunt Xenophon *lib. 6.* παιδ. Κύρȣ, Q. Curtius *lib. 4.* Autor incertus *lib. de rebus bellicis* ap. Dempſterum; apud quos deſcriptiones curruum militarium τετραρύμων καὶ δρεπανηφόρων & præliantium è curribus, & prohibentium quadrigas legi poſſunt. Hujusmodi pugnacis vehiculi genere *Habitatores Vallis* contra Iſraelitas utebantur *Jud. 1. v. 19.* Autor libri Macabæorum *c. 13. v. 2.* Antiochum Eupatorem *cum trecentis curribus falcatis* ad obterendos Judęos veniſſe retulit. *Eſa. cap. 31. v. 1.* accuſantur Judæi, quod habeant fiduciam in quadrigis aut curribus Ægyptiorum. Et qui שנאן* derivant à שנן, *acuere*, volunt eâ voce alludi ad genus curruum falcibus inſtructorum. Addunt * Pſal. 68, 17.

Nahum, cap. 2. verſ. 3. & 4. ubi *Salomon Geſnerus* videatur. Eò trahit verba, *Currus & equites Iſrael*, Flacius; cujus verba* addimus: *Utebantur olim falcatis curribus, quâ vi maximè confidebant ſe hoſtilem aciem perfringere aut diſſipare poſſe, &c. Per metaphoram vero Elias vocatur* Currus & equites Iſrael; *propterea quod ille ſanâ doctrinâ hortando ad pœnitentiam, & precibus ſuis fortius pugnabat contra omnes hoſtes, quàm Reges Duces & milites Iſraelitarum.* De curruum velocitate & violentiâ Lucretius *lib. 3. v. 643.* memorat:

* in Clav. S.S.

Falciferos memorant currus abſcindere membra
Sæpe ita deſubitò permiſta cæde calentis,
Ut tremere in terra videatur ab artubus, id quod
Decidit abſciſſum.

Tabellarii Regii Perſarum.

PERSARUM Reges ſolebant certis ſtationibus diſpoſitos habere tabellarios & nuntios, quorum alter alteri traderet mandata celeriùs perferenda. Dividebant n. itinera ſua in paraſangas, & ideo tabelliones, ut quasq; paraſangas attigiſſent, quieſcebant, atque onera ſua aliis ulterius euntibus per vices transferenda committebant: ut docet Herodotus de Perſicis Angariis in Vrania ita loquens: ὁ δὲ δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ. Inde explicatu difficile non erit, quod legimus *Eſth. c. 8. v. 6.* decretum iſtud Suſis publicatum nomine Regis ejusq; annulo obſignatum, quò Judæos ob incivilitatẽ Mardochæi ad mortem depopoſcerat, in ſalutem Judæorum per regios curſores (ביד הרצים, διὰ βιβλιοφόρων, Gallicus Interpres idiotiſmum Ebræum repræſentat. *Par la main des couriers de cheval*) mitti curaviſſe

Re-

Regem Ahaſuerum; quem fuiſſe *Xerxem* ex Ethnicorum ſcriptis cum Eſtheræ libro collatis indubitatum eſſe contendunt Scaliger, Genebrardus & Druſius. Regios iſtos curſores Suidas vocat Aſtandas. Verba ſunt: Ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ Ἀστάνδαι. Τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. ubi quid ſit ἐκ διαδοχῆς, vide explicatum apud Cl. D. Meurſium*. Conf. Rader. *ad l. 3. c. 5. Curt. pag. 30.* Druſ. *12. Obſerv. 19.* Brod. *6. Miſc. 6.* Ahaſuerus *annulum* Hamano, patibuli jam Candidato, ademtum Mardochæo tradidiſſe, legitur *d. c. Eſth. v. 2. 8. 10.* ſicut etiam meminit *lib. de bell. Perſ.* Procopius, ſuis etiamnum temporibus apud Perſas nemini citra Regis beneficiũ aureo annulo vel Zona aut purpura licuiſſe uti. Erat autem earum literarum, quas obſignatas annulo regio dedit Rex, tanta majeſtas & autoritas, ut ſine reverentiâ excipi non liceret, nedum ut iis contradicerent. οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς ἀντειπεῖν. ſicut hodie Sultanorum literas, quibus nil ſanctius ducũt, cum oſculo & genuflexione excipiunt. Annulis autem, quibus nunc utuntur Perſæ in ſignandis literis, non inſculpta ſunt inſignia more noſtro: ſed vel ſolũ nomen, vel ejus vicem dictum aliquod inſigne ſive ſymbolum. In narratione illa futili & vanâ trium σωματοφυλάκων Regis Darii *3. Eſd. 3. v. 6.* à PſeudoEſdra conſcripta *regii honores & donaria* hæc recenſentur: *Dabit illi Rex Darius dona magna, purpurâ cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum dormire, & currum aureo freno, & cidarim byſſinam & torquem circa collum.* Cidaris vitta erat frontalis, propriè ex holoſerico, gemmis & auro fulgens, quâ ſolebant caput ornare: quamq; hodie Perſæ vocant טאש, Teſch. Q. Curtius lib. 3. *Cidarim*

* Exerc. Crit. part. 2. p. 177.

rim Perſæ regium capitis vocabant inſigne: hoc cærulea (cerulea alii malè reponunt) *faſcia albo diſtincta circuibat.* Idem refert Curtius *lib. VI.* Alexandrum relictis patriis moribꝰ diſciplinisq; diadema purpureum diſtinctum albo, quale Darius habuerat, circumdediſſe, veſtemquè Perſicam ſumſiſſe. Heſychius: κίδαρις, πῖλος βασιλικὸς, ὅν καὶ Τιάραν καλοῦσι.

Lucorũ religio. Luci antiquitus Diis conſecrabantur. Hinc eſt, quod Iſraelitico populo pręceptum fuit à Domino, ne plantarent Lucum *Deut. 16. v. 21.* Religio Lucorum notiſſima ex libris Ethnicorum, apud quos pleriq; Deorum in lucis coli ſoliti, quod Seneca *Epiſt. 41.* Tacitus de moribus Judęorum, Ovidius *3. Faſt.* & alii teſtantur. Plura habebis apud Joh. Lorinum *in Deut. pag. 618. 619.* Lipſ. *ad Tacitum*, Bened. Curtium *lib. 3. Hortorum cap. 13.* & *lib. 4.* toto, *à pag. 79. usq; ad p. 109.*

Ad ſerpentes, colubros, & Dracones religioſâ veneratione colendos Babyloniorum & Ægyptiorum impulit animos, & in cultu τῶν ἑρπετῶν *Rom. 1, 23.* excitavit Draco iſte infernalis: ut videre eſt in hiſtoriola illa in Apocryphis Danielis* *de Belo & Dracone*, & ex *Sap. c. 11. n. 16. & 17.* ubi Salomoni de Ægyptiis plagis ratio redditur. *Quod*, inquit, *quidam errantes colebãt mutos ſerpentes & beſtias ſupervacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam; ut ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc torquetur.* Draconem primùm templo & ſtatua à Babyloniis fuiſſe cultum, ex quo ipſa templa dicta Draconia, ex Strabonis *l. 14. Geograph.* obſervant. Celebratiſſimus quoq; erat Chaldæorum Deus Bel, ut eodem, quo iſta memoratur fabuloſa narratio, cap. v. 17. extat. *MAGNUS eſt*

* cap. 14. v. 22.

BEL. Ejus Beli magnificum fuerat Babylone templũ,
Jovis Beli nomine: uti teſtantur Herodotus *in Clione*,
Strabo *lib. 16.* Plinius *lib. 6. c. 26.* Pauſanias *in Atticis.*
Vid. Seldenus *2. Synt. cap. ult.* Perer. *in Dan. l. 16. f. 239.*

Dan. II. ℣. 4. *Reſponderuntq; Regi Chaldæi Syriacè.* Mos ſalutandi Reges Orientis.
Rex in ſempiternum vive. Nos miſſis illis, quibus Dani-
el temporum omnium conſcius & totius mundi Po-
lyhiſtor cruces figit filiis Chronologorum, ſalutan-
di formulam, quam invenimus in ſacrâ hâc hiſtoriâ,
non facimus miſſam. Fuit ſolennis ſalutandi formu-
la, ut qui Reges Orientis adirent, ſempiternam illis
vitam & imperium precarentur. Viri Chaldæi ad Re-
gem Babyloniorum perducti, his eum verbis Syrè,
ארמית i.e. ſermone Babylonio affantur. *Rex in ſempi-
ternum vive: dic ſomnium ſervis tuis, & interpretationē
ejus indicabimus.* Chaldæi accuſantes Judæos dicunt* *cap. 3. v. 9.
Nabuchodonoſori: *Rex in æternum vive.* Regina ad Re-
gē Balthaſarē proloquens*, ait: *Rex in æternũ vive.* Sa- *cap. 5. v. 10.
trapæ in conſpectũ Darii venientes ita eum* ſalutant: *c. 6. v. 6.
Dari Rex, in æternum vivas. Hoc ipſo proſequitur vo- *verſ. 21.
to Regem* Daniel. *Rex in æternum vive.* Judith Ho-
lofernem *cap. 11. v. 5.* ſic compellat: *Vivit Nabuchodo-
noſor Rex terræ.* Q. Curtius lib. VI. Hiſtor. ſcribit Arta-
bazum Darii fidiſſimum cum propinquis ejus, ſuisq;
liberis Alexandro occurriſſe, & comiter exceptum di-
xiſſe: *Tu quidem, Rex, perpetuâ felicitate floreas. Ego cæ-
teris lætus, hoc uno torqueor, quod præcipiti ſenectute diu
frui tuâ bonitate non poſſum.* Ælianus narrat Sinætam l. 1. V. H. c. 32.
quendam Perſam procul à ſuo tugurio obviam factũ
Artaxerxi, cum non haberet, quod ex more Regi mu-
nus offerret, ad præterfluentem proximè amnem, no-

mine Cyrum, accurriſſe, & undis manu utraq; hauſtis ſic Artaxerxem, villatico ſuo & plebejo ſermone, fuiſſe allocutum: Βασιλεῦ Ἀρταξέρξη, δι' αἰῶνος βασιλεύοις. In quibus ζωτικοῖς, τὸ *Vivere* Ebræorum & Chaldæorū, Latini & Græci variè exprimere ſolent. Hoc ipſum Græci tribus verbis omnium feliciſſimè dicerent. χαίρειν, ὑγιαίνειν, εὐπράττειν, quorum illud pertinet ad *animum*, iſtud ad *corpus*, hoc ad *res externas*: ita ut *bona animi, corporis & fortunæ*, alicui triga iſta formularum ore rotundo comprecentur.

Eunuchi. Eſth. 2. v. 21. *Duo Eunuchi Regis, qui Janitores erant.* Eunuchi Regum & Procerum in Oriente erant præfecti & miniſtri; qui curabant apparabantq;, quæ neceſſaria videbantur; eorumq; uſus fuit antiquiſſimus Veteribus Græcis & Romanis, imò toti Orienti & omnibus gentibus, quos officiis variis promiſcuè adhibebant. Fuerunt Eunuchi in officiis Pharaonis *Gen. cap. 39. v. 1.* Regis ejus, qui Joſephum regni conſortem adoptavit. *Gen. cap. 37. v. 36.* memoratur Putiphar, *Eunuchus Pharaonis*, סריס פרעה, militum magiſter; qui uxorem habuit *cap. 39. v. 7.* & fortaſſe filiam *cap. 41. v. 45.* Hi n. Eunuchi dicuntur, non quod execti ſint: ſed quia ſicut execti intimis Regum cubilibus cuſtodes, qui in fœminarum cubilis cuſtodiam plerunq; deligebantur caſtrati, aderant: ita &, qui præcipuis Regum negotiis, ſive publicis ſive privatis, præponebantur, Eunuchi ſæpè vocabantur; quia hoc hominū genus fidelitate erga Dominos præſtabat. ideoq; à Syris ab officio *Fidi* dicebantur. Theodoretus in Geneſin: *Eunuchi nominantur, non ſoli ſecti, ſed etiam, qui inter famulos ſunt, benevoli poſſeſſoribus. Nonnulli autem*

dicunt,

dicunt, ſolere Ægyptios Eunuchos habere uxores propter libidinem & ſalacitatem. Eucherius in libros Regum: *Fuit conſuetudo apud antiquos, Eunuchos vocare cubicularios & cuſtodes Palatii, qui uxores habebant, & abſciſſi corpore non fuerunt.* In libro IV. Reg cap. 18 v. 17. mentio fit cujusdam *Rab-Saris.* quaſi *Magiſtri Eunuchorũ,* ſi etymon ſpectes vocis, רב n. eſt *Princeps,* סריסים *Eunuchi.* unde Rabbini סרס fecêre, quod illis eſt *caſtrare.* Noſtra translatio habet **Ertzkämmerer.** Junius, Piſcator, Genevenſes, Tigurini ipſam vocem *Rab-Sar* retinuêre. Regum ſervi Eunuchi vocati. *Eſth. d. cap. 2. v. 21.* Eunuchos *Janitores* fuiſſe, & *in primo palatii limine excubuiſſe* refertur. Ita ſeptem Eunuchos in Regis Aſſueri aſpectu adminiſtraſſe, menſæq; aſtitiſſe narratur ejusdem libri *cap. 1. v. 10* more Perſarum cõſueto, qui Eunuchos habebant ſibi ſemper aſtantes & miniſtrantes: idq; ex inſtitutione Cyri, ut docet Xenophon VII. Pæd. Erat etiam Eunuchorum Præpoſitus. Daniel Propheta de ſtirpe David Regis, adhuc fere infans captivus è Judæâ in Babyloniam abductus, poſtquam Chaldęorum lingvam eorumq; artes ex Regis imperio trium annorum ſpatio addidiciſſet, cum ſociis accerſitur per *Eunuchorum præpoſitum* Aſphenes,* * Dan. 1. v. 3.
ut Vulgata verſio reddit, (רב סריס. LXX. Ἀρχιεύνουχος. Luth. **Oberſten Kämmerer.** Tig. *Magiſter Palatii.*) ut Regem circumſtaret *v. 19.* Ex regno Æthiopum *Eunuchum Candaces Reginæ* à Philippo fuiſſe ſacro bapti- Act. c. 8. v. 27.
ſmate tinctum legimus. ubi in Matthiam Flacium Philippus Carolus dentes acuit, quod *in Clavi S. Scripturæ* ſtatuat nomen iſtius Eunuchi, purâ religione initiati, fuiſſe nomen proprium officialis; cum tamen in eo

non

non omnium conveniant calculi; certè auctor eſt ibidem Æthiopicus Interpres, fuiſſe hunc Eunuchum *Præfectum urbis Gazæ*, quod ex eodem obſervat Ludovicus de Dieu. immò nec ipſe Flacius aſſeverârat. Servator noſter *Matth. cap. XIX. v. 12.* tria memorat genera Eunuchorum; primi generis ſunt ἐυνȣ̃χοι ἐκ κοιλίας, qui nati inhabiles ad Venerem; alterius generis ſunt οἱ ἐυνȣχισθέντες, qui caſtrati ſunt ab hominibus. tertii ſunt *Eunuchi Spiritu*, tropicè ita dicti; apud quod voluntas in ordinem redegit libidinem. qui licet maneant facultate generandi vegetâ, perpetuam tamen ſibimetipſis, venerearum rerum votivâ abdicatione, caſtitatem peculiari Dei dono indicunt, quò ſervire ei abſq; remoris valeant. Nam agitur de iis eò loci, qui abſtinent conjugio, ſive ex causâ naturali, ſive propter caſtrationem humanâ operâ peractam, ſive ob liberũ animi propoſitum: ut mirum ſit Origenem ſeipſum

l. 6. c. 8. hiſt. Eccl. exſecuiſſe, autore Euſebio, quod factum nemo pius unquam probavit, nec imitatus eſt quisquam; niſi unus & alter Origenianorum: de quibus verò Epiphanius ſcribit: Ἀθέλȣσι γάμον, ἀλλ᾽ ȣ̓ λαγνείαν. Fuêre autem omni tempore Eunuchi. De caſtratis loquor: quod fiebat, modò in eum finem, ut officiis gynæceorum fierent habiliores, quod ſcribit Heliodorus *lib. IX. Hiſtor. Æthiop.* unde & nomen ſecum fert: eſt enim ab

Exerc. 277. Sect. 4. ἐυνὴ *cubile*, & ἔχω *habeo*; quæ derivatio Scaligero-Patri probatur: modò in pœnam ſtupri vel adulterii: idque perantiqvi fuiſſe moris apparet ex Plauti milite & Terentii Eunucho. Erant, qui origine naturæ, erant qui morbo vel clade corporis tales evaſêre; de quibus (thlaſiis puta, thlibiis, ſpadonibus) Paulus Ægineta

lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lib. 6. agit, ubi docet modum effœminandi, quem Græci vocabant Eunuchiſmum. Turcæ, ut quæ ſunt nimis antiqua prætereram, hunc caſtrandi modum etiamnum obſervant, jacturâ omnium, quæ habent miſeri; alioquin ſimplicibus Eunuchis ſe parum tutò mulieres ſuas putant committere. ut referunt Scaliger *Exercit.104. Sect. 8.* A. Busbeqvius, qui octennali legatione Byzantinâ ap. Turcarum Imperatorem funct[us] fuit, *Epiſt. 3.* & Muretus *10. Var. lect. 11.* V. Mendoza *in 1. Reg. 8 v. 15. p. 620. ſeqq.* Lorinus *in Act. c. 8.* Perer. *in cap. 37. Gen. diſp. 9.* Serrar. *in Eſth. quaſt. 3.* Pignorius *de ſervis pag. 189.*

Joſ. cap. II. ℣. 1. *Exploratores ingreſſi ſunt domũ mulieris meretricis.* Ebræi verbo זונה exprimunt & *meretricem* & *cauponam*; nam vel eſt nomen ex participio verbi זנה, *ſcortari*, vel videtur nomen, Ebræis tamen inuſitatum, à verbo זון *cibare.* Hinc fit, ut interpretamentum unius adhibeatur pro interpretamento ſignificationis alterius ab Interprete Chaldæo, qui reddidit אתתא פונדקיתא i. e. *Mulieris hoſpitæ*, uſus verbo, quod græco πανδοχεύτρια reſpondet, leniori; quaſi fuerit omnium advenientium ſuſceptrix caupona. Chaldæum ſeqvuntur *Rabbini* pleriq;, negantes, Rachab corpus qvæſtui habuiſſe, eò quod turpe judicent ſuæ genti, ſi dicerentur Exploratores ingreſſi hoſpitium meretricis iſtius Rachab, hoſpitæ Hierichuntinæ; quã ob præſtitum fidelitatis officium Joſua, ſervus Domini, fecit vivere in terra Canaan *. Qui vim propriæ radicis זנה. *ſcortari*, propriamq; & perpetuam ejusdem ſignificationem & uſum in ſacrâ Scripturâ perſpectam habent, non Rabbinorum coactæ etymolo-

Cauponiſſarum fũctio infamis.

* *cap. 7. v. 5.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

giæ aſſurgunt; apud quos frigidorum ſenſuum exempla & plurima & maximè ridicula de rebus gentilium, quod infra monſtrabimus paucis, invenire licet. Utraqve tamen expoſitio conjunctim ſumta ſuo non carebit fundamento; videlicet, ut de Rahab dicamus, fuiſſe & *cauponam* & ſimul *meretricem*, quam ad functionē non incommodæ erant cauponæ, quæ apud gentiles, qualis fuit Rahab, non ſolùm communi tecto, verùm etiam lecto excipiebant hoſpites; fere enim καπηλεῖα erant ἀφροδίσια, ut ait Philoſtratus *in Epiſt.* ad γυναῖκα καπηλίδα; & πανδοχεῖα infamia fuiſſe declarat Dio Nic. *in Avito Pſeud.* Sed & Iſocrates, Athenæus, Ælianus, Theophraſtus & Svetonius, é quibus P. Faber *3. Semeſt. 27.* Caſaubonus *in Notis ad Theophr. Charact. cap.* περὶ ἀπονοίας *pag. 184 & ad cap.* περὶ κακολογίας *pag. 305.* demonſtrârunt. Quapropter non ineptè *Junius* & *Tremellius* verterunt: *Venerunt in domum cujusdam meretricis-cauponæ.* innuentes fuiſſe & hoſpitam publicam, & ſimul impudicam, ut ſæpe fieri in tali vitæ genere literæ & experientia teſtantur. Forſterus in Dictionario fol. 230. זונה, *Lotrix, cauponaria, publicana, quæſtuaria & meretrix; eò quod lotrices & cauponariæ antiquitus erant quoque famoſæ, & ſimul etiam corpore merebant.* J. Brentius in cap. 23. Eſa. p. 304. זונה *etſi ſignificat* ſcortum, *tamen propriè ſignificat* hoſpitam, *quæ excipit peregrinos hoſpitio, & miniſtrat eis pro mercede ſuâ cibum, qualis & Rahab fuit in Jericho. Exiſtimo autem genus vitæ harum hoſpitarum & cocarum initiò honeſtum habitum, donec hæ mulieres non cibum tantùm miniſtrarent, verum etiam corpus ſuum hoſpitibus proſtituerent. Hinc* זונה *cæptum*

eſt

eſt uſurpari pro ſcortari. Flacius in Clavi fol. 866. *Cauſa, quod una vox*, זנה, *utrumq; ſignificat, nempe cibatricem & ſcortum, eſt, quod ipſæ res aut artificia crebrò conjungũtur. Nam etiam hoſpitæ ſolent eſſe ſcorta: & viciſſim ſcorta ſimul etiam cibum vendere, hoſpitioq; ſuos amaſios excipere ſolent. Sic & apud Romanos popinæ, ganeæ, cauponæ & ſimilia loca fuerunt plena ſcortis.* Hæc dum cogitat Thomas de Vio, dubitat, cui velit inniti. *Non eſt clarum*, ait*, *an mulier hæc ſcribatur* meretrix, *an* caupona. *Hebraica ſiquidem dictio anceps eſt, & argumenta utrinq; ſunt; nam quod fuerit* caupona, *officium ejus teſtatur; quod a. fuerit* meretrix, *frequens hujus dictionis uſus apud Ebræos inſinuat.* Movet & illud difficultatem, cum ajunt. Si fuiſſet meretrix, hi viri ad illam non divertiſſent ob ſuſpiciones & ſcortatorum advenientium metum; quod etiam doctiſſimo Schindlero *in Lexico pag. 476.* ſcrupulum injecit. Nec his abſtinent *Lyranus*, *Titelmannus*, & alii, qui pertendunt anticipatis opinionibus ducti, non fuiſſe meretricem. Qvibus Barradius *Vulgatam verſionem*, ut ſolet, authenticam objectat, cum quo velim tranſigant. Nos aliam excutimus qvercum. De *meretrice* explicant Græci Interpretes *Gen. 38. v. 15. Jud. cap. 11. v. 1. 1. Reg. 3. v. 16.* ubi זונה *meretricem* ſive πόρνην eſſe συνέπεια contextus evincit; quicquid dicat Autor Promptuarii Biblici; qui in eo Lutheri verſionem caſtigandam duxit. cui opponendi duo teſtes Apoſtolicâ autoritate inſignes, Autor Epiſtolæ ad Ebræos S. Paulus *cap. 11. v. 31.* & Jacobus *c. 2, 25.* eam Senum verſionem approbantes. & ſic eo ſenſu Syrus utrobiq; habet זניתא; de qvo vide Cl. Dilherr. in Eclog. ad N. T. πόρνη a. ex uſurpatione *Matt. 21. 31. 32.*

*in h. l. f. 4. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Luc.15.v.30. 1.Cor.6.v.15.16. Apoc.17.v.1. atq; ita ſemper, *meretricem* ſignificat. Ei inſuper confirmando cum a-
l.3.paral. 11. lia ſunt, qvæ D. Junius hâc de meretrice diſſerit, tum hæc potiſſimum, cum ait. *Cum propria radix nil aliud propriè ſignificet, quàm* ſcortari, *& nomen Ebræum ex illâ affini radice nunquam hâc formâ extet, ubi vel probabiliter in eo ſignificatu accipi poſſit, equidem non video, cur magis ſit neceſſe propriam radicis ſignificationem & communem nominis Hebræi uſum, eumq; perpetuum in hoc argumento abjicere: quam de Rahaba confiteri, quod propria vocis notatio poſtulat, peccatricem fuiſſe, & ſcortationi dediſſe operam. Quam ad rem certè non incommoda eſt earum functio, quæ hoſpites exteros accipiunt, & quæſtum faciunt cauponariâ.* Hoc ipſum quoq; urget accuratus
in cap. 11. ad Ebr. inter Pontificios Scriptor Eſtius; qvod ſignificationis hujus idonea exempla dari non poſſint; ubiq; n. pro *meretrice* accipi; Neq; tamen, ait idem Eſtius, eſſe cauponam negamus; nam apud gentiles, quibus ſimplex fornicatio non reputabatur peccatum, mulierculæ cauponariam exercentes, ſi viros non haberent, ſimul ex proſtitutione corporum qvæſtum faciebant. Atq; ſatis conſtat Rahab innuptam, aut certè viduam vegetam, qvod attributum זונה arguit, fuiſſe. Tantum enim paciſcitur de ſalute Patris & Matris, & ſororum, nec plures ſecum educit. Non a. libidinis ſuæ explendæ, aut pudoris proſtituendi gratiâ, divertiſſe, ſed potius ejus, qvod fuerit meretricis domus, prorſus inſcios, ad ædes Rahab fuiſſe delatos, Interpretes confirmant. è qvibus videantur Martinus de Roa *3. Sing. 12.* Serrarius & Maſius *in Joſuam.* Frider. Spanhemius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Dub. Evangel. 25. pag. 203. 204. 205. Salmero *diſp. 21. in Epiſt. ad Ebræos.*

2. Reg. XXIII. ℣. 11. *Abſtulit quoq́ equos, qvos dederant Reges Judæ* Soli. Currus *autem* Solis *combuſſit igni*. Soli, illuſtri ſideri & clariſſimâ face conſpicuo, tempore Joſiæ, eqvos & currus, equorum quadrigarumq; fuſas imagines, fuiſſe dicatos paragraphus præſens teſtatum facit; idq́; ex Perſarum uſu, vel ex ſuperſtitione per Aſſyrios introductâ, ut *Tremellius** ſignificat, qui Soli quadrigas dicarunt ſacraruntq;, velut τὸ τάχιστον τῷ ταχυτάτῳ θεῶν, ut verba ſunt Heliodori Æthiop. X. De Cyro prodit Xenophon *VIII. Cyrop.* quod mactaverit equos Soli, prodeuntibus curribus ante Solis ortum ad pompam ſacrificii. Non prorſus diſſimile de incolis Haoulam ſive Zeilan tradit Benjamin in Itinerario, pag. 107. *Solem venerantur: habentq́ aras ſive excelſa magna, ubiq́ extra civitatem ad dimidiatum milliare diſpoſita. Mane itaq́ Soli obviam occurrunt: nam in ſingulis aris ſive excelſis veluti ſolaris orbis eſt magicis artibus confectus, qui exoriente Sole maximo ſtrepitu vertitur. Tum ſinguli cum viri tum fæminæ, manu thuribulum ſuum tenentes, ſoli adolent.* ex interpretatione D. L'Empereurs, qui quædam in Notis pag. 214. adjicit. De eqvis Solis Iſidorus Hiſp. l. 18. c. 36. *Quadrigæ & bigæ & trigæ, & ſejugæ ab equorum numero & jugo dictæ, ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, & trigas inferis, & ſejugas Jovi conſecraverunt. Quadrigas ideo Soli jungunt: quia per quatuor tempora annus vertitur, ver & æſtatem, autumnum & hyemem.* Caſſiodorus l. 3. Var. ad Fauſtum de Circenſibus: *Biga quaſi Lunæ, quadriga Solis imitatione reperta eſt.*

* ad c. 46. v. 1. Eſa.

Ovidius *lib. 2. Metamorph.*

Interea volucres Pyrois, Eous & Æthon
Solis equi, quartusq; Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulſant.

Man. l. V. *Quadrijugis it Phœbus equis & Delia bigis.*

Eodem numero quadrigas tribuunt Plutoni, quas equi quatuor atri, & naribus ignem ſpirantes trahebãt. Tom. 4. pag. 459. Venerabilis Beda in lib. Reg. quæſt. 28. eleganti conjecturâ exponit, cur equi Soli fuerint attributi: *Oſtendit hic locus omni genere idololatriæ & ſuperſtitionis Judæos omni tempore fuiſſe mancipatos, ita ut in venerationem Solis, quem more gentilium Deum eſſe credebant, ſimulacro ejus quod fecerant, currus, equosq; ſubdiderint, & hoc in atriis templi Domini. Sic enim ſolent gentiles pingere vel facere ſimulacrum Solis, ut puerum juvenem in curru ponentes equos eidem q. curſu cœlum petentes ſubjungunt. Cui propterea pueri aptant imaginem, quia Sol, velut quotidie novo ortu natus, nullum per ſecula ſenium incidit.* ∴ *Audientes Græci ab Iſraelitis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru & equis igneis ad cœleſtia tranſlatus, vel hoc ipſum in pariete depictum videntes, crediderunt viciniâ decepti nominis* (quia ἠλίας accentu in priorem ſyllabam rejecto & α in ο mutato fit ἥλιος) *Solis hîc tranſitum per cœlos eſſe deſignatum, & miraculũ divinitus factum, commutaverunt in argumentum erroris, humana ſtultitia commentum, quos imitati ipſi Judæi ſatagerunt, ne in aliquo gentilium ſtultiſſimis minus ſtulti parerent.* Ex κακοζηλίᾳ igneos currus Eliæ in cœlum tranſvecti ad Solis eqvos detorſiſſe Scriptor iſte multis nominibus venerandus exiſtimavit, quanquam id

valde

valde incertum ; etiamſi ipſe Chryſoſtomus eandem
conjecturam præoccupârit*. Conf. Pellicanus in h. l. * in ſerm. 2. de Elia.
J. Meurſius *in ſpicil. Theocrit. pag. 150. ſeq.*

I. ESDR. IV. ℣. 14. *Memores ſalis, quod in Palatio comedimus.* Olim Sal erat 1. Symbolum fœderum & amicitiæ, quæ ſale utrinq; comeſo ſanciebantur: eò innuentes, ſe quæcunq; dixerint pepigerintq́;, ſervaturos etiam non aliter ac ſi ſale eſſent condita. φιλίας οἱ ἅλες inquit Euſtathius, σύμβολον, διὸ καὶ τοῖς ἐπιξενουμένοις παρετίθεντο πρὸ τῶν ἄλλων βρωμάτων. Unde ſal fœderis *Levit. cap. 2. v. 13.* quod juſſerat Dominus adhiberi in omnibus oblationibus, quas populo ſuo ordinaverat, tanquam fœdus & ſtatutum aliquod. Sacrificia enim ſunt fœderis Symbola. Et *Num. c. 18. v. 19.* ברית מלח Hieronymus vertit *Pactum ſalis:* ita nominatum, inquit Forſterus, *quod debebat eſſe inviolabile. nam ſal olim erat Symbolum amicitiæ & pactorum.* Ex eo more explicat Eſdræ verba Joachimus Zehnerus *in Adag. ſacr. cent. 3. fol. 100.* De ſale hoſpitibus apponi ſolito quædã D. Meurſius *ad Lycophronem pag. 132.* addidit. Erat & Sal 2. *ſymbolũ ſterilitatis.* Venit hinc ab antiquis ſeculis in conſuetudinem, ut telluri, quæ erat devaſtanda, inſpergeretur Sal: quod nil erat aliud quàm ad perpetuam ſolitudinem & infœcunditatem locum deſignare. Hoc feciſſe legimus Abimelechum, urbe Sichemorũ deſtructâ ob patrata ibi facinora, ad indicãdam omnimodam vaſtitudinem. Inter Dei execrationes *Deut. 29 v. 23.* & *Jerem. cap. 17.* commemoratur, ſi terra, quæ fertilis fuerat, in ſalſuginem convertatur. *Terram autem* fructus* i.e. fertilem ponit præpotens Deus in ſalſam vel ſalſuginem, quia ſale nil eſt ſterilius, in iræ

Sal amicitiæ fœderũq; Symbolum.

ιλ. α.

Vatablus.

in Diction. p. 442.

Jud. 9. v. 45.

* Pſ. 107. v. 34.

ſignum;

*Gen. 13. ſignum; quod de *Pentapoli** conſtat, quam fertiliſſimam olim ob peccata Sodomitarum convertit in mare ſalſiſſimum; cujus etiam aqua infructuoſum & ſterile reddit, quicquid attingit; ob ſalſedinem, quam ſecum vehit: id Dithmarſiam quoq; nupera Inſulæ proximæ inundatio docuit. Sic *Sophoniæ c.2.v.9.* prędicitur regio Ammon futura locus derelict⁹ urticæ & fo-
* in Frideric. dinæ Salis. Legimus apud Nauclerum*, Fridericum Barbaroſſam, antiquioris ritûs æmulum, Mediolano ſalem inſpergi curaſſe. Eò facient de naturâ ſalis loca: Plinii, qui *lib.31. cap.7.* de generibus ſalis & confecturis & medicinis differens inter alia ait. *Omnis locus in quo reperitur Sal, ſterilis eſt nihilq́ gignit.* Et cap. IX. *Salis natura eſt per ſe ignea, omnia erodens, corpora vero aſtringens, ſiccans, alligans, defuncta etiam à putreſcendo vindicans, ut durent ita per ſecula.* Ætii Amideni de terrarum differentiis cap.73. *Omnibus* (ſalis generibus) *commune eſt calefacere, diſcutere, adſtringere, exiccare, cogere, ſtipareq́ ſubſtantiam eorum corporum, quibus adhæſerint: nam totum humorem depaſcunt, quemcunq́ invenerint, reliquam ſolidiorem ſubſtantiam adſtringendo compingunt, propterea areſaciunt.* Virgil. Georg.2.v.238.

Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infœlix: ea nec manſveſcit arando
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat.

Matthias Flacius in Clavi Scripturæ. *Sal ſterilitatem in terrâ denotat: quia teſte Plinio loca ſalſuginoſa infœcunda ſunt: contrà dulcis terra fœcunda eſt, teſte Virgilio: quia loca ſalſuginoſa ſterilia ſunt. In hunc eventum aut ſignifi-*

catio-

cationem etiam Abimelech everſa Civitate Sichem ſeminavit in eâ Sal, ut indicaret eam perpetuò deſertam & incultam eſſe debere. Hinc fit, ut aliæ translationes de excidio templi Hieroſolymitani locum noſtrum capiant. Etiam cum Chaldæum מלח & *ſalem* & μεταληπτικῶς *devaſtationem* ſignificet, Kimchi in libr. Radicum vertit: *Ceſſare facimus ædificationem templi*, ut ſit tanquam terra, מלחה i. e. ſalſuginoſa & vaſta. Hanc ſeqvũtur interpretationem D. Lutherus, Tigurini & Oſiander. Junius in primâ editione Bibliorum juxta Ebræos reddiderat: *Quia demolitionem templi demolimur*. id eſt, fuimus cauſa, ut templum, quod erat in Jeruſalem, deſtructum fuerit. Sed in iteratâ editione δεύτερον πλοῦν navigans vertit: *quod ſalarium de Regis Palatio recipimus*. quo eodem ſenſu Buxtorfius in Lexico pag. 412. reddit. nam ſalem multum comedere in aulâ eſt beneficia multa & diu percipere à Principibus, plurimum eſſe Regibus obnoxium, ſtudioſè prævenire incommoda & præſtare ad Regis libidinẽ, uti olim Cunradus Pellicanus *in opere ſuo Biblico* annotavit. Sixtinus Amama *in Recenſione Bibliorum Belgicorum* reddidit cum Junio: *Qvum igitur ex Regis Palatio noſtrum Salarium habeamus*; & in notis addidit ab hâc conſuetudine antiquâ manaſſe noſtrum **Solt/ Beſoldung**/& Latinorum Salarium; utrumq; à ſale. Poſt illum memineris prorſus idipſum obſervari in Editione Verſionis Bibliorum juſſu Ordinum Belgii ſumtuoſè procurata. Eandem originem invenimus in Orig. Antverp. lib. 6. circa finem Joh. Goropii Becani. alioquin ejus hominis originationes, & etymologiæ nimis ſunt etymologicæ, & Lipſio judice, *ſæpe*

pag. 193

ſine indignatiunculâ vel riſu legi non poſſunt. quas etiam Scaliger* alicubi vocavit *ineptiſſimi hominis ineptiſſimas origines*, verbis certè amaro ſale conditis. Sed ea ληρήματα Cimbrica quid ad nos? Eum digna cognitu quædam de locutionibus à ſale deſumtis ex ſacris & profanis annotaſſe præfato loco legimus.

*in Conject. ad Feſt.

JUDITH. II. v. 5. Ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἑτοιμάζειν μοι γῆν καὶ ὕδωρ. *Illis denunciabis, ut aquas & terras præparent mihi.* Mos in Oriente obtinuit, ut cum Reges Magni, gentes in ſuam poteſtatem redacturi, imperii ac Dominii arrhas ſibi tradi imperarent, *Aquam* & *Terram*, tanquam deditionis ſymbola, poſcerent; eas ſc. volebant φέρειν ſive διδόναι γῆν καὶ ὕδωρ, parare terram & aquam, quæ duo in terrâ alienâ maximè ſunt neceſſaria, ob maris terræq; commercia, quibus tàm maris quàm telluris dominium deſignari exiſtimabant, ut ex Herodoti *lib. 4. 5. & 6.* Druſius *12. Obſerv. 20.* oſtendit. Unde Nabuchodonoſor, bellum vicinis gentibus per Holophernem indicturus, jubet eas ſibi *præparari terram & aquam.* Darius ſimiliter à Rege Scytharum Indathyrſo poſcebat terram & aquam. Xerxes etiam à Lacedæmoniis*. Uterq; à Cois, quod ipſi teſtantur in Epiſtolâ ad Artaxerxem animosè perſcriptâ. Verba vide ap. CL. Joh. Seldenum *in Maris clauſi lib. 1. c. 12.* & adde Nicolaum Serrarium *in cap. 3. Judith. pag. 257.* Obvius etiam loquendi modus ab *aquâ* & *igne* deſumtus, cum fœdera ſanciebantur: ad quæ cõficienda aqua & ignis adhibebatur. unde *aqua & igni interdicere*, dicitur de iis, quos conſortio prohibemus; ſicut *aquam & terrã præparare* ſive præſtare, de iis, quorum dominium affectamus & poſſeſſionem. Terram a, coram aliquo

*Hermogenes.

eſſe

eſſe phraſi Scripturæ *Gen.13. v.9.* & *cap.20. v.15. Jer.40. v.4.* idem eſt, quod alicujus poteſtati & arbitrio ſubjici omnia, quæ ſolum continet.

Esth. I. verſ.3. חיל פרס ומדי הפרתמים: *Exercitus* Paras & Madaj, Principes Euphratæi.* *Ari. mont.
Vox *Parthemim* ſtragulam injicit Interpretib⁹, qui ejus varias origines argutè quærunt. Perſicum eſſe origine R. Shelomo ſcribit: הפרתמים שלטונים בלשון פרס. *Parthemim ſunt gubernatores in linguâ Perſicâ.* ſicut Aſdarpanes* *Eſth.c.9.v.3.* Optimates. R. Joſeph Kimchi duces intelligit habitantes juxta flumẽ Parath. R. Kimchi. *Paratimi ſunt Principes & Magnates genere illuſtres.* & iidem forſan, qui apud Xenophontem ὁμότιμοι, aut qui apud Curtium *cognati Regis*, ut Druſio* placet. *12. Obſer. 14.
Cognati autem apud Perſas qui dicti fuerint, brevibus proponimus Habebant Reges Perſarum cohortem, quæ decem millibus equitum conſtabat, quos *immortales* vocabant. Cauſa nominis fuit, quod in demortuorum, eorumq́; qui morbo ſontico laborantes miſſionem meruiſſent, locum alii ſufficerentur, integro ſemper manente numero; quemadmodum Herodotus oſtendit. Inter eorum dehinc ordines qui Regis lateri proximè adhærebant, quidam *Cognati Regis* vocabantur. Utriusq; ordinis meminit Curtius lib.3. his verbis: *Proximi ibant, quos Perſæ immortales vocant, ad decem millia, cultus opulentiæ barbaræ non alios magis honeſtabat. Illi aureos torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant, manicatasq́; tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos cognatos Regis appellant, decem & quinq́; millia hominum.* Inde lux *comm.42.cap.4.* ubi Darius, cum ſermones trium juvenum percepiſſet, uni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

eorum dixiſſe legitur: *Pete, ſi quid vis, & dabo tibi, ſecundum quod inventus es ſapientior proximis, & proximus mihi ſedebis, & cognatus vocaberis.* S. Hieronymus *tyrannos* reddit. *Pro* φορθομμὶν, ait, *quod Theodotio poſuit, LXX. & Aquila electos tranſtulerunt. Symmachus, Parthos, pro verbo nomen gentis intelligens: quod nos juxta editionem Hebræorum, quæ* καὶ ἀκρίβειαν *legitur, in* tyrannos *vertimus.* Sic ut *tyranni* nomen profeſſionem aut dignitatem ſignificet, & in bonam ſumatur partem de primatibus, quemadmodum *eod c. Eſth. v. 18.* Greco Τυραννὶς pro dominâ ſive principe fœminâ accipitur in his verbis. Αἱ τυραννίδες αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρχόντων Περσῶν καὶ Μήδων. Dominæ Latinè verteretur. quomodo peculiariter vocabantur Reginæ & Auguſtæ; ut in illo: *DOMINO ET DOMINÆ FELICITER.* Græcè δέσποιναι, licet poſtea uſus (qui non immeritò Tyrannus vocatur) obtinuerit, ut in malam ſumeretur partem, & *Tyrannus* dici cœperit de crudeli & ſangvinario Principe, qualis erat *NERO*, Romanorum Imperator crudeliſſimus; cujus ferocitatem cum eſſet expertus Paulus, *Leonis* nomine eum apprimè *2. Tim. 4. v. 7.* inſignivit, quia liberatus erat à fero Leone, uno omnium mortalium maximè facto ad crudelitatem. Sic & ob tyrannidem vocavit Aſſuerum *cap. 14. v. 9*.* Eſther. *Tribue* inquit illa, *ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu Leonis.* Omnino autem metuendum, ne multis potius quàm paucis ἐτυμολογίας ſuas in Perſicis probent; ideoq; conjecturam ſæpe inanem & inſipidam, ut contingit in re non ſatis exploratâ, relinquem⁹. Medicinam tandem faciat *CL. Dn. D. Johannes*

* in addit. V. V, ad Eſtheræ librum,

Elich-

Elichmannus, omnemq; literaturam Perſicam, quæ paucis datur noſſe, in publicum producat.

Eſth. 2. v. 18. *Et dedit requiem univerſis provinciis, ac dona largitus eſt juxta magnificentiam principalem.* Agitur de nuptiis Aſſueri & Eſther: quæ celebrari curavit Rex, data requie univerſis Provinciis. De tributi remiſſione quidam iſtam requiei laxationem interpretantur: nam apud Perſas Reges, cum aut regnum inirent, aut ducerent uxores, tributa remittebant. ſicut ex Herodoti lib. 6. clareſcit. Druſius *12. Obſerv. 6.* Pontanus *in Ovid. lib. 3. de Ponto.*

Esth. c. III. ℣. 7. *Miſſa eſt ſors in urnam, quæ (Ebraicè) dicitur Pur.* Eſt vox Perſica PUR, & ſortilegium notat. Exploraverat enim Hamanus (dicam verbis Schickardi*) per Sortes urnæ immiſſas, ecquisnam dies anni Judæis inauſpicatior eſſet, cumq; numeroſiſſimam gentem, Aſiâ totâ diſperſam, inaudito & immani auſu, ſemel & ſimul, uno velut ictu extingvere cogitaſſet, atq; vereretur ipſe, homo ſuperſtitioſis artibus pro more Perſarum deditus, ne quod propitium Hebræis aſtrum crudeles conatus ſuos eluderet, inquiſivit arte Geomanticâ, quisnam menſis minus faveret Judæis, & reperit ultimum Adar dictum, qui nulla feſtivitate ſolennis eſſet, aut peculiaribus ſacris ſanctificaretur; deinde diem quoq; ſciſcitans, projectilibus magicè miſſis, elicuit decimumtertium. Hūc ergo diem ſortitò electum, deſtinavit lanienæ publicæ Iſraelitarum, per univerſum Orientem; unde ipſi nomen Purim inditum. Vide quæ ſcripſêre de Sortibus Druſius *12. Obſerv. 9.* & *2. Animadv. 20.* Gregorius Francus *in Lexico pag. 188. 172. 173.* Thomas Gatackerus

* de Bacchan. Judæorum p. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lib. peculiari de ſortibus. & de aliis vocabulis Perſicis, quæ extant, Caſp. Waſer. *lib. 1. Antiq. menſ. cap. 11.* & Scalig. *lib. 6. de Emend. Temp.* ubi nomina Perſica ſimplicia, nempe propria, recenſet, ex quibus alia variè componuntur. Sunt & alia permulta in libris Eſdræ & Eſther è Perſarum moribus explicata & evoluta multis auctorum exemplis à B. Briſſonio, de hiſce Muſis mãſuetioribus longè meritiſſimo Viro in opere vere regio de Regio Perſarum apparatu.

Pſal. CX. v. 1. *Sede à dextris meis.* De *Dextro* & *Siniſtro* uter ſit honoratior locus, inter ſeſe dimicant Philologi, & ad verba Pſaltis, *ſede à dextris meis*, ſolent afferre conſuetudinem ordinandi ſeſſionis ad dextrã vel ſiniſtram; ſimilitudine deſumtâ à conſuetudine Regum, qui, quos afficere honore ſolebant, ad dextram collocabant. Ælius Antonius Nebriſſenſis *in Quinquag. 3. Ann. c. 39.* diſceptat, locum ſiniſtrum priſcis fuiſſe honeſtiorem. *Cum apud omnes*, inquit, *nationes uſitatiſſima ſit conſuetudo, ut qui ſedet ſive incedit ad dexteram alicujus, obtineat locum priorem, quid ſibi vult, quod in Pſal. 109. legimus.* Sede à dextris meis. *Nam cum Pſalmus ille in ſenſu literali de Chriſto intelligatur, ſintq́ verba Patris ad Filium, quid incongruentius dici poteſt, aut quid magis indecorum, quàm quod Filius priorem occupet locum. &c. Ego verò cum hanc ordinis ſedendi indignitatem mecum reputarem, ſubiit mihi quædam ſuſpicio, alium fuiſſe ap. antiquos ſedendi ordinem, quàm qui ſit noſtris temporibus, ut videlicet, qui ſederet ad ſiniſtram, eſſet potior eo, qui ſederet ad dextram.* Hæc Nebriſſenſis opinio Lælio Biſciolæ *in Tom. 2. hor. ſubciſ. lib. 11. cap. 5.* placet.

placet, atq; eam tanquam *ingenioſam* & *ſolidam* laudat *pag. 748.* adductis autoribus aliis, Caſſanæo, Janſenio; in progreſſu tamen ſingulis argumentis, quæ ille pro potiori loco à ſiniſtris affert, ex antiquitate argumenta opponit; atq; tandem *pag. 758.* concludit, vix ſibi conſtans: *Hæc objici Nebriſſenſi jure poſſunt, nec ejus tamen explicationem repudio, ſed laudo & probo: ac fortaſſe ita diſtingvendum, in ſacris tantum atq; divinis potiorem ſiniſtrã fuiſſe, cum aliis in officiis humanis & civilibus eſſet dextra honoratior. & hoc tamen adhuc habeo pro incerto.* Eandem ſequitur ſentẽtiam Hermannus Lignaridus *in Oblect. Acad. cap. 45.* De eâ opinionum divortia fuêre olim inter Lipſium & Joh. Gorop. Becanum. Hic *ſiniſtrum* cenſet honoratiorem. Lipſius *dextrum*. Argumenta extant in *Elect. l. 2. cap. 2.* & *Epiſt. cent. ſing. ep. 90.* Seſſio illa Chriſto tributa ut Philologiæ tranſcẽdit limites, ita myſteria certa includit, de quibus parum Philologi, multùm verò Theologi ſunt ſoliciti. Nos genericæ tractationis rationes habentes hîc ſubſiſtimus: nec tanti facimus Nebriſſenſis tela, ut iis percellamur aut de Doctorum noſtrorum meliori ſentẽtiâ deturbemur. Optarîmus eruditum librum Ampl. Dn. Caſpari Facii *de ſeſſione* cum orbe literato tandem communicari: ut manifeſtum fieret, quænam pars cauſæ bonitate vicerit.

Fama eſt, primos homines *boum cornibus* olim bibiſſe, Athenæo teſte*: Urorum cornibus barbari Septentrionales potant, ait Plinius*. ideo *LXX. Interpretes* ex eo capiunt verba Prophetæ Jeremiæ*; ut quidem *Origenes* explicuit; cujus verba Druſius *in Fragmẽtis* affert. De Septentrionalibus oſtendunt hoc Viri

in

* lib. 9.
* 11. N. H. c. 37.
* c. 48. v. 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

in antiquitatibus Patriis memorandis verſati curioſâ & exquiſitâ diligentiâ, D. Caſp. Bartholinus *lib. de Unicornu cap. 3.* D. Olaus Wormius, in libro eleganti *de literaturâ Runica.* Dn. Stephanus Stephanius *Comm. in Hiſtoricum eminentiſſ. Saxonem:* quem propediem in integrum reſtitutum, Deo favente, cum Notis luci literatæ communicabit. Sic n. Vir humaniſſimus juxta ac doctiſſimus facturum ſe recepit. Ejusmodi pocula Haffniæ in θαυματοφυλακίῳ laudatiſs. Dn. Wormii vidi. Unius inſcriptio erat. *Salva nos Jesu Salvator.* Sed hæc tranſeant.

Quid ſibi poſcant Helepolis *1. Macc. 13. v. 14.* Jupiter Olympius *2. Macc. 6. v. 2.* Jupiter hoſpitalis, *ibid.* Bacchus hederaceus, *ibid. v. 7.* Acervus Mercurii *Proverb. 26. v. 8.* Adonis *Ezech. 8. v. 14.* Titanes *Judith. 16. v. 8.* Cornu Amaltheæ *Job. 42. v. 14.* Sirenes *Eſa. 13. v. 22.* Onocentaurus *Eſa. 34. v. 14.* Augures cœli *Eſa. c. 47, 15.* Thymiamata & libationes cœli, *Jer. cap. 7. v. 18 Oſe. 3. v. 1.* Tentoria Æthiopiæ & Madian, *Hab 3 v. 7.* Trituratio boum, *Deut. 25, v. 4.* Utres vinarii, *Joſ. 9. v. 4. Judith. 10. v. 6.* Ergaſtula, *Jud. 16. v. 21.* Præfectura carcerum, *Gen. 37. v. 36. & cap. 40. v. 3.* Battologia Baalitica, *1. Reg. 18. v. 25.* Lecti tricliniares, *Eſth. cap. 1. v. 6.* Cymbalum alarum, & vaſa papyri, *Eſa. 18. v. 1. & 2.* Meretrices funiculis redimitæ, *Baruch. cap. 6. v. 42.* Fullones, *Marc. 9, 3.* Procuratores Cæſaris, *Luc. 3. v. 1.* Pythoniſſa, *Act. 16, 16.* Areopagus Athenienſium, eorumq; ara ignoti Dei, *Act. 17, 19. 23.* Dianæ cultus, *Act. 19, 35.* Caſtor & Pollux, *Act. 28, 11.* Certamina curſûs & pugilatûs, *1. Cor. 9, 24.* Triumphus Romanorum, *Col. 2, 15. Phil. 2, 6.* θηριομαχία, *1. Cor. 4, 9. & c. 15. 32. Ebr. 10. v. 33.* & pluri-

plurima alia, ſedula dabit lectio profanorum. Deorũ omnium in ſacris literis extantium nomina & ſacra ſi velis, unicum commendo Joh. Seldenum, JCtum, qui in libro *de Diis Syris* per medium Antiquitatis fundum in his ſacris peregrinatur, ut S. Scripturæ locos quàm multos, ſicubi ad priſcos Deos remittunt, nobis det enodatos: qui Vir doctiſſimus etiamſi prætereà aliud nil præſtitiſſet, eſſet tamen, cur ei Antiquitatis amatores multum ſe debere faterentur.

ACT. cap. XIV. ℣. 12. *Et vocabant Barnabam* JOVEM: *Paulum vero* MERCURIUM, *quoniam ipſe erat Dux verbi. Sacerdos quoq; Jovis, qui erat ante civitatem, tauros & coronas ante januas afferens cum populis volebat ſacrificare*. Lyſtrenſes ob ſanatum ex utero matris ſuæ claudum divinos honores Paulo & Barnabæ decreverunt; & quidem Paulum θεοςήτορα ob δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, quâ excelluit, *Mercurium* ſuperbo dixerunt titulo. Barnabam verò Pauli collegam *Jovem.* taurosq; ipſis, ut Diis conſueverant, immolare volunt, ſublatoq; clamore inſiunt: Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν versu 11.
πρὸς ὑμᾶς: quippe quos hominibus aſſimilatos è cœlo ſive ætherio Olympo, ut cum Virgilio loquar, ad ſe deſcendiſſe ſomniabant ex veteri ſuperſtitione. nam qui illuſtre aliquod beneficium mortalib⁹ prçſtiterãt, ἀποθεώσει quâdam cœlo donabantur. quorumq; parentes ignorarent, aut ex inopinato apparerent, tanquã Numina cœlitùs delapſa mortalium bono, ſtultè credebant: quod Tertullianus in Apolog. optimè ſcribit. Videre eſt adhuc clariùs ex Fragmento de origine gẽtis Romanæ, quod ſub Aurelii Victoris titulo Andr. Schottus edidit, ſtatim ipſo initio: *Primus in Italiam*

*Æneid.8,319 *creditur veniſſe Saturnus, ut etiam Maronis Muſa* teſtatur. Tanta autem usq; id tempus antiquorum hominum traditur fuiſſe ſimplicitas, ut venientes ad ſe advenas, qui modo conſilio ac ſapientiâ præditi, ad inſtruendam vitam formandosq; mores aliquid conferrent, quod eorum parentes atq; originem ignorabant, cœlo & terrâ editos, non ſolùm ipſi crederent, verùm etiam poſteris affirmarent.* Ex falsâ hâc perſuaſione Melitenſes *v. 6. Act. cap. ult.* Paulum Deum eſſe exiſtimabant, utpote cui vipera nil detrimenti afferret. Prius loquebantur de Paulo, tanquam homine ſcelerato, ὃν ἡ Δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. ubi Dice nil aliud eſt quàm Nemeſis Dea ſcelerum vindex: quod ipſe Scapula *pag. 401. Lex. ed. ult. Baſ.* obſervavit. Mox ex Paulo jam à viperæ morſu ſervato mutatâ mente (μεταβαλλόμενοι) cudebant immortalem Deum; quem in Deos referendi ritum expreſſum legere potes apud Herodianum *lib. IV. hiſt. Rom.* Cur vero Lyſtrenſes avitâ detenti ſuperſtitione, Paulum, tanquam Deorum nuntium nominârint Mercurium, ipſe indicat textus cauſam nominis: ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. nempe ob oris facũdiam & ſermonis ſuavitatem, quâ meruit eſſe Dux verbi, nomen Ἑρμοῦ indidêre Lyſtrenſes pagani, ὅτι χάρισμα, inquit Iſiodorus Peluſiota, καὶ γνώσεως καὶ σοφίας εἴληφε, καὶ ὅτι ἑρμῆς εἶναι ἐνομίσθη. nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας; item
V.Biſciol.T. 2.l.17.c.6. λόγιος, κατὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις σεμνότητα; quod ex Lexico Conſtantini vertas: *Eloquens, prudens, doctus, verboſus.* Ideo & λόγου προφήτης fingitur, & *mægni Jovis Deorumq; nuntius*, qui diſſidẽtium animos oratione ſedaret. Macrobius l. 1. Sat. c. VIII. *Scimus Mercurium vocis & ſermonis potentem.* Artemid. 2. ὀνειρ. 40. *Mercurius*

bonus eſt his, qui ad eloquentiam animum adjecerunt, & athletis & pædotribis, & omnibus mercatoriam vitam degentibus & libripendis, propterea quod omnes hujusmodi homines Deum hunc pro tutelari numine venerantur; interprete J. Cornario. Dein Barnabam ob grandævitatem ſermonisq; gravitatem *Jovis* honeſtant titulo; natu enim major erat. Jovis inter omnes Deos eximiam majeſtatem nullus non celebrat Scriptor. Eâ de cauſa Ariſtophanes κατ᾽ ἐξοχὴν ſeorſim à reliquis Diis nominat; nam, ut Valerius Soranus apud Auguſtinū detonat*, in Plut. Act. 1. ſc. 1. v. 1.

*7. de Civ. Dei cap. 9.

Iuppiter omnipotens, Regum Rex ipſe, Deusq;
Progenitor, genitrixq; Deûm, Deus unus & omnis.

Unde & à Syro Interprete h. l. מרא אלהא i. e. *Dominus Deorum*, exponitur. Regius n. titulus imprimis Jovi ex gentium Diis eſt. Pindarus *olymp. od. 7.* Jupiter Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας. & Nemeſ. od. 1. ἀθανάτων βασιλεύς. Virgilius: *Divûm pater, hominum Rex.* Cur *Pater Deorum* appelletur, aſſignat Cl. Boxhornius *in Comm. ad Satyr. Sulpitiæ pag. 47. 1. quia Jupiter primus majeſtatem Numinibus induxit & numerum Deorum auxit. 2. quia omnia & cæleſtia & terreſtria regere atq; moderari credebatur.* Ipſa Jovis nomina apud Græcos id indicant. Ζεὺς n. dicitur græcè à Ζάω, quod vitæ omnium ſit autor, quòd omnia faciat ζῆν, vivere. Ariſtoteles lib. περὶ κόσμου (quē tamen abjudicat Stagiritæ P. Victorius *25. Var. lect. 6.* adjudicat Patritius, *Tom. 1. diſc. perip.*) cap. VII. Καλοῦσι δὲ τὸν Θεὸν καὶ ζῆνα καὶ δία, παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν, δι᾽ ὃν ζῶμεν. In hanc ſententiam citavit Euſebius *13. præp. Evang. 7.* Arati verſus. Porrò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſemel imbuti opinione falsâ Lyſtrenſium animi pergunt ſacra protinus iis Diis debita inſtituere. Sacerdos Jovis adductis *tauris & coronis* i.e. tauris coronatis ſive vittatis, ἐπὶ τὺς πυλῶνας, ad ædium fores, in quibus erant Apoſtoli, voluit divinos honores exhibere. Notum eſt omnes gentes, ſummam religionis collocaſſe in ſacrificiis, quibus Deos colebant; ut luculento opere Wilhel. Stuckius teſtatum fecit. Taurorum a. victimis Jovem placari credebant. Julianus Ep. XXVII. *Commoratus ibi diem unum, arcem inviſi, & Jovi regio more* taurum candidum *ſacrificavi.* Locus illuſtrior in hanc rem extat in l. V. Faſt. Ovid., ubi, cum ad Senem Hyrea Jupiter, & alii Dii, numen diſſimulantes introiiſſent, mox agnitus Jupiter bove honoratur; nam

cultorem pauperis agri
Immolat, & lento torret in igne bovem.

Quod ad coronas: Deorum honori litantes ſumſere eas victimis ſimul coronatis & vittatis, teſte Plinio*. quem annotant morem J. Bernartius *ad Statium*, Paſchalius *de coronis*, Meurſius *in Lycophronem*. Sacrificiorum v. varia genera variis gentibus fuère pro ſingulorum Deorum naturâ inſtituta. Taurum Jovi non convenire Servii Macrobii & aliorum autoritatibus diſputârunt jamdudum Viri docti, quorum ſententiam vide apud Dn. Saubertum, *in Prodr. Philol. ſacr. pag. 33. ſeqq.* Atq; ita heic ſacerdotem Jovis contra Græcorum inſtituta peccaſſe affirmârunt; de quo longum eſſet diſſerere. Illuſtribus argumentis contrariũ docuit in quadam diatribe ἀνεκδότῳ in his literis doctiſſimus Dn. Gronovius, quâ lectâ mecum cogitavi.

* lib. 6. c. 4.

Victi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Victima an ulla amplior
Poteſt, magisq́ opima mactari Iovi
Quàm Taurus?

Guſtum dedimus earum Antiquitatum, quarum in ſacris intelligentia à moribus & ceremoniis antiquis pendet. Illo nunc relicto tentaturi ſumus mare ſcopuloſum, fallax atq; pyratarum latrociniis infeſtum, ut eò tandem, unde ſolvimus, redeamus propitiis Muſis incolumes. *Vos ergo* primùm *ad hanc diem* RABBINOS *iuvoco, ſic recluſuri eſtis maria?* Obſtate potius. Senec. Suaſ. 3.

Rabbinorũ de ſacris gentiliũ rebusq; hiſtoricis ſenſus frigidi.

RABBINOS pleroſq; omnes exterarum hiſtoriarum neſcios fuiſſe nemo eſt qui neſciat. Etenim Ethnicos, quâ ſunt ſeveritate, ſusq; deq; habent, ut illa Niobe Poetarum filios alienos. Hinc, cum neq; Latinè neq; Græcè ſcirent tenebrarum filii, pura puta ſæpe confinxêre de rebus gentilium mendacia, fabulasq; fabulis adauxêre Paganorum hoſtes acerrimi. Unde Melchior Canus rectè ſcribit, Ebræos humanæ hiſtoriæ penitus ignaros eſſe, *quoniam nulla externi regni monumenta in lingvâ ſuâ habent, nec alios aut Perſarum aut Græcorum Reges agnoſcunt, niſi quos Scriptura commemorat.* In anteceſſum exempla ἀνιςορησίας, quâ ſe ridendos præbent, dabimus è multis pauca; quibus illa effutiunt, quæ nulla boni Scriptoris autoritas ſuffulcit. R. SEADIAS, magnæ inter Rabbinos autoritatis & in libris Talmudicis peritiæ; eſt enim unus eorum, quos peculiariter appellant Hagajonim, unde & κατ' ἐξοχὴν Haggaon ab AbenEſra & aliis indigitatur. Is, inquam, in verba Danielis c. VIII. v. 5. & 8. cum de Alexandri M. regno loquitur Propheta v. 5. Conſpicuum hirco cor- 11. Loc. 6.

 nu

nu illuſtre inter oculos ipſius ſitum fuiſſe. V. 8. Sed cũ roboratus eſſet ille, fractum eſſe cornu illud magnum, & aſſurrexiſſe conſpicua cornua quatuor loco ejus verſus 4. ventos cœli. Hi, inquit, quatuor venti ſunt quatuor Reges, quos conſtituit Alexander, dum viveret, iisq; regnum ſuum diviſit. Succeſſorum autem nomina ſubjunguntur; *Romanus, Alexander, Arudus* & *Antiochus*, qui *Romæ, Alexandriæ, Ptolemaidi* & *Antiochiæ* regnârint. Miras nugas deprehendes, ſi conferas Scriptores probatos de Syria, Ægypto, Macedonia & Aſia minore, quæ ceſsêre in dominatum Seleuco, Ptolomæo, Caſſandro & Antigono; qui hîc per *quatuor cornua* adumbrantur, quæ ideo *illuſtria* vocat Angelus, quoniam omnes alii principatus evanuerunt. In Græcorum Antiquitatibus qui fuerint vel mediocriter verſati ſciunt, non eſſe illud ex vero, quod hîc tradit Seadias, Alexandrum ipſum *diviſiſſe regnum ſuum, cum adhuc eſſet in vivis.* Omnes hiſtorici, *Ariſtobulus, Ptolomæus Lagi, Autores regiarum Ephemeridũ, Arrianus, Diodorus Siculus, P. Trojus, Q. Curtius,* uno ore profitentur, Alexandrum, qui obiit A. Olymp. *CXIV.* ingraveſcẽte morbo non diviſiſſe regnum ſuum ſucceſſoribus, cum adhuc viveret, ſed cum de vitâ deſperaſſet, detractum digito ſuo annulum tradidiſſe Perdiccæ, & amicis rogantibus, cui relinqueret regnum, reſpondiſſe. *Præſtantiſſimo.* magnam quoq; fuiſſe contentionem inter equites & pedites præſtantiſſimos de hærede deſignando; quoſdam ſucceſſorum ab obitu ipſius ſibiipſis diviſiſſe regnum, totidem pene Reges emerſiſſe, quot Duces, omnesq; ita contumelioſè violenterq; imperaſſe, ut illius imperio grave

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

dedecus conciliârint. Pluribus id exequitur *Joh. Rai-* Tom. 1. præl.
noldus, qui omnibus hîc otia fecit. Atq; hoc primum 99. ſeqq.
eſto παράπτωμα ex hiſtoriæ Græcæ inſcitia natum. Quod ſi Ebræos præterea Auctores quærimus in eorum *Chronologia mundi majori*, quæ סדר עולם רבא inſcribitur, octo Græcorum Reges mentiuntur: de quibus verè dixeris:

Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.

Primus dicitur *Alexander Macedo*, 2. *Phirton*, 3. *Selymon*, 4. *Seleucus*, 5. *Sentroc*. 6. *Antiochus*, 7. *Antiochas*, 8. *Gaſelanas*. Majorem partem iſtorum nominum ignoramus; & quia ſtulta operoſè refutare eſt ſtultitia altera, ἐπέχουσιν. Eadem ruditate *CYRO*, primo Perſarum Regi, *tres* duntaxat imperii *annos* aſſignant; eò quod *cap. X Daniel.* tertius annus ei aſſignetur Regi; cum cõſtet ex hiſtoricis obiiſſe Cyrum anno regni triceſimo. Eodem modo Ahaſuero, quem immediatè poſt Cyrum numerant Regem, annos regni XII., qui in Scripturâ memorantur, tradunt. Sic *DARIO*, quem sept mo ætatis anno patri ſucceſſiſſe nugatur Zæmach David, ſex regni annos attribuunt; tres quoq; Perſarum Reges magna temporum & perſonarum confuſione fingunt ex *c. XI. v. 2. Dan.* cum certò conſtet alios fuiſſe octo Perſarum Reges, quorum tamen ibidem nulla fit mentio. Quin & ſæpe Aſiæ Reges & Syriæ cũ Græciæ Proceribus confundunt. Magnâ temporis hiſtoriæq; ignoratione Benjamin Tudelenſis in מסעות ſeu *Itiner. pag. 15.* συγχέοντες facit *Davidem* Regem Judæorum & *Romulum* Romanorum; qvum David trecentis circiter annis regnare ante Romulum cœperit.

Et

Et quæ ſunt nugamenta alia, quibus orbi meliori ſuam propalant in hiſtoriis inſcitiam. Quis v. negare auſit in his Chronologicis Scriptores eſſe conſulendos ſeculares? His enim ignoratis magna ſe offeret nobis caligo. Scriptura ſiquidem ſacra profanam hiſtoriam & Chronologiam ἁπλῶς minimè tractat; ſed, quantum ſibi ſufficit ad hiſtorias ſacras, breviter indicat, quæ prolixiùs & evidentiùs Hiſtoriarum exterarum monumenta explicant. *Scripturæ ſanctæ propoſitum eſt non externam absq; Judæis hiſtoriam texere, ſed eam, quæ*
Hier. in c. 11. Dan. *Iſrael populo copulata eſt. Quò fit, ut hiſtorias gentilium nec plenè nec ordinatè, tradat; non enim curæ fuit Spiritui Prophetali hiſtoriæ ordinem ſequi, ſed præclara quæq; perſtringere.* Ut autem in Chronologiâ Judæis nihil ad exquiſitam cognitionem adeſt; ita multùm etiam abeſt, cum ad explicationes de Diis gentilium eorumq́; ritibus accedunt, quos fabulis atq. inanibus commentis ſordidant vanasq́; illorum fabulas in vaniores convertunt. Nugarum exempla tria vel quatuor audi. Quis enim vel memoraret omnia?

Gen. c. XI. ℣. 28. & 31. אור כשדים, *Ur Chaſdim*, urbis nomen pro Chaldæorum Deo igne capiunt Judæi, qui hîc iter Abrahami ex Ur Chaldæorum, quod noſtri nobis Geographi tritiſſimū relinqvunt, devium reddunt; ita ut ſcribant Abrahamum, cum relictâ Harane patria ſua veniſſet in Ur Chaſdim, omnes comperiſſe *Soli* divinos conſecraſſe honores; idq́; reperiſſe R. Moſen in hiſtoriis ac libris gentilium conſignatum
* quæſt. 40. in *R. Menaſſeh. Ben-Iſrael** retulit. R. Moſis ſententiam
Gen. p. 55. 56. Mercerus refutat. Excogitârunt autem Haran fratrē Abrahæ, eò quòd Solem à Chaldæis tanquam Numen

coli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

coli ſolitum pari veneratione patriis ritibus proſequi recuſaſſet, in ignem fuiſſe à Chaldæis conjectum ſpectante Patre Tarah. Conſimiliter Abrahamum ob cultum religioſum negatum è flamma ignis, virtute divinâ liberatum Deo Iſraelis χαριστήρια perſolviſſe. cùm Moſes, qui in laudem conſtantiæ Abrahamiticæ multa conſignavit, nihil de iſtâ Abrahæ projectione prodiderit. ideo & Pererius *in Gen.diſp.15.p.447.ſeq.* & Joh. Annius, fabuloſus alioquin Scriptor, *in Comm. ad ſpurium Beroſum pag.30.* eam traditionem in fabulis putāt.

Exod. c.XIV. ℣.1. *Loquere ad filios Iſrael, ut redeant & remaneant ante Pehiroth inter Migdol & inter mare, & regione Baalzephon.* Heîc *Baalzephon* itidem oppidum erat, ut ex *Num. c.33.7.* conſtat. Aſt R. Salomon & cæteri ſomniāt neſcio quâ febri correpti Baalzephon *canem æneum* fuiſſe à Pharaonis Magis ad cœleſtium corporum poſituras vi Magicâ fabricatum, ut à deſtinato itinere latratu ſuo horrido averteret Iſraelitas, eorumq; fugam ſiſteret. Dignum Rabbinis commentum, quale & illud erit *de Nebucadnezaris imagine aureâ*, quam Marrucini, ut fingendis rebus ſunt audaces, putant loco piaculi erectam, ut ſomnii effectum eo repelleretur amoleto. Quæ divinatio nimis frivola eſt & vim illi fruſtra adſcribit.

Deut. c.III. v.11. *Solus OG, Rex Baſan reſtiterat de ſtirpe Gigantum.* Vix cecinerat gallus, & è ſomnio Baalzephon expergiſci juſſerat, ecce tibi aliud ex eburneâ portâ ſomnium de Rege OG, quem ferunt capiti ſuo montem ingentem impoſuiſſe, ut totam Iſraelitarum multitudinem uno jactu obrueret, parumq; abfuiſſe, niſi divinitus data upupa continua corroſio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

ne molem tantam perforaſſet; addunt capite dein transmiſſo dentes fuiſſe enatos ad decem cubitos;atq; ſic tantâ prægravatum mole fatis conceſſiſſe; ſicut hanc ſesquipedalem fabulam referunt Lyranus & Abulenſis. Ejusmodi eſt & illud craſſum & præpingve commentum ad verba Pſaltis: *Jumenta in montibus mille:* quo narrant belluam unam vaſtiſſimam numero plurali deſignatam fuiſſe, cui in diurnum pabulum mille montium herbæ à Deo fuiſſent aſſignatæ. quæ tam vera quàm illa de *Eleazaro* & *Iſmaele*, quorum vẽtres tam grandes, ut, cum ſtarent faciebus & corpore conjuncti, duo validi boves inter eos tranſire potuerint neutrum attingendo. Quis tam ἀγέλαστος Craſſus, aut, ut ait Poeta,

tam ferreus, ut teneat ſe

Quin rideat.

Plaut, Pœnulo. Sunt enim λῆρος μακρὸς ταῦτα, & ut ait ille, *Gerræ germanæ atq; liræ liræ.* Scitum quidem illud Rabbinorũ: *Non eſt Jota in Thorah, à quo non pendeant mille montes doctrinarum.* At illi eo adeò abutuntur, ut ſuper Jod Scripturæ montes fabularum ſtruant nugivenduli, quo nomine dicam ſcribunt Talmudiſtis Chriſtiani Interpretes, qui portenta illa & monſtra rerum & verborum, quæ illorum Talmud peperit, juſtâ ſerie examinant; è quibus *D. Chriſt. Helvicum**, (cui certè viro nil defuit niſi maturitas) & *Dan. Schwenterũ** nomino.

* Tr. de Legẽdis Talm.

* Orat. de Talmud.

PSAL. XXII. v. 17. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Deploranda eſt Rabbinorum τῆς καρδίας πώρωσις, quod in omnibus Scripturæ locis, quibus fides noſtra de Chriſto nititur, vel mutent verba vel tollant de me-

dio & expugnant, vel ſaltem ſenſum verum adulterare nitantur, non tam inſcitiâ quàm voluntatis perverſitate. Id ut præſtet in illis antiqvus ille fabularum architectus Beelzebub ſolet Amanuenſibus interpretamenta dictare anilia, quibus, ne oculos aperiant luci, illos ſolet dementare. Fecit hoc inter alios Autor libri Nizahon, quando ſalſè exarat: *Scriptum eſt in libris eorum*, Foderunt manus meas & pedes meos, *ubi dicunt; hos eſſe clavos, quibus affixus fuit manibus & pedibus ad crucem, poſtquam fuit ſuſpenſus. Ad quod ego dico, morē illum in Iſrael non fuiſſe, ut in manibus & pedibus hominum clavi figerentur, qui lapidabantur & ſuſpendebantur.* An neſcis, Judeæ cavillator, poteſtatem judiciorum capitalium fuiſſe ademtam ſynedrio à Romanis? Tené fugit deſiiſſe ſupplicia capitis ad legis Moſaicę præſcriptum fieri, atq; cæpiſſe ad conſenſum arbitriumq; tribunalis Romani? Flagellatio namq;, crurifragium pectorisq; transfixio ex lege Judæorum non ſunt, ſed gẽtilium & Romanorum; quippe in hiſtoriâ Paſſionis DOMINI noſtri multa fuiſſe more Romano adminiſtrata, non debet cuiq; veſtrûm eſſe dubium.

Quare ſemel ſtatuendum eſt cuilibet in Rabbinorum libris verſanti, ſibi à plerisq; de rebus gentiliũ interpretationibus, utpote immaniſs. ſæpe figmẽtis conſpurcatis, cavendum eſſe: luſtrandos potius ipſos, ſi de Numine conſtat, natales doctores; Multa quidem aliâs fœliciter repererunt, quibus in annotandis veteribus Judeæ ritibus prævalent, quæ aliorũ nunquam aſſecuta fuiſſet induſtria: inter quos commendant *R. Moſen Ben-Maimonida*, cujus ſcripta πολλὰ κεχαρισμένα τε καὶ χρήσιμα continent; teſte Scaligero

ad Caſaubonum: *Ego non ſolùm illum librum* (More Nebochim) *ſed etiam omnia illius Magiſtri opera tanti facio, ut ſolum illum deſiiſſe inter Judæos nugari dicam.* Caſaubonus Ex. 16. n. 77. *Moſes Maimonides (qui & Moſes Ægyptius dicitur) ſolidæ atq; ingentis doctrinæ Vir, de quo videor mihi poſſe id verè dicere, quod Plinius de Diodoro Siculo, primum illum inter ſuos deſiiſſe nugari.* Sic *Abarbanelem*, cujus in Pentateuchum & Prophetas minores extant commentarii Venetiis impreſſi, laudat

* Comm. in Middoth pag. 174. D. L'Empereur* præ omnibus aliis Ebrȩorum Doctoribus. Ipſi etiam Judæorum Magiſtri maximè commendant, & planè divinum (quod ex quodam Judæo Hiſpano memini me percepiſſe) autorem cenſent. Is interdum *Ariſtotelem* allegat; quo ipſo oſtendit lectionem autorum profanorum ſibi curæ fuiſſe. Ejus legit veſtigia *R. Menaſſeh Ben-Iſrael*, qui nunc Amſtelodami floret inſignis & doctus ſui ordinis Vir, tantopere laudatus C. Barlæo, ut eo nomine etiam Viro Clariſſimo litem intentârint publicam feriata ingenia. Sunt in eorum ſcriptis, ut brevi pugillo comprehendamus.

* Homer. Odyſs. δ. de Ægypto.

* Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

In noxiis legendis præcavet quisq;, utatur, quia noxia ſunt. at bonis utitur, ut fruatur; fructu impari licet:

1. Inſtit. 23. *primus namq;*, quod ait Lactantius, *ſapientiæ gradus eſt, falſa intelligere, ſecundus vera cognoſcere.* & ſicut idem

c. 20. d. l. Latinorum Cicero Græcos reſponſuros dicebat, *ſe alios Deos colere, ut proſint, alios ne noceant*; ita dicturi ſumus, Rabinos nos non tam ut proſint, quàm ut ne noceant legere. Ita quoq; *Ambroſius* profitebatur ſe legiſſe omnia, *pleraq; ne negligeret, alia ne ignoraret, quædam.*

dam, non ut teneret, ſed ut reprehenderet. Non minus n. periculi eſt nihil probare, quod legeris, quàm omnia. Hoc *odi profanum vulgus & arceo.* in cujus numero eſt *Pfefercornius*, illud ſui ſeculi ludibrium, qui quæſtionem hanc κεςτομίοις ἐπέεσσι agitavit contra Reuchlinũ. *An ſit ex uſu Religionis noſtræ, ut Bibliis exceptis omnes Judæorum libri exurantur?* de quo Schleidanus videatur. lib. 2. Comm. Idem jus in *Alcoranum*, quia & in eo non pauca ex Rabbinorum commentis legantur, ſibi uſurpant. ideoq; ignis ſupplicium olim* ſubiit Alcoranus Arabicè impreſſus; cum tamen ad Muhammedis δεισιδαιμονίαν refutandam magnopere conducat exemplaria habere, eaq; ſimul incaſtrata. Chriſtianus enim homo non magis movetur Rabbinorum & Muhammedanorum fabulis, quàm figmentis Ovidii aut Apuleji; qua de re legi poteſt Bibliandri *ſermo Apologeticus pro editione Alcorani* nuper Roſtochii curâ doctiſs. Fabritii recuſus. Idem error patet in Enthuſiaſtis, qui quæſtionem agitant: *An ſit ex uſu Chriſtianismi, ut Bibliis exceptis omnia Philoſophorum & Philologorum volumina exterminentur?* Immane quantum hîc inſaniunt, qui enthuſiasmum ſpirant, quorum ſolemne ignorantiæ aſylum eſt, *Philoſophiæ & bonorum autorum contemtus*, ut in omnibus eorum hominum libris perſpicere licet. Prodiit hactenus *Chriſtoph. Raſelius*, qui Doctores noſtros famoſis vocat verbis *Ethnicologos, Ariſtotelogos, Coſmologos, Tollogos, Fabellologos, Spermologos, Lallogos, Grammatologos, Sarcologos, Ariſtotelicos* & *Stoicos Phyſic(unc)os*, & quæ ſunt lœdoriæ aliæ. ὅμοια λαλεῖ Neo-Politicus *J. A. W.* qui ἐλλάμψει novâ Politicam novam *primus cœlo* (ut Socrates Philoſophiam) *devocavit, ut in urbes* Hanſeati-

* Venet. A. 1530.

Bucc. novi anni n. 71. 72.

 cas.

cas *collocaret, & in domus introduceret.* Edidit *Medullã Politices*, quæ reverà continet confuſum Paracelſiſticorum ſomniorum chaos aliaq́; periſtragula ἀλλότρια, quæ ubiq; prominent, ut in Æſopi aſino auriculæ: quibus demtis nil niſi ſceleton ſine medullâ ſupereſt. Convitiis agit rem paſſim, Philoſophos dicit *Phylloſophos, mundi Phantaſtas, mundanos ſapientes*, pag. 438. *habitualiſticam argutiam & literalem ſapientiam* p. 545. *habitualiſtarum ſyllabarum capturã & literales tenebras*, pag. 546. *vanas ſyllogiſticationes defraudatorias, inaniũ terminorum ſyllabarumq́; habitum*, pag. 574. *Ethniciſmi execrabilis phraſes ac terminos, articulatas loquendi formulas diſputabiles*, pag. 575. *opinabiles diſputationes ſpeculationum inanium, habituales logomachias, articulos diſputabiliter pro opinione humanâ confictos*, p. 577. *habitualiſtas Ethnicos & Pſeudophiloſophos*, περισσῶς ἐμμαινόμενος perſtringit. Logicos ait *garrulæ logicæ vana crepitacula habitualiſtica* crepitare. Metaphyſicam, quæ Schillingiis *terminorum obſcurorum Lexicon* dicitur, *inanem* eſſe pronunciat. *Sebaſt. Francum, optimum Servetum, Corn. Agrippam, ſummum Theophraſtum*, & quẽ primâ ſede collocare debueram V. Weigelium (vah quantos Politicos!) commendat. Quò vero tendat prurigo Politici erratici & circumforanei, *triplicem eruditionem jactantis*, ſat dictum ſapienti; quem non movent dicteria, quibus rident rectam rationem ipſaquè naturam accuſant. Nec enim illam veram Philoſophiam judicamus, quæ libris *Chaldæorum, Ægyptiorũ* aut *Græcorum* contenta extat: ſed illa demum *vera Philoſophia* eſt, quæ non hominis alicujus, ſed ipſius Dei manu naturæ inſculpta omnibus contemplanda proponi-

ponitur. Ariſtoteli & Platoni credimus, non quia illi dixerunt, ſed quia, quod dixere, dicit natura, aliâs ubi à naturâ diſceſſere, ibi etiam Philoſophi Chriſtiani ab illis diſcedunt; de quibus præclarè monuit D. Jacobus Martini*; ideo non eſt, ut hîc multa dicamus. Eleganter Bertharius Caſſinenſis Ἀνλικειμ. lib. I. interr. 31. *Humana doctrina eſt*, Grammatica ars *vel* Rhetorica *vel* Dialectica *etiam*; *ex quâ doctrinâ ad ſacrificium quidem h. e. in his, quæ de Deo ſentienda ſunt, nihil ſuſcipiendum eſt. Sermo vero lucidus & eloquentiæ ſplendor ac diſputandi ratio, ad miniſterium verbi divini decenter jubetur admitti.* Non adeo Philoſophiam extollimus, ut dicamus, nullibi *divinæ imaginis imaginem expreſſiorẽ** depictam, quàm in Logica & Metaphyſica; quatenus enim illa ſibi dari imperium poſtulant, *Hagarem ex ædibus Abrahami in deſerta gentilitatis* proſcribimus*. interim rationi illuminatæ *Logicum* & *Metaphyſicum* quoddam *miniſterium* in divinis denegare, Enthuſiaſtarum eſt, qui neſciunt diſcrimen meliorum ſtudiorum, nedum ut *veræ ſolidæq́ſapientiæ*, quam *in Chriſto* jactant, vel umbram habeant. id quod fuſiſſimè demonſtrat Liber ſolidè docteq́; contra *Novos Prophetas* nomine Eccleſiaſtarum Lubecenſium, Hamb. & Lunæb. *A. 1634.* conſcriptus, qui omnibus bonis veritatisq́; amantibus commẽdatiſſimus eſſe debet, ut ſciat omnino cavere ſibi à Pſeudoprophetis Evangelicis; nominatim exire de Babylone *Apocalyptici Politici noſtri*, qui tenebras enthuſiaſticas lucis imagine cenſet, quintam quaſi eſſentiam Chriſtianiſmi jactat, ac ſub pelle ovilla, ut ſolent fanatici, inſultat Philoſophis & Theologis omnibus: quod animi ſui venenum diu occulta-

* Præf. Exerc. Metaph.
* K. in ep. ded. Syſt. Log.
* Gen. 16. v. 7.

culta-

cultatum evomuit tandem ſub perſonato nomine *Angeli Mariani* in libro nuper edito*, ex quo inverſum & præpoſterum *Silenum*, quem diu callidè circumtulit, cognoſcere licet, verbo tituloq; præ ſe ferentem Angelicæ puritatis paſtorem, cum re lupus ſit larvatus & prædo ovium Chriſti, quas ſub ſpecie recti Schismaticus pylurus deceptas in miſerabilem ſtragem cõjicit. Sed non eſt, ut in ejusmodi refellendis immoremur, ideo ne verbum quidem amplius. Sermonem a. noſtrum exequi pergemus de *antiquioribus aliquot & obſoletis Vulgati Interpretis locutionibus ac vocibus minus uſitatis*, tentaturi, quid Lectio autorum profanorum queat præſtare.

* Ofne Hertzens-Pforth.

Vulgato noſtro Interpreti; interdum ἀρχαΐζουσι, ex profanâ literaturâ ſubſidium quærunt nonnulli curioſi antiquioris literatuæ Urinatores, ut tamen ſæpe modum excedant. Quo cæco errore inter ſui ſimiles abreptus *Ant. Poſſewinus** ſcribit, Vulgatam Verſionem planè ſtare, tanquam *columnam veritatis & portum, ad quem ex tot verſionum diſſentientium fluctibus debeamus appellere*. Eadem audaciâ multæ lectionis & doctrinæ Vir Johannes Pineda in *de rebus Salomonis p. 229*. ſcripſit. *Nos qui omninò tenemur tueri Vulgatam lectionem, cum omnibus ſuis particulis, piaculum exiſtimamus aſſerere non ſolùm in re pertinente ad fidem, ſed etiam rem geographicam, aut aliam cujuscunq; generis, Latinum Interpretem, ſi non omnia ſemper aſſecutus eſt, neq; prorſus ſenſum omnem verborum exhauſit, aliquando aberraſſe, deceptumq; fuiſſe. Vulgatæ lectionis autoritas*, & vel ſolus apex retinendus*. Longè modeſtiùs hâc de re, ut recen-

* l. 2. Bibl.

* in Indice.

recentiori utar exemplo, ſentit *Simeon de Muis*, Ebræarum literarum apud Pariſienſes Profeſſor, qui à veteri Verſione interdum ac ſatis ſæpe diſcedit. Ejus lege *Præfationem in Pſalmos*, de Hebraicæ editionis autoritate ac veritate. itemq; ejusd. librum *contra Morinum*, hominem ſtolidiſſimè Vulgatæ & LXX. verſioni addictum; ut ex præfatione in editionem Bibliorum Græcorum Pariſiis publicatorum apparebit; quam Angli ſibi refutandam ſumſêre. De ſtilo ſi ſermo eſt, multa quidem ineſſe boni pretii & veteris notæ fatemur ultrò, non contemnenda Antiquitatis ſtudioſis; quæ niſi aliis, ut interdum fieri ſolet immeritò nimis, ridendum propinares: ipſe ſis ridiculus. Deprehendunt inſuper docti in ipſis loquendi modis πολλὰ ἐλέγχιστα, πολλα κατεργὰ. Nos modò de & pro re non ſum⁹ πὺξ καὶ λὰξ decertaturi.

Jerem. cap. XVIII. ℣. 23. בעת אפך עשה בהם: Ἐν καιρῷ θυμοῦ σου ποίησον ἐν αὐτοῖς. *In tempore furoris tui abutere eis*. Veteres *abuti* ſumebant pro *conſumere* & *conſumi*; uti ex *Plauto*, *Hortenſio* & *Varrone* Cl. Dn. Johan. Laurenbergius *in Antiquario fol. 3.* conſignavit. Hinc Cornelius à Lapide d. l. vult ſuum Interpretem elegāter & doctè vertiſſe: *Abutere eis* id eſt, conſume, diſperde eos. Affert in teſtem Catonem *de re Ruſtica cap. 76.* ubi ſcribit: *Donec omnem caſeum cum melle abuſus fueris*. Quæ vera eſt lectio præ illâ Zvingeri; apud quē Cato legit: *Donec omne, caſeum cum melle, aduſus fueris*. Edit. Baſil.
Ut ita *abuti* apud Veterem Interpretem, non ſit græcum illud καταχρησθῆναι.

Psal. L. v. 7. *Audi populus meus*. Hunc loquendi modum juſtificare volunt, quod inveniatur *meus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

pro *mi* apud Veteres. quæ res adeo perturbavit *Scaurum Grammaticum*, referente Chariſio, ut aſſereret Vocativum ſingularis maſculini à *meus* multos diſſidẽtes gignere, *ô mi* an *meus* facere debeat; de quo Valla *3. Eleg. 22.* Gerardus Voſſius *lib. 6. Comm. de arte Gram. cap. 7.* Joh. Pincierus *in Parergis otii Marpurgenſis l. 2. cap. 2.* videantur.

MATTH. II. ℣. 18. Καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι. *Et noluit conſolari.* Quo loco *Conſolari* accipit Vulgatus pro *conſolationem accipere* ſive *admittere.* quo ſenſu *Gen. cap. 37. v. 35.* extat de Jacobo vicem Joſephi dolente. *Noluit conſolationem accipere*, ut ibidem Vulgata Verſio habet. Paſſivè hoc dicitur Jer. cap. 31. v. 15. *Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus & fletus Rahel plorantis filios ſuos:* & nolentis conſolari *ſuper eis.* Comprobant hæc Scriptorum teſtimoniis. A. Gellius eam Q. Metelli Epiſtolam producit, quam, cum in exilio eſſet, ad Cn. & ad L. Domitios dederat: *At cum animum veſtrum erga me video, vehemẽter* conſolor, *& fides utriusq; veſtra mihi ante oculos verſatur.* Priſcianus illud Aſinii Pollionis affert: *Sed cum ob ea, quæ ſperaveram, dolebam*, conſolabar *ob ea, quæ timui.* In eundem ſenſum Boethius *lib. 3. de conſol. Philoſ. cap. 3.* loqvutus eſt; ſicut iterum Dn. Voſſius obſervavit.

Celte. JOB. cap. XIX. v. 24. *Quis mihi det, ut exarentur in libro? ſtylo ferreo aut plumbi lamina: vel* Celte *ſculpãtur in ſilice.* Antiquitus literas ſaxis & lateribus, æri & argento, ceræ, plumbo atq; ligno, ſtilo ferreo atq; etiam oſſeo, inſculptas novimus omnes; nempe ut earum perpetua extaret recordatio, nec ulla dies memoriam earum literarum oblivione deleret. Hinc

Scri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Scriptores ſacri loquendi formas ſumunt, ut exactam & firmam comprehenſionem ſignificent. Liceat hic pauliſper immorari. Legimus Jerem. cap. XVII. v. 1. Sculptum peccatum Judæ *ſtylo ferri in ungve adamantis*, נעט ברזל בצפורן שמיר, ſuper tabulâ cordis eorum. Sicut *Zach. c. 7. v. 11. 12.* legimus obſtinatos Judæos *cor ſuum poſuiſſe ut adamantem* (שמיר;) *ne audirent legem*. Et verba ad Ezechielem cap. 3. v. 9. *Ut adamantem* (כשמיר) *& ut* Silicem *dedi faciem tuam*, notant conſtantiam & immobilitatem animi, quæ nullis queat minis & convitiis expugnari. Quicquid enim durũ eſt & firmum, adamanti comparatur à Romanis, Græcis & Ebræis, quemadmodum Rittershuſius *ad Oppianum* conſignavit. nam adamas ob duritiem vix tractari poteſt, teſte Plinio*. Ideoq; volunt Ebræis dictum eſſe שמיר q. lapidem ſervabilem* & ferro indomabilem; atq; ab eadem causâ Græcis ἀδάμας quaſi indomitus, quod ex דום feſtivè Becmannus* deduxit; imo Arabes ejusdem radicis participes facti דיאמא, Diama, à durabilitate adamantem dixêre; quippe ferri ignisq; victricem. unde & iterum Ebræis יהלום à הלם id eſt, *contudit*, dici videtur, quia lapides omnes frangit; ipſe autem frangi nequit, ut perſuaſum fuit ex diverſa nominum origine, argutiore magis quàm veriore; nam neq; mallei ictum reſpuere Adamantem, neq; hircino ſangvine maceratum rumpi, affirmat Garcias ab Orto *1. Arom. 47.* facile etiam piſtillo ferreo confringi & atteri poſſe; imò cœlari; cujus exẽplum dedit Everard. Vorſtius* de Jacobo Treccia, qui inſignia Regis Hiſpaniæ Adamanti inſculpſerat. Non itaq; Adamantis materia, ut in eâ graphio ferreo exa-

* l. 37. cap. 4.
* Buxt. p. 821.
* in Orig. pag. 317.
* de annul. Orig.

res, ob duritiem adeo incommoda foret. Si vero inſtrumentaliter verba Prophetæ capienda ſunt, erit *unguis adamantis* nil aliud ſignificatu, quàm graphium adamantinum i. e. firmiſſimum & duriſſimum, Celte. Alibi LXX. Interp. & Latinus, quia antiquitus in buxo ob materiæ firmitatem optimè exarabant ſtilo, Eſaiæ verba *c. 30. v. 8.* על־לוח de tabula ſive, ut cum Iſidoro loquar*, ſcandula è buxo ſectili intelligunt. cum Dominus præcipit, ut ſcelera populi Iſraelitici *ſuper buxum* deſcribantur, ut perpetua eorum extet memoria. cum hujus arboris lignum à duritie commendetur, ut quid illi inſcribatur, non facile obliteretur aut exoleſcat. Eodem ſenſu S. Jobus in plumbi lamina accuratè conſignari jubet, ne unquam in oblivionem deveniret, dictum de Reſurrectione mortuorum:

* l. 17. cap. 4.

SCIO, QVOD REDEMPTOR MEVS VIVIT, ET NOVISSIMO DIE DE TERRA RESVRRECTVRVS SVM.

In Plumbo olim ſcribi ſolitum clarè teſtatur Plinius *lib. 13. cap. 11.* in quo etiam Heſiodi opus, quod inſcripſit ἔργα καὶ ἡμέρας, fuiſſe exaratum Pauſanias in Bœticis meminit, quod quidem Poema adeo fuiſſe ab omnibus cultum legimus, ut eo modo in plumbeo volumine deſcriptum juventuti ediſcendum propoſuerint. Similiter in *tabulis æreis* ſcriptitaſſe Veteres, ex eodem Plinio* diſcimus. Verba fœderis icti inter Judæos & Romanos δέλτοις χαλκαῖς inciſa fuiſſe εἰς μνημόσυνον εἰρήνης καὶ συμμαχίας in Maccabæorum libris* legimus. Suggerunt alia fœderum in ære ſcriptorum monimenta Cicero in Catilinam, Polybius *lib. 3.* Di-

* lib. 34. c. 9.

* lib. 1. cap. 8. v. 22. & c. 14. verſu 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

onyſ. Halic. *lib. 3.* Livius *Dec. 4. lib. 3.* & *Dec. 1. lib. 2.* Tabulæ æreæ Romanorum faſti inſcripti erant, curante Auguſto*. Ex eodem conſtabat ære Tabula Delphica famigeratiſſima, quæ Romæ in Palatio Minervæ dicata in Bibliotheca conſpiciebatur Plinii temporib⁹; ut ex eo refert Pol. Virgilius*. Tabulam æneam antiquiſſimam, Ægyptiis hieroglyphicis notis cœlatam, doctiſſimis notis illuſtratam dedêre in lucem Pignorius & Kircherus. Eugubium in Palatio Tuſcæ lingvæ IX. æneas tabulas adhuc ſervat; quarum unius ſenſa Baldus ſcripto publico tentavit; quam & Joh. Gruterus laborioſiſſimarum Inſcriptionum vaſto volumini inſeruit. Nec non in eodem opere exemplaria videbimus illuſtria alia monumentorum plumbeorum, ligneorum, lapideorum & cæterorum Celte ſculptorum. Non poſſum nunc aliter, quin ex eodem Antiquitatum theſauro Inſcriptionem veteris lapidis afferam integram, imprimis ob vexatiſſimam *CELTE*, quâ Jobi Interpres Latinus utitur, vocem, pro quâ multi Codices, *CERTE*, legerunt fruſtra. Non enim dubium, Verſionis auctorem *Celte* ſcripſiſſe, & qui, *certè*, reponunt, certum eſt falli. Quam etiam lectionem rectè ſeqvuntur Biblia Lugdunenſia A. 1522. edita, ut tamen in margine poſuerint, *certè.* & tuentur genuinam lectionem Joh. Pineda *in Comm. ad Jobum pag. 92. & 93.* Iſ. Caſaubonus *in lib. 7. Athen. cap. 20.* ut reliquos taceamus. Non autem habet Mercerus, quod in Pagnino corrigat, quæ plerorumq; Codd. ψηφισμὸς probavit. Sic autem habet pervetuſta ac faceta Sertii Polenſis Paraſiti apud Salonem Dalmatiæ inſcriptio; quæ apud Gruterum pag. 329. extat.

* Macrob. 1. Sat. 14.

* lib. 1. de inventione rerum cap. 6.

HÆC OLIM SUA VOLUNTAS,
VOLENTE SUOS LEGERE HOC
SCRIPTUM? VAH QVID LOQVOR?
IMMO SCRIPTUM. QVAM
ÆGRE VERITAS ADHUC SE
MECUM CONCILIAT. NAM
NEQVE HIC ATRAMENTUM,
VEL PAPYRUS AUT MEMBRANA
ULLA ADHUC SED MALLEOLO
ET CELTE LITERATUS SILEX,
SILENS ADHVC QVID HIC LA-
TET LATE.

De multiplici Priſcorum materiâ & modo Joh. Pineda *d. l. pag. 93. 94 95.* Voſſius *lib. 1. de arte gramm cap. 35.* Ol. Wormius *lib. de literaturâ Runicâ cap. 25.* Herm. Hugo *de prima ſcribendi origine cap. 10.* abunde agunt.

MATTH. XX. v. 25. *Principes gentium dominantur eorum.* Græciſſaſſe Interpretem ſcribunt: atq; huic
* 3. Od. 30. probando adducũt illa Horatii*: *Regnavit populorum,*
2. Od. 9. *Deſine mollium querelarum, Abſtineto irarum calidæq;*
3. Od. 21. *rixæ;* & quæ ſunt alia ejusdem Poetæ Venuſini. Huic enim inter Latinos maximè in Odis, quaſi peculiare ἑλληνίζειν. Niſi quis facile etiam autoritatem Horatii refugiat; tum quia ἑλληνίζει, tum quia Poetæ aliâ loqvũ-
* l. 2. de Orat. tur lingvâ; ut ait Tullius*. Quid enim, ſi religio eſt magnæ parti ſcriptorum ex peregrinis lingvis in Latinum ſermonem invehere novas & durè græciſſantes loqvendi formulas? Confer Voſſium *lib. 7. de art. Grã.*

cap.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cap. 33. pag. 119. 120. Goldaſtum *in Not. ad ſerm. Valeriani de bono diſciplinæ pag. 36.* ubi contra Bezam ſtatuit.

JOH. cap. V. ℣. 8. Ἆρον τὸν κράββατόν σου. *Tolle grabbatum tuum.* In N. T. ubi de ægris fit mentio, aliquoties legitur κράββατος. Quater hoc ipſo capite, & *Marc. 2. v. 4. 9. 11. 12. cap. 6. v. 55. Act. 5. v. 15. & c. 9. v. 33.* Etiam *Amos c. 3. v. 12.* eſt grabatum, quod Ebræo ערש. Apud probatos autores Latinos non ſemel invenire eſt. Senec. Epiſt. 18. *Grabatus ille verus ſit & ſagum & panis durus ac ſordidus.* Martial. lib. 1. 93. *Nec focus eſt, nudi nec ſponda grabati.* Idem l. 12. 32. de ſupellectile paupertina: *Ibat tripes grabatus.* Interpres Ariſtophanis: τὸν κράβατον σκιμπόδια λέγουσιν Ἀττικοί. Gloſſæ Baſilicorum: λεκτίκιον, βαστέργα, κράββατον. apud Meurſium in Gloſſario. Lecticarum uſus ſolis ægris q. proprii uſûs erat: de quibus adeundi Lipſius *ad 2. Annal. Tac. n. 48.* Donatus *in Suet. Aug. c. 78.* Pignorius *de Servis pag. 139.* Robierzyck *2. de luxu Rom. 5.* & de grabato Barthius *35. Adv. 8. p. 1600. & 44. cap. 19. p. 2003.* Sed quorſum iſta? Quia naſutulus quidam Triphyllius, Epiſcopus Leobranus, rejecerat κράββατον vocem, quâ tamen Spir. S. utitur, ut minùs græcam, mutans in σκιμπόδιον vocem Atticam. Cui Spiridion, Epiſcopus Trimithuntis in Cypro, in conventu Epiſcoporum os elatum compeſcebat, addens eum non eſſe illo meliorem, qui grabbatum dixiſſet: ſicut eam hiſtoriam ex Sozomeno* Joach. Camerarius *in not. ad Marc. c. 2. f. 112.* & Cauſinus *lib. 15. de Eloq. cap. 1. pag. 946.* referunt.

* l. 1. c. 8. hiſt. Eccl.

LUC. IV. v. 35. *Exiit ab illo Dæmonium, neque illum nocuit.* Hanc conſtructionem vindicat ex Milite Plauti: *Jura te non nociturum eſſe hominem hâc de re neminem.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nem. Sic loqui viderunt Salmaſius *ad Hiſt. Auguſt. p. 54.* Ger. Voſſius *lib. 7. cap. 21. pag. 86. art. Gram.* Potior tibi ſit locutio ad abſtinendum, qvàm ad imitandum. nam non ſtatim *mentibitur*, futurum à *mentior*, nobis uſitatum erit, etiamſi* rationem, analogiam & autoritatem Terentii habuerimus. Quare hoc genus dicendi antiquitati prorſus relinqvamus; ut etiam id genus multa alia, quæ conſignavit Albericus Gentilis, Diſs. *de Latinitate Veteris Bibliorum Interpretis malè accuſatâ*, quâ inſolentes locutiones Veteris Interpretis fici foliis tegere omni ſtudio allaborat. Nec n. inerudita eſt hęc curioſitas, quam non averſamur in univerſum; niſi quod contra Virum magnum eam inſtitutā non ſine ſupercilio Critico gaudeat *Philip. Carolus*, Profeſſor olim Altorfinus, ſed Apoſtaticus; quem ad res divinas & cœleſtes cognoſcendas fugiente oculo, horis ſucceſſivis, acceſſiſſe, nôrunt, qui Noricos adierunt. A literis Ebræis imparatus oſtentatione ſcientiæ cujusdam in literis ſecularibus, quorum in oculis tulit autores, ἀνίπτοις χερσὶν ad ſacra volumina introrupit, cujus ſuæ eruditionis ſpecimen glorioſum adinſtar militis illius Plautini oſtentat in libro vel charta quadam στηλιτευτικῇ, cui *Triumphi* titulum inſcripſit; atq; eum triumphi abortum edidit in gratiam Adverſariorum Veritatis, nec non in invidiam bene merētiſſimi Theologi D. Johannis Gerhardi, cujus aſpectum & gravitatem ne ſuſtinere quidem potuiſſet. Quem beatæ memoriæ Virum πανάριστον, contra iſtius Apoſtatæ Φιλομώμου morſus Cl. Dn. Dilherrus, Fautor noſter ſuſpiciendus, in Diſputatione inaugurali Profeſs. quæ typis deſcripta extat, egregiè defendebat. Planè dimitti-

* Willich. in Horat. art. Poet. pag. 55.

mittimus *Gretſerum* & *Sandæum*, nobiles flagellatorũ ſocios inter ſeſe tam bene diſpoſitos, qui ipſi ἀπῤῥαψῳδοῦντες Vulgatum Interpretem cum ſuperſtitione amplectuntur; ut cum Carolo, cui hoc unicum ſtudium erat calumniari, facile paria facerent. In Vulgato Interprete aliud Theologi orthodoxi notant, aliud Critici iſti, qui vulpeculæ inſtar exteriora lambunt, mirantur.

Eccles. cap. XXIII. v. 6. *Animæ irreverenti & infrunitæ* *ne tradas me*. Vulgatam variorum librorum interpretationem non ab uno Autore profluxiſſe, diverſum dicendi genus indicat, ut ὑπέρευ Joh. Wouwerius ſcribit*. Veteris eruditionis plura indicia refert; multa quoq; verba & loquendi formulas infrunitas ex rubigine & ſitu ſuorum temporum trahit. Vox, *Infrunitus*, heîc occurrit, quæ apud profanos, eosq; probatos, autores extat. Seneca minimè ſectator* aut reprenſor verborum fugientium, eâ bis utitur in hâc notatione. Lib. 3. de benef. c. XVI. *Infrunita & antiqua eſt, quæ neſciat matrimonium vocari unius adulterium*. Idem iterum de vitâ beatâ cap. XXIII. *Nec jactabit* (divitias Philoſophus) *illas, nec abſcondet; alterum infruniti animi eſt, alterum timidi & puſilli*. Utitur etiam Gellius lib. IV. c. 9. *Et gratia, ſi nimia quidem atq; immodica; & mores, ſi multi atq; varii, & verba, ſi perpetua atq; infrunita* (ſecundum Vet. editionem legitur Infinita) *& obtundentia; & fama, ſi magna & inquieta & invidioſa ſit, neq; laudabilia neq; utilia ſunt*. Concilium II. Matiſconenſe cap. XIX. *infrunitos Clericos* vocat, qui miniſterio indigni ſunt. Eſt autem idem, quod imprudens, inſipiens, inde Lexicographi nonnulli dedu-

* de Græcâ & lat. Bibl. interp.

* Lipſius 2. Elect. 1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cunt à Græco ἀφρόνητος; & vi originis cenſent legendum, infronitus, quæ eſt ſententia Vallæ contra Raudenſem. Scaliger ad Feſtum: *Infrunitus planè eſt, quod Græcis ἀπειρόκαλος i. e. ineptus, decori neſcius, καλοῦ ἄπειρος.* Verbum eſt etiam inuſitatum, *Fruniſcor*, apud Lucilium, quod Lyranus ineptè deducit à frumen, uti notat Cornel. à Lapide ad h. l. quem conſulẽ. Adde Joh. Ludovicum de la Cerda in Adverſ. ſacris cap. 134.

SAP. XIII. v. 11. *Si quis artifex faber de ſylvâ lignum rectum ſecuerit, & hujus doctè eradat omnem corticem, & arte ſuâ uſus diligenter fabricet* vas inutile *in converſationem vitæ.* Vas inutile dixit pro valde utili. Nicolaus Lyra vetuſtiſſimorum Codd. eam eſſe lectionem adſerit; ſed in eo erravit, quod divellendam vocem exiſtimârit: cujus autoritate falſus Dion. Richelius expoſuit, *intus utilẽ*. Idem teſtatur cum Lyra ex vetuſtiſſ. libb. Franc. Lucas *in Notationibus ad Vulg. V.*, qui tamen controverſiam ſtatûs ei voci movere audet, dum illam repudiat. Michael Caſp. Lundorpius cum iſthæc obſervaſſet in ſymbolis Petronianis pag. 539. ſubjungit: *Per me nunc licet confidentiam ſumat, & Interpreti ſuam ſibi vocem redonet* (Franc. Lucas,) *quam ne quidem Auctor Mammotrecti auſus fuit damnare; cogiteq́ ad eandẽ faciem Tertulliano* Inbonus, *Ciceroni* infractus, *aliis alia eſſe dictã*. Hæc Lundorpius, qui ſe ficto nomine *Georg. Erhardi* venditavit. Sic Silio *invalidus*, Virgilio *incanus* dicuntur. de quibus Franc. Modius *Novant. lect. cap. 41.* Juretus *ad Symmach. lib. 2. ep. 95*, Savaro *ad Sidonium l. 5. Ep. 12.* videantur.

Aporiare. ESA. LIX. v. 16. Et aporiatus *eſt, quia non eſt, qui occurrat.* De græco Ἀπορεῖν rationem ſui oſtendit apo-

riare, i. e. hærere, dubitare, laborare penuria, âd anguſtias inexplicabiles delabi: unde ἀπορεῖσθαι, ad ſummam anguſtiam redigi, & ἀπορία, de rebus intricatis & perplexis, quod verbo vix latino exprimi poſſe Seneca Ep. 87. putavit. De eâ voce Priſcus quidam Autor, quem allegat Nobiliſs. Henr. Speelmannus*. * in Archæol. pag. 41.

Aporio ſi ſit activum, tanta notabit,
Indicat & aperit, depauperat atq; revelat.
Cum neutrum ſignat tunc anxior atq; laboro
In ſenſu & tali Deponens vult reperiri.

Teſtamentum Philippi Reg. Franc. in terram ſanctam peregre profecturi Anno 1190. *De eadem medietate donabunt illis, qui per tallias noſtras aporiati ſunt.* i. e. qui noſtris exactionibus fiunt pauperes aut ad incitas rediguntur. Ordvicus Vitalis lib. 13. Hiſt. Eccl. *Vehementer aporiati ſunt.* P. Bleſenſis Serm. XXI. *Lupus autem, ut amoveat te à defenſione, pedes tuos perforabit, id eſt, vernaculos & domeſticos tuos, qui ad negotia tua diſcurrent, aggredietur, & eorum alios* aporiabit, *id eſt, pauperabit.* Autor libelli, qui Mammotrectus inſcribitur, ſuper Eſa. verba. *Aporiatus eſt, i. e. de infelicitate eorũ moleſtatus eſt, ab aporia, quæ dicitur triſtitia.* Non indigni Autores obſcuri, qui in obſcuro & obſoleto vocabulo adhibeantur, ut Vulgato Interpreti ex quovis ſpecu & arculâ caſcâ fidem faciant, cum aliter non liceat illis, qui ne tantillum quidem â veteri verſione audent recedere, nec eam eſſe rejiciendam, *quovis Prætextu* ἐγχεσίμωροι toties ſtrepunt, qui à Concilio Tridentino decretum dictatorium acceperunt, *ſive Hebraici ſive Græci ſcripti**; nihil eſſe *aſſeverandum*, * Hart⁹ in Col. cum Rainoldo cap. 6.

*quod repugnet Vulgatæ editioni, etiam quod eſſet ſola periodus, ſola clauſula, vel membrum, ſive vox, vel dictio ſola, aut ſyllaba jota vé unum**; de quo diſputatio eſt Theologorum. Probi Latinitatis auctores verbi *Aporiare* uſum non agnoſcunt.

* Declar. C.T. à Cardinalib.

EZECH. IX. v. 6. *Senem, Adoleſcentulum & Virginem, parvulum & mulieres interficite.* Parvulus dicitur Terentio & Saluſtio, de puerulo, quod notat Cyp. à Popma in Saluſt. Jugurth. Apulejus lib. 2. *Parvulos æd exitium mulieris hortantur.* Et lib. 3. *Parvuli hujus in primis annis deſtinati fortunis ſuccurrite.* Heraclides cap. V. *Fit ſubitò* parvulus puer, *velut annorum decem,* minans *aſinum panes in ciſtâ ferentem.* Barthius in Cirin Virgilii num. 139. pag. 73. *Non omnibus notum eſt etiam à probatæ auctoritatis ſcriptoribus* Parvulos *pro ætate dici juvenili, dum multi phraſin eſſe dicant Biblicam. Quas illi Biblicas phraſes dicant, ego neſcio, hoc ſcio, hanc Latinã eſſe.* Non ergo habent, cur illatinitatis accuſent.

JER. cap. XXXI. v. 24. *Agricolæ &* minantes *greges.* Minare ἅπαξ λεγόμενον. Veteres uſurpant pro agere. Feſtus: *Agaſones, equos agentes i. e. minantes.* Iterum: *Agere modò ſignificat ante ſe pellere, i. e. minare.* Denuo: *Inigere pecus, agere, id eſt, minare.* Apulejus lib. 3. Mileſ. ad finem. *Domo jam vacua minantes baculis exigũt aſinos duos & equum.* Arellius Fuſcus apud Senecam. *Hoc ſcio noſtros fuiſſe Majores .... quos apud aratra ipſæ minantes pecora ſua* (ut emendavit D. Meurſius*) *circumſtetere lictores.* Gregorius Dial. 1. cap. 2. *Tollite, ut habeatis, qualiter hoc jumentum minare valeatis:* Nolumus exempla alia oſtiatim quærere.

* Mant. de lux. Rom. cap. 18.

Quicquid ſit de Vulgati Interpretis Latinitate,

non

malè facere videntur, qui incenſi ſpecie Antiquitatis ei ſalutari malagmate ſubveniunt, vel etiam urgente morbo, quem illi dedit ſeculi imbecillitas, præbent manus medicas, ut verborum curent probitate & proprietate. *Si Vulgatum Interpretem*, inquit Lud. de Dieu, Anim. ad N. T. *doctum imò doctiſsimum Virum fuiſse aſſeram, non me peccaſse judicavero. Suos habet, fateor, nævos habet & ſuos barbariſmos. Sed quin paſsim ejus fidem judiciumq́ admirer, etiam ubi barbarus videtur, negare non poſsum.* Moderata heîc ſit curæ præſcriptio, quæ non longiùs, quàm medicinæ ratio ſinit, progrediatur, abſint, quæ morbum magis augeant quàm reſtingvant. in qvo mirè allucinantur intempeſtivi correctores, qui dictionis ſtudioſiores quàm doctrinæ nefas ducunt loqui in ſacris, niſi cum Cicerone & alijs. Trinitatem, Baptismum, Fidem, Salvatorem, & id genus alia quærunt apud Tullium, ſi non inveniunt, ſtatim jubent exeſſe. Inter illos inventus eſt κυμινοπρίστης P. BEMBUS, cui res fidei parum ſunt, niſi quod ſubſit Tullianarum dictionum ſchema. *Spiritum Sanctum* vocat auram Zephyri cœleſtis. *Peccata remittere* emendat, Deos ſuperos maneſq́; placare. *Chriſtum* θεάνθρωπον vocat Heroa: quâ appellatione offendit aures Jul. Scaligeri, qui lib. VI. Poet. ſic ſcribit: *Bembus cum Dominum JESUM* Heroa *vocat, valde me commovit. Sanè vox impia & utroq́ indigna: ne argutetur quispiam Heroem è ſemiſſe Deum, ex altero ſemiſſe hominem. Non poſſunt monſtrorum figmenta vero Deo noſtro convenire.* Scimus in Theologiâ paganorum monſtroſâ Heroes vocari homines ἀποθεωθέντας, qui ex Deo & homine-fœminâ, vel ex Deâ & homine-Viro fingebantur progeniti; unde invehit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Scaliger. Idem Bembus, ut oſtentaret ſe Ciceronianê loqui, *Fidem* vocat perſuaſionem ; q. plus dicatur. quod ipſum è Quintiliani præceptis amplectitur Laurentius Valla, homo Rhetoricus magis quàm Theologus*. Uerum enimverò Viri docti faciunt fidem per argumenta, καινοφωνίας eſſe fugiendas: quemadmodũ enim in Republica meritò ſunt ſuſpectæ res novæ; ſic etiam in Eccleſiâ omnis novitas rerum & verborum periculoſa; nam ut ἄρχαια ἤθη, ſic ἄρχαια ἔπη, tot jam ſeculis uſurpata, ſunt retinenda. nam mutatio verborum, quæ approbata ſunt gravi autoritate in Eccleſiâ, aut errores aut diſſidia parit. Vera ubiq; ſonet doctrina, non tantum iisdem verbis ſed iisdem etiam ſyllabis. ubi vide D. Meiſnerum, qui *part. 2. Philoſ. Sobr. ſect. 7. quæſt. 30.* tractat quæſtionem: *An pro fide aſſumenda vox Perſuaſionis?* L. Valla alibi ad Garſam, Epiſcopum Illerdenſem, conqueſtus fuerat Theologos *gentilem ſermonem magis quàm Eccleſiaſticum* deamare, nec non Philoſophiæ multùm tribuere; nunc immemor ſuiipſius apprehendit, quod reprehẽdit, agit quod arguit Vir emunctiſſimę naris & lingvæ latinæ cenſor acerrimus, quem ut diſertum in convitia aliorum aculeato Epitaphio jamdudum damnavit Volaterranus:

5 Eleg. 30.

* Eraſ. Epiſt. ad Dorpium.

Epiſt. de libero arbitrio.

Ohe ut Valla ſilet, ſolitus qui parcere nulli eſt:
Si quæris quid agat, nunc quoq; mordet humum.

Tabourot. l. Var. fol. 176.

Depromam huc ſcitu digniſſima verba ex eloquentiſſimi Mureti lib. XV. Var. lect. c. 1. *Diu & ipſe in eo errore verſatus ſum, ut niſi qui aut Ciceronis ætate aut paulò ante vixiſſent, aut certè illi ætati ſuppares fuiſſent, non ſatis dignos arbitrarer, quorum exemplo, qui Latinè aut ſcri-*

bere

bere aut loqui vellent, niterentur. Sed poſtea re totâ mecum accuratiùs conſideratâ, viſus ipſe mihi ſum nimio plus mihi ſumere. Tibi quoq;, Dari, autor ſum, ut idem facias, inprimisq; ut ne eorum ſtultitiam imiteris, qui usq; eo antiquitatis ſtudioſi ſunt, ut voces quoq; Chriſtianæ Religionis proprias refugiant, & in earum locum alias ſubſtituant, quarum nonullæ etiam impietatem olent; qui non Fidem, *ſed* Perſuaſionem; *non* Sacramentum corporis Dominici, *ſed* Sacrificium cruſtulum; non excommunicare, *ſed* Diis devovere; *non* Angelos *ſed* Genios; *non* Baptizare *ſed* abluere *dicunt: aliaq; eodem modo depravant. Qui, ut opinor, niſi ſibi metuerent, etiam pro Chriſto,* Jovem Opt. Maxim *dicerent. Eſt n. magis Ciceronianum.*
Eandem Ciceronianorum delicatam turbam meritò perſtringit Nicolaus Cauſinus in Theorhetore, ubi majeſtatem & formam eloquentiæ ſacræ maſculè vindicat à morſib⁹ Ariſtarchorum umbraticorum: *Si quãdo vobis*, ait inter alia, *res divinæ tractandæ ſunt, tantùm abeſt, ut facultate quadam orationis mediocri ſitis contenti, penſiculatè ſoletis cunctas voculas examinare, numeratis apices literarum, cavetis, ne quid hiulcum aut protritum excidat, contumaces ſyllabas aſſiduo pumice levigatis, denique in eam eloquentiam cum veſtris phaleris prolapſi eſtis, ut pudeat vos Dominum* Jesum Salvatorem *appellare.* In Eccleſiâ *Salvatorem* dicimus Jesum, licet Logodædalis hoc diſpliceat. *Servator* enim malunt dicere, quàm *Salvator*, qui Livium, Ovidium & Ciceronem exoſculantur: contra quos obſerventur Manutii verba: *Soter Græcum nomen eſt, & eum ſignificare*, qui ſalutem dedit, *ipſo conſtat interprete Cicerone; quo patet communis* — Comm in Ver. lib. 2.

nis error eorum, qui Jeſum Chriſtum, *cujus immortalia merita nullo ſatis uno verbo exprimi Latinè queunt,* Servatorem *appellant. Aliud enim eſt* ſervare, *aliud* ſalutem dare. *Servat is, qui ne ſalus amittatur, aliqua ratione præſtat: Salutem dat, qui amiſſam reſtituit, quod ſi Servator non eſt Soter, quia minus valet: Salvator autem ut inuſitatum Cicero vitavit, maluitq́ dicere.* Qui ſalutem dedit. *nimirum de eo ſi loquimur, qui afflictum genus humanum non in eodem ſtatu ſervavit, ſed à ſempiterno interitu ad perpetuæ vitæ bona perduxit, quod & ſummi Dei Filius fecit, & facere ſolus potuit, neceſſe eſt vel* Salvatorem *appellare, quod* σωτὴρ *Græcè dicitur, uſurpato in re novâ novo verbo, quod Veteres quoq́ probarunt, vel Ciceronis exemplo uti circumſcriptione, & dicere. Is qui ſalutem dedit.* Abrah. Scultetus in Delitiis Pragenſib. cap. I. p. 17. *Servatorem an Salvatorem* Jeſum *rectiùs dixeris, dubitant eruditi. Qui Livium, Ovidium alios e priſcis ſciunt Servatoris ac Liberatoris vulgaſſe vocabula, ii refugiunt nomen Salvatoris.* & poſt pauca, cùm Ciceronis Polybii ac aliorum expoſuiſſet mentem, in hæc deſinit verba: *Itaq́ non exiſtimo (quicquid dicat Gentianus Hervetus*) ſatis aptè ſignificari immortalia Chriſti erga nos merita, cum* Servator *appellatur. Nec ignotum,* Salvatoris *vocabulum fuiſſe Lactantio. imo nec Auſonio, nec Porphyrio. Mihi Chriſtus Jeſus Salvator & Servator, & omnia. Quamvis ſingularis mihi cauſa eſt, cur* Salvatorem *malim quàm Servatorem.* Conf. Salmer. *Tom. 3. hiſt. Evang. pag. 327. ſeqq.* Max. Sandæus *Exerc. Acad. Vol. 1. Comm. 10. pag. 370. ſeq.* Ang. de Roccha *in Bibl. Vat. p. 134.* Dauſqueus *in Not. ad Baſil. Seleuc. pag. 84.* Sed & alii ſunt Biblio-

*ad c. 12. l. 1. pæd. Clem.

bliorum Ariſtarchi, quorum aures delicatulæ ſtatim læduntur, quando rerum divinarum multiformis varietas ſimplicitate ſermonis proponitur, & quibus omnia, niſi Ciceronianis lenociniis obvoluta, ſordida putantur. Eâ cauſâ invehebatur olim D. Lutherus* in eos, qui verbis & loqvendi formulis phaleratis ſublimia ambitioſè ſub incudem Tullii revocabant. Er habe gehofft (dabo ἰδιογλώσσως prout Mattheſius* concepit) die jungen Hebreiſten ſolten was ſonderlichs vnd köſtlichs herfür bringen/ aber es gehe jhm/ wie König Salomon/ der hoffet auff was köſtliches aus India/ ſo bracht man jhm Affen vnd Pfawen. Das meiſte Theil brauche Affenwerck/ vnd ahme endweder den Rabbinen oder vorigen Verſion nach/ oder bekleide ihr ding mit Pfawenſpigeln / brocken Hebreiſch mit ein vnd verbremen jhr Ding mit Ciceronis Worten vnd Formulen/ vnnd verſchnürens mit Greckiſchen Worten. Eam inſolentiam Tigurini *in Bibl. præfat.* caſtigant, cum inter alia ſcribunt: *Videntur nobis quidam nimis moroſi eſſe, qui cum omnibus Profeſſionibus ſive Facultatibus peculiaria quædam permittunt vocabula, ſolis id divinis literis non concedunt, & utentes iis mirè ſugillant. Quid quod quædam in ſcripturis loqvutiones ſunt, quæ vix poſſunt in alienam lingvam terſè converti, ut non ſimul pereat bona pars gratiæ adeoq́ myſterii, quod aliâs ex relictâ lingvæ proprietate rectiùs faciliusq́ agnoſcitur.* Equidem ſi in foro Philoſophico voces & termini non ſunt rigoroſè ad fori Critici tribunal examinandi, judicio orbis eruditi; multò magis id alienum erit à ca-

* Præf. ad Vet. Pſalt.

* Conc. 13. de vitâ Lutheri f. 153. b.

ſtimoniâ Theologiæ, cujus ideam in mente non habuerunt Cicero, Plautus, Terentius & omnes Latini Oratores; ideoq; nec terminis, ut vocantur, verborumq; pondere donare potuerunt*. *Qui in arduis & grandiuſculis, Theologicis puta, ſtilo luxuriant, eaq; verborum phaleris aut quaſi tectorio incruſtant, adhibitis calamiſtris & fucatis candoris ac ruboris medicamentis, iis non videntur abſimiles, qui per plateas incedere cum deberent, tripudiant: aut iis etiam, qui obvium quempiam compellaturi cum clamore & cantu adoriuntur. Interim nihilo-minus hinc efficitur, licere Theologiam tam frigidis imò ſordidis verbis ſimul ac ſententiis conſpurcare. Simplicitas ſermonis probè Theologum decet: Spurcities æquè minus ac ille quorundam typhus & barbarus in verbis faſtus.* Quò magis vapulabunt in foro Theologico apud Cenſores æquos arrogantes Bibliorum emendatores, qui cum Sebaſtiano Caſtalione, ut *Ciceronianum* nobis exhibeant *Evangelium**, Angelos vertunt *Genios*, *fanum* pro templo, *lavabat Johannes* pro baptizabat, *Fatum* pro providentia, *cum bonis avibus* ab augurum obſervatione deſumptâ locutione, aliaq; ex tranſalpinâ vetuſtate pravo elegantiæ ſtudio conſtipata, obtrudunt. quæ omnia proferre nobis non licet. Hinc in eâ Caſtalionis verſione (quam probat maximè Furius Ceriolanus*) audaciam profanam ſugillant Albericus Gentilis *d. diſp.* Vergerius *in Cenſ. ad Autores omnes fol. 150.* Genebrardus *præfat. in Origenem*, Thuanus *hiſt. lib. 36. ad A. 1563.* Sed utinam verba peccarint! Utinam, qui à Cicerone omnia deducunt, à Deorum gentilium ſibi lacunis caverent, nec verborum magis gentiliū quàm Chriſtianorum curam haberent! Deus bone, quâ fide, quâ

* Vagetius de ſtilo latino diſquiſ. 4. Sect 3. pag. 32.

* Sohnius l. 2. de Verbo Dei.

* Tr. Bononia fol. 326.

quâ conſcientiâ homines diſertiſſimi *DEOS* nominãt Deum Trinunum! Malo præit exemplo *Andreas Oſiander*, qui parum intereſſe credidit, utrum *Deum* dicas, an *Deos*. etiam coram Principe dixerat, ſe, ſi venia Eccleſiæ ſibi liceret, non vereri Deum *TRES DEOS* nuncupare, referente Sigef. Sacco*. Idem non tam dicit quàm defendit Zvinglius *in Apolog. Complanat. in Eſa. c. 10. ſub fin.* Non multùm abeſt Bonfinius Sanctos appellans *Deos* & *Numina*, Dei matrem *Numen* & *Deam*. *Catholicæ religionis diſciplina*, ait Raderus*, *non novit nec colit, niſi unum Deum, & unum Numen. Bonfinius, dum vult Latinè, quod ſincerè non poteſt, ſuperſtitioſè & profanè, ne quid dicam gravius, loqvitur.* Ab iſtâ ſcabie non immunis eſt ſtrategus ille Poetarum Italorum *Baptiſta Mantuanus*, qui in ipſo *primæ Parthenices* frontiſpicio *Chriſtum* nominare ſolet *Profundum JOVEM*, Mariam, *Divam, cui cœlum militet omne*. An quis unquam Sanctorum fuit, qui Chriſtum *JOVEM* dixerit? Superioris barbariei ætatem Docti Viri Epiſtolis quibusdam, quas titulo Obſcurorum Virorum habemus, barbaro ſtilo conſcriptis caſtigarunt. In iis invenio, *Jovis alma parens*, de Maria θεοτόκῳ dictum. Cui reponit alter*: *Videte adhuc, quomodo ipſi ſunt boni Chriſtiani, quoniam veniunt adhuc loqvi de Jove*. Eâ de causâ quoq; contra Joh. Pedionæum hoc Scazonte inſurgit Autor innominatus:

iſtud licere contendis
Vt Jupiter *loco* Dei unici & veri
Ponatur, ut Poeticis Viris magna
Licentia eſt. At pernego licere iſtud.

* in Expl. Catech. Chytræi.

* in Bavaria S. Vol. 2. de S. Emer. pag. 191.

Ep. 38.

* in Dial. de barbaris.

Sat eſt licentiæ ſuperq́, ſi falſi
Gentilium Dii vicem creatarum
Rerum compleant in gente Chriſtianorum &c.
Sed liceat eſto; Contumelia eſt certè,
Nominibus illorum unicum Creatorem
Vocare. Si te Mævium quis appellet,
Aut Chœrilum Baviumq́, vel Philonidem,
Aut Batalum Talemonq́, ſcilicet ferres
Patienter? Et mortalium ſceleſtorum
Sibi nomen indi perferat Poli Rector.

A voce, *Divus*, Antonius Auguſtinus abhorret. *Nos non libenter*, ſcribit ad illa verba Divi Henrici*, *eo verbo utimur. Sumtum enim videtur à Paganis, qui referebãt in Divos Imperatores ſuos. Sed Honorius II. Papa utitur eâ appellatione*, Divum Marcum *ſive* Marcianum *&* Divũ Juſtinianum *appellans*. Certè veteres Orthodoxi vocâre cœlites *Beatos* vel *Sanctos*, nunquàm aut rarò, Divos; quæ appellatio cœpit eſſe denuo, cum haud ita multis abhinc ſeculis in locum gentilis ἀποθεώσεως Canonizatio Sanctorum, ut vocant, introducta eſt; idq́; exemplo multorum autorum, qui Sanctos Sanctasq́; quaſi quædam Numina venerabantur. Campianus in Epiſt. ad Everardum Mercurium Præpoſ. generalem Societatis Jeſu Johanni Baptiſtæ, ut *DIVO TUTELARI* cauſam iterq́; ſuum commendat. Utriſq; enim* & Ethnicis & Papiſtis ſui ſunt *Dii tutelares*, quos pro ingenii ſui acrimoniâ more gentilium honorificâ appellatione ſibi demereri ſatagunt. Etiam Papam Romanum *Jovis* honeſtant titulo; qui *non obſtantibus conſtitutionibus*

*Not. ad antiq. collect. Decr. tit. 35. c. 1.

*Rainold. l. 1. c. 2. n. ult. & c. 5. n. 25. de Idololat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nibus & ordinationibus Apoſtolicis caeteriſq; contrariis, in verbis ſe dicit Servum Servorum, de facto ſe adorari permittit, ut Nuuen Joviale; *Titulo parentem mentitur. factis* Jovem *oſtentat:* ut ſunt verba Guntheri Epiſcopi Colonienſis & Thergandi Epiſcopi Trevirenſis ad Papam Nicolaum, teſte Aventino. Utiq; dolendum paſſim multa occurrere inter Chriſtianos nulli? aut modicæ frugis vocabula. Nil putant eſſe eleganter dictum, niſi vocēt Deos Deasq; omnes, niſi *Junonem pronubam, Dianam juvantem, Martem faventem, Cererem adſpirantem, Mercurium adſtitem, Lucinam opitulatricem, Herculem Servatorem*; ſurſum ac deorſum miſceāt; niſi *Pol ædepol, mehercle, proh Deûm fidem, proh Jupiter*, in juramentis uſurpēt; niſi etiam

Ortygiâ Phœbus, Nyſâ Semeleius Evan,
Iuno Samo, Lemno Vulcanus, & alma Cytheris
Cypria, Bæotoq; adſint Helicone Camœnæ:
Oceano veniant Neptunus & Amphitrite,
Doriſq; Panopeq; Eudoraq; Cymothoëq;
Protoq; Eucrateq; Saoq; & pulchra Galene,
Spioq;, Glauceq; Thaliaq;, Cymodoceq;.

Quorſum tot verborum labyrinthi? *Quorſum tot geſtus, quorſum tot inania verba?* Ne a. videamnr è proprio cerebro ſapere, interponant autoritatem D. Rungius *in cap. 23. Exod pag 868.* D. Frantzius *de Interp. S. Script. pag. 95. & 941.* D. Rivetus *in Pſ. 16. p. 57.* Eobanus Heſſus *in Epiſt. dedicat. Heroid. Chriſt.* Paſor *in præf. Lexici*, D. Finckius *ſyll. illuſt. quæſt. ſect. 1. q. 22. pag. 180. ſeqq.* Becmannus *Manud. ad ling. lat. cap. 10.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

Ut tandem vela complicem⁹. Lectio tot auctorũ & Hiſtoricorum plurimùm poteſt ad veri honeſtiq; uſũ, ad Elenchum, ad adhortationem, interdum ad conſolationem, ſi eorum dicta & præcepta ad noſtrum uſum noſtræq; religionis ornamentum convertamus; ſi infœlix lolium ſterilesq; avenas ex Veterum Poetarum & Oratorum ſcriptis rejiciamus, atq;, quæ puritati Chriſtianæ videbuntur adverſa, reſecemus; ſi eorum erratis & calamitatibus diſcamus in melius vitã moresq; componere. Habem⁹ ubiq;, quæ imitemur, teſtimonia Sapientiſs. hominum, vel moralibus reſperſa præceptis, vel dictis referta politiſſimis, quæ in evolvendis utriusq; lingvæ autoribus ſectabatur olim Auguſtus, quod Suetonius in ejus Vitâ ſcripſit. Quis non admiretur Ariſtotelem de morib⁹ diſſerentẽ? Ex Ethicâ certè Theologus deprehendit, quousq; mens humana naturali diſcurſu poſt lapſum, abſq; renovatione Spiritûs Sancti, progrediatur in notitiâ virtutum ac beatitudinis, & quantum in operando humana poſſit aſſequi induſtria; quæ πρᾶξις ob crebram appetitus & rationis pugnam in naturali viriũ ſtatu itidem langvida deprehẽditur; ut dictitant tum ſacræ literæ, tum natura probat. Quis *Seneca*, omnium Stoicorum acutiſſimo, acutior in Exhortationibus? Quis non dilaudet ſententias Pythagoræ, Phocylidis, Plutarchi, Ciceronis & aliorum, qui ſe totos in tradendis bene vivendi præceptis & componendis hominum moribus exercuerunt? Quorum Sententias inſigni labore collegerunt *Dom. Nanus*, *Eraſmus*, *Neander*, *Mirandulanus*, *Langerius*, *Gruterus*, alii. Dubium nemini eſſe debet, quin Deus, qui *docet etiam Ethnicos ſectari quod*

Pſal. 94. v. 10.

rectum

rectum eſt, dictaverit admirabili cõſilio, quæ hodie legimus, ut nobis teſtes eſſent veritatis τοῦ γνωστοῦ Θεοῦ; ac profecto ſi Pagani nil aliud nobis præſtarent, certè hoc eſſet longè maximum & ampliſſimũ, quod, Deo ſic diſponente, virtutes vitiaq́; magno firmamento deſcripſerunt, unde ex eorum ἀρχείοις ad *Ethicæ Chriſtianæ* ornamentum plura adſciſcere queamus, ac ſi pretioſa Ægyptiorum vaſa ad ornatũ tabernaculi Domini conferamus. Sententiæ certæ è profanis Scriptoribus depromptæ & ad Theologorum rationes intra certos cancellos accommodatæ, præterquam quod ſuâ venuſtate non carent, ad excitandos homines maximè conducunt; dum quod ab Ethnicis vel laudatur vel reprehenditur, id in iis, quæ religioni non adverſantur, aut ſequi aut fugere tantò magis deceat eos, qui Chriſto nomina dederunt, quantò Ethnicâ ſuperſtitione, pura & ſancta Chriſtianorum religio potior & præſtantior eſt. *Nos quicquid diverſâ lectione quæſivimus, convertamus in uſum virtutis, ut omnia in ordinem gerendorum, rationis judicio digerente, coaleſcant*, præclarè inquit Seneca. Quàm fœdum, quàm plenum dedecoris eſt, ſi Chriſtianum hominem & de Deo ſuo pendentem, & cui æternæ vitæ ſpes certa ſit, virtuti, liberalitati erga egenos & pios Dei myſtas, & continẽtiæ dare operam pigeat, cum gentiles viros à veri cultu Dei ac religione longè alienos probitati, modeſtię, frugalitati, cæteriſq́; id genus animi humani ornamẽtis impenſiùs ſtuduiſſe comperit: ut pudendum vehementer ſit, ſi id minus exhibeat Chriſti quàm mundi Philoſophus, pluſq́; in gentili pectore poſſit amor gloriæ inanis, quàm in animo Chriſtiano religioſæ pietatis

Treter⁹ in Ind. Horat.

Fr. Ambroſius in Laertium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

tis affectus. Id obſervarunt SS. Patres. S. Baſilius *in opuſc. de legendis libris Ethnicorum*, ad alendam augendamq; virtutem ex uberiore gentilium minimè tamē gentili (cum & illis aliqua divini luminis ſtrictura illuxerit) de virtutibus & exemplis doctrinâ pulcherrima dedit monita; ut tamen id omne fiat modicè, guſtando magis quàm potando. S. Nazianzenus in Carmine quodam ſacro ſcribit, ſe tandem literas humanas omnes *ad pedes Chriſti*, abjeciſſe. S. Chryſoſtomus Hom. 66. ex iſtâ Pharaonis & Ægyptiorum erga Sacerdotes munificentiâ *Gen. 47. v. 22. 26.* Chriſtianis liberalitatem erga miniſterium Eccleſiaſticum commendat gravibus verbis; nam gentiles decimas ſuis Sacerdotibus liberali ſolviſſe manu prolixè Joh. Azorius* probat. Et ut aliquibus ἐκ τῶν ἐναντίων αὐξήσωσι ſacra noſtra illuſtremus, vel ob hoc ſolum Chriſtianis liceat gentiles libros legere, ut ex his, quantum lux ac tenebræ, veritas & error diſtent, diſcernant; quod monuit olim Willerammus Eberſpergenſis Abbas. Eandem rationem vidit Guilielmius Fabritius, Apoſtolicus & Archiducalis librorum Cenſor, quando Cenſurâ libri de Feſtis Græcorum Petri Caſtellani vel in hunc finem priſcos illos gentilitatis ritus imprimi permiſit, *ut etiam ex ejusmodi ſuperſtitionum tenebris ſuam fœlicitatem pius agnoſcat, quod ereptus de poteſtate tenebrarum translatus ſit in lumen Dei.* Idem monuit Flemmingum Theodorus Pulmannus Epiſtolâ: *Voluit Deus apud Ethnicos Vates hujusmodi teſtimonia extare, ut mortales, quantis in tenebris verſarentur, agnoſcerent, & ad honeſtam beatamq; vitam peragendam ipſa animi pravitate deterriti tandem allicerentur, & impellente conſcientiâ ducerentur.*

*l. 7. Inſt. mor. cap. 23. q. 22

Præfat. in Cant. Salomon.

Bar-

Barthius 42. Adv. 11. *Haud dubiè Dei omnipotentis ſingulari permiſſione atq; indultu, extremo ævo in lucem redacta ſunt talia ſcripta, per tot ſeculorum calamitates non extincta, ut diſcere poſteritas poſſit, quantâ in nocte Dei timorem contemnens mortalitas quondam vixerit.* Unde hortatur alicubi Chemnitius, ut Ciceronis tres *de Natura Deorum* libros in manus ſumamus, tum enim ex collatione illorum & noſtræ doctrinæ evidentiſſimè nos cognoſcere, quanta gentilium, etiam ſapientiſſimorum, tenebræ de Deo fuerint, & quanta lux divinæ gratiæ per verbum revelatum nobis ſit communicata, quantas Deo debeamus grates. Sic prolixa illa *Herodiani* narratio de *Romani Imperatoris conſecratione*, quid aliud quàm Ethnicorum ſuperſtitionem ſtultitiam & ſuperbam vanitatem arguit. Sic Cornelii Taciti de moribus Germanorum dictum: *Nemo illîc vitia ridet &c.* nos noſtræ σκληροκαρδίας arguit, unde B. Rhenanus ibi p. 106. annotat: *Quantò ſanctiores fuêre nobis Ethnici. nam quotusquisq; hodie vel vitia non ridet, vel quantumvis enormibus vitiis non prætexat illud. Sic ſeculum eſt. Si quis aliena matrimonia contaminantem aut puellis illudentem damnet, ſtatim addit. Sic ſeculum eſt.* Cæſar ille, cui à rebus actis & auctis Auguſti cognomen, ne Romanæ Reip. plurimum detrimenti Ovidii libris de amore conſcriptis importaretur, publicè proſcripſit, & auctorem pro eo, quòd *tres libellos amatoriæ artis* conſcripſerat, exilio damnavit anno imperii ſecundo & quinquageſimo. Meminit ipſe Naſo 2. Triſt. Aur. Victor in Epit.

Perdiderint cùm me duo crimina, carmina & error
Alterius facti culpa ſilenda mihi eſt.

Factum hoc Auguſti attentè conſiderans Joh. Gerſon, exclamat: *ô Deus, ô ſancti & ſanctæ, ô devota religionis Chriſtianæ curia, ô præſentis temporis mores! Inter Paganos paganus Judex & incredulus paganum condemnat, qui doctrinam ſcribit, quæ ad fatuum alliciebat amorem. & inter Chriſtianos & per Chriſtianos tale aut pejus opus ſuſtinetur, laudatur, defenditur.* Senſibus hoc imis (res eſt non parva) reponas.

Gerſ. Roman. de Roſa f.70. a edit. A. 1513.

Si Poeſis te delectat, melior eſt illa, quæ indicium melioris fidei ex uſu caſtæ antiquitatis exhibet, ac exemplo *Prudentii, Juvenci, Vidæ, Buchanani, Flaminii, Lauterbachii, Hugenii*, aliorumq; Chriſtianorum Poetarum, ad Deum & myſteria religionis celebranda ſeſe applicat; melior quoq; eſt illa, ne per otium torpeſcat vena, quæ doctrinam de moribus decenti verſu tractat, monente P. Bertio*, quàm quæ in otio male feriato Poetarum profanorum cloacas ac gentilium fabularum lacunas exhaurit, quàm quæ in numeros & pedes laſcivos minusq; verecundos, exemplo Naſonis, abit.

* Orat. de dig. Eth. pag. 44.

Nulla Venus nobis, nulli hîc cantentur Amores,
Nec Iovis hîc mœchi furtaq; Martis erunt.
Turpe quod eſt factu, quis dicere credat honeſtum,
Talia nam in fibras ſemina mortis agunt.

Dom. Nanus in Polyanth.

Apage ſis ridiculos illos fabularum pædagogos, numinumq; Poeticorum moriones, quorum uberrima ſeculo provenit annona; quos, ſi hodie viverent, ipſi Pagani eſſent damnaturi, eorumq; accuſaturi in mollium puellarum erotopegniis ſalaciſſimis luſus impudicos: utpote qui in tantâ divini verbi luce, ad quam

omnis ſapientia humana meræ tenebræ ſunt, tenebras magis adamârint, quàm ipſam lucem. Annon enim putas magnos illos Poetas, Virgilium, Ovidium, Horatium, & ſi qui ſunt cæteri permulti, de Deo ſine Diis, de amoribus ſine obſcœnitate, ſcripſiſſe, ſi notitiam divinarum literarum, quæ ad ſanctitatem nos hortantur, habuiſſent? Equidem ſic exiſtimamus. Quod ergo iſti vitaſſent, Chriſtianus non cavebit Poeta? *Materia deeſſe non poteſt gravis & ampla Chriſtianis, quam videmus antiquis Scriptoribus defuiſſe: eoq́ ars illorum eſt nobis, non quæſtio mirabilis. Si fructuoſi Poetæ eſſe volumus, danda opera eſt, ut argumentum noſtrum ſit, ars verò veterum Poetarum.* Quo magis miramur ſcomma Joh. Majoris in *Georg. Fabritium*, eruditè-pium Poetam, famâ ſuper æthera notum, ut Poeticè de tanto Poeta loquar. cum enim Poemata ſua revideret & ex iis profana, tanquam urticas & ſilices ex agro culto eradicaret, motus Hieronymi graviſſimâ voce: *Abſit, ut de ore Chriſtiano ſonet Jupiter omnipotens, audiatur mehercle.* notabatur aculeato diſticho iſto:

Bonif. lib. 1. de Sap. pag. 70.

Leuting. de M. Brand. l. 3. part. 6. pag. 71.

Fabricius Veneres omnes è carmine tollit,
Miror, quî potuit tollere, nulla fuit.

Chriſtianorum proprium ſit, quando vitiorum ſunt cenſores aut in amœniorum Charitum amore deſcribendo verſantur, ex decoro, ſtilo verecundo, verba naturæ & moribus maximè accommodata attribuere, ut abſterreant à ſcortationis aliorumq; flagitiorum opprobrio, non alliciant libidinoſâ verborum diligẽtiâ; maxima enim reverentia Poetam Chriſtianum decet. Caſtus qui volet eſſe Poeta, caſtos numeros

amet neceſſe eſt. Vaniſſimæ ſunt illæ excuſationes:

Caſtum eſſe decet pium Poetam
Catullꝰ. *Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt,*
Qui tum deniq; habent ſalem & leporem,
Si ſunt molliculi & parum pudici

Rurſus:

Ovidiꝰ. *Crede mihi diſtant mores à carmine noſtri:*
Vita verecunda eſt, Muſa jocoſa mihi.

Nec enim audimus excuſantes, quos ipſa accuſat impietas & impuritas animi juxta & corporis, ita ut extra dubium ſit, ipſos dum talia ſcripſêre, arſiſſe interius.

* Paling. in Zod. vitæ. **quis enim non judicet illos*
Flagitio imbutos omni, talesq; fuiſſe.
Qualia ſunt chartis quæ mandavêre nefandis?
Index eſt animi ſermo.

in Theotim. l. 3. Ed. Pariſ. A. 1549. Riſum potes tenere, inquit Gabriel Putherbeus, cum audis Catullo Poetam oportere eſſe caſtum, Catullum ſimul tam parum eſſe caſtum, ut à laſciviſſimo Poeta laſcivus vocetur; nec uno contentus multos captârit amores, in quibus ipſe faſſus eſt adulterium. Sanè *fœditates nemo bonus nominare debet, nedum ut literis mandet, è quibus qui legant, evadant deteriores*, quod

3. Poet. c. 97. pag. 343. Scaliger monet. Tale quippiam cum timeret *Plato*, juſtos libros de amoribus ætate jam adultâ, Vulcano,

* Laert. in vita. ut expiaret, tradidit*. Alius dena carminum millia de rebus amatoriis elaborata ignibus dedit uſtulanda; pollicitus ſe poſthac piis carminibꝰ reliqvum vitæ im-

Bonif. lib. 1. de Sap. p. 88. penſurum: *Animadverto*, inquit, *quid illud ſit, expedi-*

re ei,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

re ei, qui ſcandalum præbet, ut potius demergatur in profundum maris, quàm pedicas objiciat, quibus ſe fratres illaqueent. Sed quid agam? mundi morem ſeqvuto illa exciderunt, Chriſti Domini vocem nunc audiens reſipiſco. Pari zelo Fridericus II. Elector Palatinus, cum in *Steganographia Trithemii* ad Philippum Electorem datâ dæmoniacas adjurationes obſervaſſet, αὐτόγραφον flammis tradi curavit, ne quis vel Trithemii abuteretur narratione, vel Princeps optimus incantatorias artes fovere videretur. quod non poteſt concoquere Guſtavus Selenus, eoq; nomine Fr. Junio, cujus conſilio erat uſus Elector, dicam ſcribit*; ratus Spanhemenſem occultam ſcribendi rationem à dæmonum præſtigiis puram tectis verbis docuiſſe; id quod etiam Sigismundus Abbas Monaſterii Seon in Bavaria A. 1616. *in Apologia Steganographiæ* probavit, & Coloniæ A. 1635. Johan. Caramuel continuavit. Sed eam liticulam noſtram non facimus. Res turpis, ut diximus, multitudine immunditiarum non eſt augenda. quâ in re à multis, quorum nominibus parcimus, largiter erratum eſt. Ut autores reſtituant, fœdiſſimos in Scriptoribus locos inerti negotio non tam detergunt quàm detegunt; & in omnia proſtibula & lupar ū cellas & matellas ſe vertunt. Diſertè explicant, *Jovis cum Alcmena concubitum ejusq; ſpurios innumeros*; & quo pacto *Danaæ miſerit in gremium imbrem aureum*; quid *cava manus Baubûs, Criſſare, fellare, Jovis* τριέσπερος νύξ, ſibi velint. Taceo *Vulcani zelotypiam, Ganymedis Phrygis raptum, Neptuni Melanippam, Veneris meretricios concubitus, Laji pæderaſtiam*, aliaq; dictu fœda, immunda, pudenda. Pigeat Chriſtianum heîc longo loqui ſer-

* 3. Crypt. 15.

V. Campeg. Adm. ad Crit.

mone; non enim ſine pietatis diſpendio & meliorum ſtudiorum damno in his tetris minutiis multum ſtudii & operæ ponitur, ubi nobis Crypticos convenit eſſe, non Criticos. Idcirconè Deus Chriſtianos voluit eſſe, ut ex putida camarina propudioſos amores in lucem tam effuſè tam petulanter efferrent! ut pigri illius & malitioſi ſervi exemplo talentum in ſordidum pulverem defoderent, atq; non aliter quàm Judæi *inaures atq; armillas pretioſas* i. e. dona ingenii, *ad Idolum aurei vituli conflandum* i. e. rebus inanibus & obſcœnis in tantâ literarum luce conſecrarent? *Confundimini & erubeſcite ſuper viis veſtris, domus Iſrael**. Vitia ſcire & in communi crimine criminum fœditates cognoſcere, non eſt crimen, nec poteſt vitio dari exprimere vitia, & vitia vitia nominare, ut ea explodantur, exemplo ſacræ Scripturæ*, quæ *aliquando nominat turpia* εὐλαβομένως, *propter utilitatem, aliquando præ verecundiâ non nominat.* At vitioſum eſſe, & ea patrare, quæ cognoveris, ea curioſè & ad vivum reſecare, quæ ſalaciſſimi nequam patrarunt; ea quoq; deſcribere, quæ patraveris, crimen eſt. uti extat ad externam ignominiam Romanæ ſedis prodigioſus libellus, qualis nunquam poſt homines natos inter impuriſſimos Ethnicos extitit, *JOHANNIS DE LA CASA*, Pontifici à ſecretis, Cameræq; Apoſtolicæ Decani, Archiepiſcopi Beneventani, & in ditione Venetâ Legati, de *laude Sodomiæ* conſcriptus rythmicè, quem *Erhardus Snepfius* oculis uſurpavit. Italis (animus meminiſſe horret) etiamnum, quod audio, præpoſtera Venus uſui; cujus etiam πάθη Medicè, uti cum horrore legi, deſcripſit nuper D. Zachias *in Quæſtionibus Medico-legali-*

* Ezech. 36. V. Gamb. de perf. Poeſ. ratione.

*Sedul. ad Eph. cap. 5.

galibus, quæ in luce & hominum manibus verſantur. Verè dixit Scaliger:

ROMA, quod inverſo delectaretur amore,
Nomen ab inverſo nomine cepit AMOR

Addere poſſemus alia, inprimis Jeſuitarum exempla, in quos olim Gallia hoc reliquit monumentum: A. 1610.

JESUITARUM SECTA, V. Harangue de la groſſe margot. p. 13.

Ἄναγε.

ET TU MARES VICIAS.

Recentiora in literas miſit Alphonſus de Vargas, Hiſpanus, in libro gravi & valde illuſtri, quem *de Stratagematis Jeſuitarum* confecit, ὀφθαλμοφανερῶς monſtraturus, *plerosq; Jeſuitas turpem ac flagitioſam traduxiſſe vitam*; quæ ipſa fuit ἐπίκρισις G. Gothardi de Pontificib. Romanis. Et quî poſſunt aliter cœlibes Aſcetæ? (l. adv. Heerb. pag. 116.) Vide mihi *Joh. Bapt. Pozæ* inſignem laſciviam, quâ tantum ſibi indulſit, ut mollibus verborum delitiis, quibus Venus, Medea, Helena, Phryne, Thais, apud antiquos inſigniebantur, B. Virginis Mariæ immaculatam conceptionem celebrârit, in quo meritò hæc notat prædictus Vargas*. Similem profanitatem Poetæ cujusdam (Gaguini nî fallor) damnavit Iſaacus Waake *in Rege Platonico.* Hæc non illis tantùm, ſed etiam *G. Scioppio* Apoſtatæ accidiſſe alii relinqvunt ſcriptis, quæ cum non ſint nunc ad manus, hæc jejuniùs exhibuimus. Qui ardor veteris nequitiæ nondum in Sene Scioppio, ut audio, reſedit; Hodie (ſive Romæ ſcortetur ſive Venetiis neſcio) audet eructare, prout libido fert, os hominis impuri illa verba: *Nullus omnino proteſtantium Theologorum* (quorum ille libros affa-

* cap. 16.

V. Aut. Vitæ Scioppii.

niis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

niis & inaniis pellegendis occupatus nunquam legit) *dici poteſt, cujus lectio vel paululum animos ad æterna illa & ſuperba bona conſideranda & quærenda excitet.* Quæ calumnia eſt ſi non hæc? Quaſi vero nobis, qui ſanctiſſimè vivant, qui piè erudiant, non ſint.

Mendacium eſſe ſuſpicor matrem tibi,
Nam poſtquam natus es, nugidoloquides
Totus fuiſti: ob id nunc litteratus es.

Sed Harpocrates illud St' inſuſurrat. Purgent illi tàm animum, quàm *Juvenalem, Perſium, Martialem, Virgilii quasdam Eclogas:* de quibus autoribus recte monemus, inde capiendum quod imitemur, fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitemus.

Utiliter faciunt & moribus Chriſtianorum convenienter agunt, qui, quicquid in profanis utilitatis capiunt ad laudem UNIUS DEI Opt. Max. vendicant, exemplo Nazianzeni, ſacraq; numeris adſtricta profanis cum laude dant. Eo conſilio *Eudoxia* Centones elegantes ex Homero in Chriſti Domini laudem cõfecit. Proba Falconia, Adelphi Proconſulis Romani uxor, Virgilianis Verſib⁹ miranda Chriſti opera celebravit opere eleganti, quod *Centometrum* dicitur apud Burchardum* & Ivonem* de Chriſto *Virgilianis compaginatum verſibus apogryphum.* Laudabile hoc inſtitutum exigendorum Poetarum gentilium inſtituerunt Ephraim Syrus Eremita & Apollinaris Syrus, qui loco Homeri, Menandri, Euripidis carmina ſua in ſcholas introduxêre; teſte Sozomeno. Iſidorus adjungit Pomponium quendam, qui *ſtili otio Tityrum in Chriſti* honorem compoſuit, ſimiliter & Æneida. Commen-

*lib.3.cap 22.
* part.4. c.165.

V. Gold. ad Columb. p.73.75.

mendavit hoc ſtudium nuperrimè Magnificꝰ Dn. Ge-org. Volcamerus, Duumvir Norimbergenſis, omnē laudem ſupergreſſus, eleg. Epiſtolâ Rev. Dn. Sauberto: *Ego v. in eâ ſum ſententiâ, caſtis oculis animisq; legendos eſſe illos* (Poetas gentilium,) *& phraſeologiam ipſorū, quoad ejus fieri poteſt, ad ſacras veræ Religionis explicationes transferendam. Hæc enim ſpolia Græciæ & Latii Veteris vel ſolâ hâc ratione collocari rectiſſimè poſſunt.* Obtemperabat monenti Cl. Saubertus, & ex Homero pulcherrimum Centonem de Victoriâ noſtri Salvatoris concinnavit, quem vide ſis in Exequiis ſummi Viri Volcameri. Eodem filo *Martialem Chriſtianum* Paurmeiſterus, *Horatium Chriſtianum* Sagittarius, *Terentium Chriſtianum* Corn. Schonæus, verſibus perpurgatis reddidêre. Horum exemplo magis reſecemus ad Chriſtianiſmi illuſtrationē externam ſcientiam, qvàm ad eas res externas, in quibus vacua delectatio; uti faſſi ſunt, qui extremùm impuras ſuas chartas damnârūt, *Nonnus, Æneas Sylvius, Joh. Picus, Petrus Bembus, Torquatus Taſſus, Theod. Beza, P. Ronſardus, Laurent. Gambara*, digno facinore & laudabili; ut, queis grata prius nos vidimus eſſe profana, gratiora fuerint graviora.

Profana perperam exarent profani
Deditiq; fabulis Meliſſus lib. 3. Od. 13.
Novum inde nomen aucupentur: at mens
Deſtinata ſeriis
Sacros frequentet eleganter hymnos.

Deplorandum ſanè eò perverſitatis res humanas priſcâ noſtraq; ætate deveniſſe, ut meliora, quæ ad veram pietatem, ad Chriſti regnum, ad Dei gloriam & ſalutem hominum magis prodeſſe & poſſunt & debent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

abjiciantur communiter, deteriora eligantur frequẽter, adeoq; ſpinæ ſpicis & ſentes ſegetibus non rarò præferantur. Tantum abeſt, ut verborum Chriſtianorum delectum ſectentur plurimi, ut id ſtudio quærãt, quo ethnicismi rubiginem ſuis Poematibus immiſceant, opinati nil eſſe ſcriptum, niſi Jovem Deosq; cæteros more Catonis anteponas, quaſi in Iſrael non ſit Deus. Qui licet ſibi quidlibet audẽdi jure Poetico poteſtatem datam ſumant, hanc tamen effrenis cujusdã

Exod. 23. v. 13. licentiæ plenam *jure divino* denegatam eſſe ſciant. Judica ipſe, pie lector, & ingenii aciem intende ad ἀξιόλογα verba Eobani Heſſi, Poetæ pii, quo duce laſcivis & turpibus obruta ludis exeruit Pieris alta caſtum caput*. *Non eos probare ſoleo*, ait d.l., *qui eousq; Antiquitatis ſunt ſtudioſi, ut ejus velut imaginem eo ſe expreſſiùs referre poſſe arbitrantur, quò à Religione noſtrâ ſunt diverſi. Qui in omnibus ſuis Poematis, etiam levibus aliquando & futilibus,* ita Ethnica Numina *invocare ſolent: itaq; ſpurciſſimis iſtis veterum nominum illecebris q. offa quadam Cerbereâ ineſcari peſſimeq; affici, ut* Joviani *magis quàm* Chriſtiani *videantur. Quin etiam ſi quis bonus pro* Jove *aut* Phœbo *Chriſtum aut alium quempiam Cœlitũ in Carmen coegerit, hunc ſtatim velut Poeticæ majeſtatis reum calumniis inſectantur ſpurciſſimi vitiligatores tanquam divinum Poeticæ nomen in profanis iſtis & aliquando impudiciſſimis nugamentis, non ſecus ac limitibus quibusdam, quos exire non liceat, includatur ac præfinitum ſit..... Non deſunt etiam, qui profanis Diis omne ſuum ingenium devovẽt, ipſisq;, dum naturales hymnos concinunt, q. ſacrificare videntur. Non negaverim quoſdam naturæ communis imaginem omnibus, ut ajunt, lineamentis expreſſiſſe, ſed ita, ut*

* R. Gualt. in Epic.

peſtem

peſtem quandam in Religione ſeminaſſe videant, dum naturam i-pſam ſolis Deorum veterum nominibus venerantur & q.adorãt, *tanquam niſi Dii vocentur*, Terra, Aqua, Aer, Ignis, *& per & præter hæc exiſtentia deſcribi non poſſint. Quid n.* Marullo *noſtræ ætatis alioqui nobiliſſ. Lyrico ad ſummam ingenii fœlicitatem, niſi ſolus Chriſtianæ Religionis fervor defuit.* Hæc hactenus Poeta Haſſiæ immortalis, μέγας πατρίδος ἀστὴρ, religioſè & ſcripſit & præſtitit ipſe.

Negotiis vaniſſimis, *Satisq; plusq; ſat hactenus*
Erroribus tot litibus *Vacaſtis eheu ſinguli.*
Speculationi & futili, *Hæc quæſo fugite ſomnia,*
Prodeſſe nil valentia.

Quare & *Victor Giſelinus* ſcitè admodum & venuſtè monuit, quantopere iſta cavenda ſint, quæ habere cordi & memoriæ operæ pretium eſſet, cum inter alia cecinit;

Sint Heliconiades Chriſtus, ſit Chriſtus Apollo,
Inq; tua illius tempora laurus eat
Non tibi Pegaſeus fons & Libethrides undæ,
Sed Chriſti extingvat vivida lympha ſitim.

Sed ne longius exeamus, dirigimus cum BONO DEO curſum ad littus, tandem dicturi; οὔτε πάντῃ, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων legẽda eſſe ſcripta ſecularia, & in lectione iſta & ſtudio neq; nihil neq; nimium operæ poni oportere. Sit norma judicii in omnium iſtorum lectione doctrina in verbo Dei tradita. Ethnicis enim Scriptis deeſt *ſal verbi divini*, ſine quo omnia ſũt inſipida.

Non te vetamus omnium per artium
Campos vagari, dummodo mentem tuam
Ad clariora præparant, non occupant.
Una aucupanda ſed tibi ſcientia eſt,
Vitæ magiſtra, veritatis regula,
Qui neſcit illam, perperam ſcit cæteras.

Quibus quidem Aphoriſmis grande Sophos acclamamꝰ. Chriſti enim Schola non Logicæ, non Rhetoricæ aut Grammaticæ eſt, ſed Ethicæ, i. e. vitæ & bonorũ operum; omniſq; doctrina demtâ pietate venenum eſt. Idcirco habitemꝰ in ſcripturis divinis toti,

quarum ſingula verba deprehendemus eſſe ſingula axiomata & quandam langventis animi Medicinam. Aurea ſunt verba Gregorii XIII. Papæ in literis ad Philip. II. Regem Hiſpaniæ, quæ extant in Bibliis Regiis: *Quod ad Theologiam attinet, his libris noſtræ Religionis & divinitatis myſteria explicantur; quod v. attinet ad eam partem, quæ* moralis *dicitur, hinc quoq; omnia Virtutis præcepta colliguntur, quibus quidem partibus omnis noſtræ ſalutis & fœlicitatis ratio cōtinetur.* Non poterat grandius aliquid Homo-Papa dixiſſe; eoq́; gravior erit ſententia quò rarior. Sacra etenim Scriptura eſt fons uberrimus cœleſtis ſapientiæ, ex quo dulces pręceptiones de vitâ piè juſteq́; inſtituēda hauriri poſſunt. Hæc exorbitantem Ethnicorum Sapientiam q. digito monſtrat, & intra rectæ rationis orbitam coercet. Hæc neminem labi errareq́; ſinit, fines bonorum malorumq́; conſtituit, quid mortiferum, quid vitale, terminat, quid faciendum, quid fugiendum definit, ut mores egregiè formet. Quicquid homo extra hanc docet, ut B. Auguſt. ſententiâ utar, ſi noxium eſt, ibi damnatur, ſi utile eſt, ibi invenitur. Hîc diſcit homo, quæ doctiſs. Plato neſcivit, Seneca acutiſs. ignoravit, Homer⁹ doctrinarum & antiquitatis paganæ parens non intellexit, Hegeſias, qui à ſtupenda eloquentiæ vi πεισιθάνατος nuncupabatur, nunquam audivit.

Theodulph. Aurel. in Inſtr. V. & N. T. Demoſth. eloquentiſs. nunq̃;. attigit, Ariſtot. ſapiētiſs. nūquam indagavit.

Quicquid in ingenuis mundanâ diſcitur arte,
Artibus, hîc currit liberiore viâ.

Plutarchus in Mario. Sicut autem Platonem moriturum memorāt triplici potiſſimum nomine egiſſe Diis gratias, quod eſſet natus HOMO, non beſtia; quod Græcus, non barbarus, quod in integerrimi Doctoris Socratis tempora incidiſſet; Ita nos Chriſtiani in omni recordatione divinæ beneficentiæ gratâ memoriâ totoq́; pectore Deum celebremus; quod nos non reliquerit in barathro errorum, quibus

Eph. I. v. 12. cum luctati ſunt Plato, Socrates & gentiles omnes; quòd cum divite miſericordiâ nos gentiles etiam, qui olim eramus χωρὶς χριστοῦ ad Eccleſiam ſocietatemq́; regni cœleſtis pervenire voluerit, nobiſq́; beneficiorum ejus uſu-

verſ. 19. ram commiſerit; adeo ut jam ſimus συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ; quod hoc ipſo tempore DEUS Opt. Max. iis in locis naſci nos atq́; converſari voluerit, ubi viva adhuc & inviolata vox Evangelii ſonat, tot regnis & provinciis hâc luce verbi divini carentibus & miſerrimè caligantibus.

Illi TRINUNI-DEO, DEO-PATRI, DEO-FILIO, DEO-SPIRITUI SANCTO ſit LAUS & HONOR.

AMEN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

JOH. FREDERICUS GRONOVIUS
V. E.
JOHANNI CUNRADO DITERICO
S. P. D.

PRæſtantiſſime VIR, Amice προσφιλέστατε, Quanquam ea occupationum amplitudine, iis verò temporis anguſtiis premar, ut apud ſummos viros, penes quos plurima officii & obſervantiæ meæ exſtare documenta cupio, negligentiæ reatum ſubire neceſſe ſit mihi: tamen & vi promiſſi admonitus, & amantiſſima epiſtola tua flagitatus non exſpectabo pipulũ, ſed jam nunc mea commoda tuis poſthabebo. Semel confirmavi tibi, nihil magni ſperandum à nobis, & ne dicerem modo, ſed & fidem verbis facerem, publice privatimq́; re ipſa tibi dedi argumenta. quæ tamen neſcio quo amore noſtri occæcatus (quod gaudeo ſane & reddam vicem) æſtimas tanti quaſi Ilium expugnaſſem, cupisq́; iterum tentare nos, hoc eſt, ὁ δελφὶς ὢν νήχεσθαι μανθάνειν. Ego quid poſſum, niſi cum maximo opere amem te, mi DITERICE, & cupiam omnia quæ vis inq; amicitia tua ſoleam καυχᾶσθαι, ut obſequio affectum tuum retineam? qui haud dubie tenues conatus noſtros, immo errores, benigne interpretabitur. Nunc ad rem. de qua ſane ſi excutienda tota eſſet, non epiſtola ſed liber poſſet conſcribi. ſed quia doctiſſimorum hominum ſagacitas induſtriam noſtram occupavit, neq; ut conteſtatus ſum, otium nunc nobis evolvere rejiculas chartas noſtras, pauca hæc habe, quibus illis autoritatibus, quas proferunt ad confirmandam confuſionem horum titulorum, *Proconſul*, *Prætor*, *Imperator*, reſpondetur. Proconſules olim dicti, qvi finito Conſulatu provincias ſortiebantur, easq́; proconſulari imperio regebant. Poſteaquam autem provinciæ inter Cæſarem & populum ſive Senatum potius diviſæ ſunt, Legati Cæſaris ſub

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Prætorum, Proprætorum, vel ſimpliciter Legatorum nomine ptovincias ejus adminiſtrabant: qui vero in publicas provincias mitterentur cum imperio, Proconſules aut proconſulari poteſtate erant. Utriq; generali nomine Præſides appellabantur. l. 1. D. de Off. Præſid. Manſit vero iſtud quod diximus diſcrimen, usq; dum omnes provinciæ in poteſtatem Cæſaris tranſirent. Falſum eſt à Cæſare Proconſules eſſe miſſos. Lex citata diſertim, cum affirmaſſet & Proconſules & Legatos Cæſaris omnesq; provincias regentes appellari Præſides, ſubjungit: *Proconſulis appellatio ſpecialis eſt.* In verbis Tertulliani, *usq; ad Proconſulatum Tiberii*, nomen Tiberii eſt alicujus Proconſulis, non Legati Cæſaris aut ipſius Cæſaris. quod nomen non magis notũ eſt quam Scapulæ aut Hilariani, quos alibi Africæ Præſides ſalutat Tertullianus. ut obſervavit Vir maximus. Jam abutuntur l. 1. &3. D. de alienat. jud. mut. c. f. l. 27. §. 1. de minorib l. 26. de dolo malo. ubi adſcribuntur Proconſuli, quæ alibi *Prætori*, & appellatur *Edictum Proconſulis*, quod alias Prætoris. Vere δεινὴ ἀπειρία, quam tamen pulchra, ſi credimus, ratione fulciunt ex l. 2. D. de Or. J. ubi dicitur, cum Conſules avocarentur bellis finitimis, neq; eſſet qui in civitate jus reddere poſſet, factum ut Prætor quoq; crearetur. Ergo ajunt, quia Conſulis fungebantur officio, quod ad judicandum attinet, Proconſules erant Prætores. Scias quam turpis ſit Juriſconſultis noſtris ignoratio Romanæ Reipublicæ, à qua Leges accepimus. Senſerunt boni Viri Proconſulem appellari eum, qui vices Conſulis gerit: quod falſiſſimum eſt. Proconſul is eſt, qui Conſulatu functus in provinciam abit: non quivis qui vice Conſulis adminiſtrat. Alias & Prætor urbanus eſſet Proconſul abſentibus Conſulibus, quia tum jus habebat cogendi Senatus loco Conſulis. Cicero lib. X. fam. epiſt. XII. *placuit nobis ut ſtatim ad Cornutum Prætorem Urbis literas deferremus, qui quod Conſules aberant Conſulare munus ſuſtinebat more majorum.* Livius lib. X *& defendendæ urbis conſilia agitabantur, ſummæq; rerum Prætor P. Sempronius aderat.* Lucanus lib. III.

non

non Conſule ſacrã
Fulſerunt ſedes, non proxima jure poteſtas
Prætor adeſt.

Alias & Præfectus urbi Proconſul. Tacitus lib. VI. annal. *Namq;
antea profectis domo regibus & mox magiſtratibus, ne urbs ſine
imperio foret, in tempus diligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis
mederetur. dein Coſſ. mandabant: duratq; ſimulacrum, quoties ob
ferias Latinas præficitur, qui Conſulare munus uſurpet.* Deniq;
& Legati Conſulis in exercitu forent Proconſules. Atqui nemo
per ſomnium cogitavit unquã hos omnes Procõſules vocitatos.
Nunc reſpondeamus ad Leges. Provinciis pręfecti olim *Præto-*
res, aut Cõſules, ſi gravius bellũ ingrueret. qui ſi prorogato impe-
rio poſt *Præturam* aut Conſulatũ in provinciis manerent, Pro-
prætores & Procõſules, vel pro Pretore & pro Conſule dictitati.
uti & qui ex Pretura aut Cõſulatu, quem in urbe geſſerant, in pro-
vinciam ibant. Sic in libertate eædem provinciæ modo à Pręto-
ribus modo à Proconſulibus regebantur. C. Verrem Siciliæ fuiſſe
Prætorem cum æterna ejus infamia vulgo notũ eſt. At ecce Mar-
cellũ eandem provinciam *pro Conſule obtinuiſſe* ait Cicero l. 3.
in Verr. An ideo Proconſul idem quod Prætor? Nequaquam: ſed
quam provinciã regente Marcello tenuit Proconſul, eandẽ ſor-
tito Verre Prætor. Hinc apparet, cur illud *edictum* dicatur *Pro-
conſulis*. cum nimirũ ab illo, qui Proconſul erat, ſive in libertate
Conſulatu functus, ſive ſub imperio Cęſarum in publica provin-
cia, non ab eo, qui Prætor, conſcriptũ foret. Notabile eſt a. tres
illas leges fragmenta unius Caji eſſe ex libro ad Edictum Provin-
ciale. Potuiſſent igitur addere l. 2. D. unde cognati & l. 7. D. Te-
ſtamenta quemadmodum aper. inſp. & deſc. ſed & primã eodẽ,
in qua in ipſorũ, ſi accipere volunt, gratiã eodem modo emen-
damus: *Omnibus quicunq; deſiderant tabulas teſtamenti inſpicere
vel etiam deſcribere, diſpiciendi deſcribendiq; poteſtatẽ facturum
ſe Proconſul pollicetur.* non *Prætor*, ut vulgo eſt. Sunt n. hæc ver-
ba itidem Caji ex nominato libro, ad edictum provinciale *Pro-
conſulis*, ut ex collatis locis aliis liquet, non *Prætoris*. quod mi-
ror tot eruditos legum Interpretes nondum vidiſſe. Vitiũ ortum

credi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

credi poteſt ex ſcribendi compẽdio. Quia igitur illud Edictum à Proconſule, qui provinciam obtinebat, conditũ fuit, *Edictũ* vocatur *Procõſulis*, quæq; vi illius Edicti geruntur, à Procõſule proficiſci dicuntur: quod ſi eſſet propoſitum à Prætore, *Prætoris* appellaretur *Edictũ*, & quæ ex ejus ordinatione geruntur, à Prætore ordinata eſſe. Ulpian. in l. 4. §. 3. ff. de Off. Proconſulis: *Antequã vero fines provinciæ decretæ ſibi Proconſul ingreßus ſit, Edictũ debet de adventu ſuo mittere.* Et iterum in l. 9. §. 2. eod. dicit Procõſulem *poſtulare ſolũ eos pati debere, quibus per Edictũ ejus poſtulare licet.* Utiq; hoc Edictũ Proconſulis eſt, non Prætoris: quem etiam alio titulo, *de officio Prætorum*, ab illo Pãdectes diſtingvit. Quemadmodum ſi bello orto Conſul in provincia eſſet & Edictum promulgaret, id equĩdem Edictũ diceretur Conſulis; neq; inde quiſquã argumentaretur Conſulem & Prętorem promiſcue poni. Ad Taciti locũ, ubi Prętorem in provincia procõſulari ponit, dicim⁹ aut idem mendũ ibi eſſe quod in d. l. 1. teſtam. quemadmod. aper. aut ἀκυρολογίαν eſſe ex conſuetudine in libertate frequentata, excuſari dignam potius quam imitari. Simillima Strabonis illa l. III. ἡ μὲν Βαιτικὴ προσκεῖται τῷ δήμῳ καὶ πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτὴν, ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν. ἀνθύπατος dicere debuiſſet. Ac etſi vox στρατηγοῦ generalis eſſe videatur, tamen in magiſtratibus Romanis explicãdis ſignatè ea Græci pro Prætore utuntur. Talem committũt hi ἀκυρολογίαν, cum Imperatorem vocant βασιλέα. quod nomẽ primos Cęſares omnes ac diu poſt optimos quosq; refugiſſe notiſſimum eſt. Sic Polybi⁹ cum Suffetes, qui bini annui erant Carthagine, ut Romæ Conſules, βασιλέας Καρχηδονίων vocavit lib. III. & l. VI. Æmilius Probus in vita Annibalis: *Hic ut rediit, Prætor factus eſt, poſtquam Rex fuerat anno ſecundo & vigeſimo. Ut n. Romæ Conſules, ſic Carthagine quotannis bini Reges creabantur.* In quo fallit tamẽ, quod Annibalem *Regẽ*, ut Suffetes *Reges* dicebantur, annos viginti & duos ait fuiſſe. Clarum id ex Livio l. XXX. *Senatũ itaq; Suffetes (quod velut conſulare imperiũ apud eos erat) vocaverũt. ibi tribus dictis ſententiis, una de pace legatos ad Scipionem decernebat; altera Annibalem ad tuendam ab exitiali bello patriam revocabat; &c.*

Si Suf-

Si Suffetes fuerunt tãtum duo, ſi Senatus apud eos habitus, in quo ſentẽtia de Annibale revocando dicta, quomodo Annibal potuit eſſe Suffes? Sed & hæc poteſtas à populo haud dubie mãdabatur, cum Annibal creatꝰ eſſet Imperator ſeu Rex ab exercitu, poſtmodũ à Senatu cõfirmatus. Quãdo igitur *Rex* vocatur, ut Silio qvoq; non ſemel, ita id accipiendũ, quomodo imperatores dicũtur *Reges* ob militare imperium. Et Livius accuratior, qui imperatores Carthaginenſium *Prætoribus* aſſimulat l. XXI *nos tamen minime decet juventutem noſtram pro militari rudimẽto aſſuefacere libidini Prætorũ*. Verba Hannonis in Senatu Carthaginẽſium. Ita a. ſcribendum eſt pro eo quod vulgo legitur, I*mperatorum*, ex tribꝰ MSSc. & editione vetuſtiſſima. Quid mirũ, cum eadẽ comparatione eod. lib. Liv.: *ex quo die dux eſt declaratus velut Italia ei provincia ei decreta bellumq; Romanũ mandatũ eſſet, nihil prolatandũ ratus* Sic l. IX. *Præneſtinus Prætor per timorẽ ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat in primã aciẽ.* i.e., ut ego interpretor in bello præfectus, inquit Sigonius l. II. de Jure Italiæ c. XIV. & recte. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Sequitur de Imperatore. ea vox tribus modis in re Romana accipitur, quos omnes eleganter expreſſit Dio Nicæus in Julio: Ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ τὸ τοῦ Αὐτοκράτορος ὄνομα· οὐχ ὥσπερ τοῖς τινα μεγάλην μάχην νικήσασιν, οὐδ᾽ ὥσπερ τοῖς αὐτοτελῆ τινα ἐξουσίαν λαβοῦσιν, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσι διδόμενον. καὶ πρῶτός γε αὐτοκράτωρ οὕτως ἀνηγορεύθη. ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Ῥωμαίων δεῖ ἀριθμεῖν. Primum ergo is dicitur *Imperator*, cui ob belli neceſſitatem Pop. Rom. exercitum mandavit. Ita Salluſt. de bello Catil. *ſibi magnũ imperium, exercitum, bellum novum exoptabat*. Erudite hoc circumſcribit Dion, cum ait, ὥσπερ τοῖς αὐτοτελῆ τινα ἐξουσίαν λαβοῦσιν. Nempe Imperator belli obtinebat abſolutam poteſtatem & merum imperium, eratq; ſine provocatione; quod jus nemini magiſtratuũ competebat. Hoc eſt quod ita explicat Salluſt.: *duabus his artibus audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate ſeq; remq; publicam curabant*. Cave hic cum magiſtrorũ vulgo *audaciam* intelligas τὴν θρασύτητα in hoſtes. Deſcribit Salluſtius actiones civium inter ſe, puta, magiſtratuum & populi. Quomo-

do enim *audaciæ* adverſus hoſtes opponitur *æquitas?* Quomodo quadrat exemplum quod ſequitur: *quarum rerũ ego maxima documenta habeo, quod in bello ſæpius vindicatum eſt in eos, qui cõtra imperium in hoſtem pugnaverant, quiq; tardius revocati prælio exceſſerant, quam qui ſigna relinquere aut pulſi loco cedere auſi erant: in pace v. beneficiis magis quam metu imperium agitabant. Audacia* ergo eſt merum ſtrictumq; imperium, jure vitæ & ac necis in imperatoris poteſtate. Ex hac ratione Cicero l. III. de legibus: *Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio ne eſto: quodq; is qui bellum geret imperaſſet, jus ratumq; eſto.* Ergo inquit, militiæ diſciplinæ cauſa ſtricto duroq; imperio magiſtratus erga cives milites uſos, in pace civiles & æquitatis patientes ſtudioſosq;. Ita hac voce utitur perpetuus imitator Salluſtii Tacitus l. III. Hiſtor. *Præfectus caſtrorum legionis ſeptimæ quia audacius quam civili bello imperabat, ſubtractus militum iræ ad Veſpaſianum miſſus eſt.* h. ſuperbius, ſeverius. Lipſius hic ſpernit τὸ *audacius.* nec protervo militi unquam ea in duce diſplicuerit, ſed rigor potius & ſeveritas. Vides magnum virum vim hujus verbi uſumq; elegantẽ non vidiſſe Nimis excurrimus. Secundo ergo *Imperator* dicitur, qui certo numero hoſtium cæſo victor, acclamatione militum ſolẽni *Imperator* appellatus eſt. Cicero Philip. XIV. *At ſi quis Hiſpanorum aut Gallorum aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, non eum à conſuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus.* Dio lib XLI. οὕτω μέντοι τὴν γνώμην εἶχεν, ὡς καὶ διαπεπολεμηκὼς κἀκ τούτου τὸ μὲν αὐτοκράτορος ὄνομα ἔλαβεν. Alia teſtimonia infinita paſſim reperire eſt. Tertio *Imperator* dicitur poſt everſum populi imperium Princeps. quo ſignificatu in nummis & lapidibus nomini ut plurimum præponitur. nam prima notio titulum non dat, ſed appellationem tantum. Sic: *Imp. Cæſ. Auguſtus. Divi. f.* Item. *Imp. Cæſ. Titus. Veſpaſian⁹. Aug. p. m. tr. pot. Cos. VIII.* At contra alius lapis: *Ti. Claudi. Cæſ. Aug. Germanici Pont, max. trib. pot. VIII. Coſ. IIII. Imp. XV. P. P. Cenſoris.* Dicit enim tot expeditionibus meruiſſe eum nomen *Imperatoris* exercitus acclamatione. Ut plurimũ tamen dico, non indefinite, ut nonnulli docti viri. Inveniũtur quippe Inſcriptiones, ubi illo ſẽſu

etiam poſtponitur. Ut in lap. Sagunthino: *Senatus. & .populus. Saguntinorum. Claudio. invicto. pio. felici. Imp. Cæſ. Pont. max. trib. pot. P. P. procos.* Hinc apparet, nullam ex his notionibus Procōſuli aut Prætori cōvenire qua Prætori aut Proconſuli. De poſtrema non eſt dubium. Si Conſul aut Proconſul aut Prætor in provincia haberent exercitum, utiq; poterāt dici Imperatores & habebant imperium: ſi viciſſent & ſolēni acclamatione ſalutati à militibus Imperatores erant, poterant etiam ſcribi & ipſi exigere eum titulū. Inde Cicero l. I. Epiſt. fam. cum aliquoties ſcripſiſſet: *P. Lentulo Procos.* Poſtea ponit: *P. Lentulo Imp.* Sic l. II. ep. VII. VIII. IX. legitur: *Cicero procos.* at X. & ſequentibus; *Cicero Imp.* quia ut ſcribit in eadem X. *victoria juſta ab Exercitu Imperator appellatus fuerat.* & talia paſſim in Epiſt. Tullii occurrūt. Poterat igitur & Conſul in provincia & Proconſul & Prætor fieri Imperator: ſed nunquā Proconſul aut Prætor ſine exercitu dicetur Imperator. nec conſul eo quod ſit Imperator, dicetur Proconſul vel Prætor. nec Proconſul quod Imperator, Prętor, & ſic porro. Talem ergo cenſendum, qui apud Petronium *Imperator provinciæ* appellatur. quod clarius eſt ex loco Tullii ad Piſonem, quem proferunt Interpretes, ut oſtendant Proconſulē & Imperatorem promiſcue poni. Quod verū eſt in eo, qui utrūq; eſt. is n. & Procōſul & Imperator eſt, & alterutro nomine poteſt indigetari. At nemo Procōſul, eo quod Proconſul eſt, Imperator: nemo Imperator, eo quod Imperator eſt, Proconſul. Poteſt n. aut Prætor aut Conſul aut Dictator eſſe. Verba Tullii ſunt: *appellatus eſt hic Vulturius, illius provinciæ Imperator.* Cur? an quia Procōſul fuit. minime: ſed rationem dat Cicero in pręcedentibus: *Quas res geſſiſti in Imperio, exercitu, provincia Conſulari?* Res evidens eſt. Proferunt & Salluſtium in orat. Adherbalis: *me quem vos Imperatorem Numidiæ poſuiſtis.* i. Præſidem provinciæ, ajunt. Non puto. ſed referendum hoc ſub primum quod diximus genus τῶν αὐτοτελῆ τινα ἐξουσίαν λαβόντων. Et Regis quidē refugit nomen, quia hoc αὐτεξουσιότητα & poteſtatem inſitam atq; ab illo modo qui Rex eſt pendentem notat, Romæq; erat odioſum: Imperatoris v. poteſtatem quidē ſummam, ſed Romæ pendentē ab alio & à po-

pulo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

pulo Rom. mandatam ſignificabat. Ita Salluſt. Conſules vocat *Imperatores: immutato more annua imperia, binos Imperatores fecêre.* hoc eſt, quibus ſumma rerum mandata à populo eſſet. Et eſt ſane proprium domicilium verbi *Imperator* in militia: ſed migratio in alienum hæc, cum denotat poteſtatem abſolutam, imperium merum & audacius, ut Salluſtius & Tacitus loqvuntur, habentem, quale non eſt Procõſulum aut Prętorũ ſine exercitu. ideoq; nec convenit hoc nomen illis, nec à quoquam tribuitur veterum. Unde factũ, ut *imperari* etiam diceretur in rebus inanimatis, quod vi quadã & poteſtate ab illis exigitur. Virg. 1. Georg.

Exercetq; frequens tellurem atq; imperat arvis.

quaſi durum imperium in ea exercet. Plinius l. XVIII. c. XXVIII. *Italia aquarias cotes dedit limæ vice imperantes ferro.* Quid elegantius? quid magis abſtruſnm plebi? Simili a. ſubmiſſione, ut Adherbal, Maſgaba Maſaniſsæ filius ad Senatum: *Sed duas res ei rubori fuiſſe: unam quod rogaſſet eum per legatos Senatus, quæ ad bellum opus eſſent, non imperaſſet; alteram quod pecuniam ei pro frumento miſiſſet. Maſaniſſam meminiſſe, regnum à pop. Romano partum auctumq; & multiplicatum habere: uſu regni contentum, ſcire dominium & jus eorum qui dederint eſſe.* Hæc nũc ſufficiant: & defatigatus ſum ſcribendo, ut tu legendo, opinor. Si quid poſtea invenies aliud, quod illam horum nominum σύγχυσιν confirmare arbitrentur, me mone. Sed & ſi quid eſt, in quo non fecerim tibi ſatis, libere profare, reprehende, corrige. Jam breviter ad tuas. Pagellas quas miſiſti ubi paulo fuero otioſior, quando ita vis, & ſi quid in mentem veniet, quod ſervire queat tibi, non celabo. Eximii Dilherri humanitatem omni ſtudio ἀντασπάζομαι, & comi opera tua, niſi grave eſt, eum reſaluto, Viri pii, docti, pacis (quod paucorum eſt hujus ordinis) ſtudioſi obitum moleſte fero & vulnus hoc florentiſſimi Lycei ſucceſſore pari, ut ſanet, Deum precor. Vale, mi Diterice, καὶ Σημεῶν Διατέλει. Hagæ in Batavis a. d. prid. Kal. Nov. A. cIↃ IↃ c xxx v I I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

AD AVTOREM προσφωνητικά.

SUme, triumphalem tibi quam dat Apollo, corollam
DIETRICE, ſtudiis eſt ea parta tuis.
Applaudunt omnes: gaudet mea Muſa tiaram.
Jam tibi conferri, talia vota ferens:
CUM TITULO CRESCENTE DECUS TIBI CRESCAT, ET INDE
PUBLICA RES CAPIAT COMMODA MILLE SIBI.

Viro conſpicuo
Dietrico
Eruditione, doctrinâ, moribus, famâ, quæ ſibi comparavit
Genio, laboribus, ſtudiis, peregrinatione, ſcriptis
ex animo gratulatur
Guernerus Rolfinck Hamburg. Phil. Med. D.
Profeſs. Acad. Jenenſis Rector.

AD
Johan. Conradum Dietericum,
Græcæ literaturæ Doctorem, Philologum induſtrium, COLLEGAM.

ILle DEI *tuba clangiſonans* SAUBERTUS; *ut olim*
Philologo inciperet ſpargere verba modo
Accinui Vates: Hic ſi penetrabit ad ima
Sacrorum, æterno ſeſe alet inq; libro.
Et dictum factum. nunc intima Sacra volutat
Inq; libro æthereo nunc habitaculum habet.

Idem tu fueris: abſtruſa vocabula rerum
Scrutaris, tacitis penſiculasq; labris.
At ſatagis calami crenâ illinere iſta papyro,
Sepia & hæc nitido te vehet usq; polo.
Eſſe aliquos, vix credo, viros, tamen eſſe videntur,
Qui nodum in ſcirpo ſolvere inepti adamant.
Funiculosq; negant per ſacra Volumina necti
Vecordes, vacuum queîs cerebro caput eſt.
Quiſquis es, in ſacris qui talia quæris elenchis
Cancellos intra te cohibere velis.
Et, ne quid nimium, *ſatis evitare memento;*
DIEDRICI *ductum tu ſequere atq; viam.*
Ingenii res eſt, ita ſeſe tradere libris
Eq; libris nil non utile deruere.
Hoc eſt, Philologum ſeſe oſtentare, loquelas
In rebus ſacris resq; aperire probas.

Conrad. Bachman. difficili ſcribeb.
Minervâ, anno ætat. LXX.

CLave opus eſt Sophiæ, reſera *Diteriche* latentem;
Clave opus eſt iterum, *Diteriche* reconde patentem;
At cura, ne quid Tibi *clavis adultera* peccet.

Ad Bellonæ parietes Amiciſſimo ſuo & verè fideli

Johan. Theill M. & P. C.

Joann-

Joann-Conradus Dietericus

Curre in Aone, in ſtadio decus.

QVæ ſtadii fuerit, veteris quæ gloria Circi,
Notum eſt, tuq; doces, hoc, Diterice, libro.
Sed docuiſſe parum eſt, manibusq; oſtendere temnis,
Quam prior haut tendas ipſe, terasq;, viam.
Ingreſſus ſtadium es, ſed ſacrum, & quale, dicatum
Quem cælo eſſe DEUS *vult propriumq;, decet.*
Curre *ut cæpiſti, ſtadium pede conſice fauſto,*
Et quod in *hoc poſuit gloria, quære* decus.
Currentem plauſu venerabor, amice, mihiq;
Euryalus volo ſis, ſic tibi Niſus ero.

Joh. Hirthenius ſ.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ANTIQVITATUM BIBLICARUM,

PARS ALTERA,

Quâ

Varia gentium inſtituta, earumq́ mores & ritus diverſi, ut in Sacris literis occurrunt, mediocri exhibentur induſtriâ,

AUTORE

JOHAN. CUNRADO DIETERICHIO, in Acad. Heſſorum P.



MARPURGI,

è Caſparis Chemlini Typographéo.

M. DC. XXXXII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

AD

ILLUSTRISSIMUM ac GENEROSISSIMUM COMITEM ac DOMINUM,

DN. JOHANNEM,

Comitem in Waldeck & Piermont, Dominum in Tonna &c.

Præfatio

AUTORIS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

SALVE PRINCEPS JUVENTUTIS noſtræ, ornamentum Academiæ, Spes ſubditorum tuorum, Flos & delitium Generoſiſſimæ Familiæ tuæ.

SI mihi jam vel Ciceronis vel Schuppii noſtri eſſet Eloquẽtia, prolixè me diffunderem in laudes tuas, & generoſiſſimi animi tui divitias deſcriberem, quæ ſpem fati melioris Patriæ tuæ partim oſtendunt, partim pollicentur. Sed dabis veniam non tantùm naturali ingenii mei ſiccitati, ſed & imperitiæ meæ, quòd Græcorum monumentis nimis intentus, & in Romani ſermonis elegantiâ hoſpes, humilimam animi mei devotionem Generoſitati Tuæ ſatis hoc modo explicare neſciam. Patere, ô Domine COMES, ut dum alii diffusè magnitudinem Virtutum Tuarum venerantur, ego tacendo perorare & omnia religioſo ſilentio approbare pioq; voto obſignare queam. Quod ſi tamen antiquitatẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

atq; amplitudinem perilluſtris atq; genero-ſiſſimæ gentis tuæ intueor; ſi cõſidero, quã-to animi ardore veſtigia, quæ non pauci in eâ Heroes preſsêrunt, impleas, non poſſum nõ naturæ meæ vim inferre, & ex taciturno loquax fieri. Si Hiſtoricos conſulo, video quod originẽ VValdeccenſium Comitum referant ad Wedekindũ, Comitẽ à Schvva-lenberg, quẽ Carolus Magnus Diœceſis Pa-derbornenſis Advocatũ cõſtituit. Quod jus ex poſteris quidam Widekindus Waldeccẽ-ſis, cum Friderico Barbaroſſa in Palæſtinam abiens, Collegio remiſit. Non mihi libet pa-tientiâ tuâ abuti & ſtirpis tuæ genealogiam non neſcienti recitare. Sed hoc tamen dico, quòd arma cum literis & literas cum armis gẽs veſtra utiliſſimè ſemper miſcuerit. Quis adeo hoſpes eſt in Hiſtoriis, ut non audiverit de fortitudine *Henrici Ferrei*, Comitis Wal-deccenſis, conditoris arcis tuæ Landojæ? Quis adeo ignarus eſt rerum ſeculi ſuperio-ris, ut neſciat, quantâ cum pietate, quantâ

cum

cum ingenii dexteritate & immortali laude Proavus tuus *VVolradus II.* Comes Waldeccenſis, fuerit Pręſes Colloquii Imperialis Ratiſbonæ habiti? Si Annales Academicos perluſtramus, videmus & *Philippum* & *Johannem* & *Samuelem* & *Fridericum*, Comites Waldeccenſes, diverſis temporibus Marpurgi ſtudiorum gratia vixiſſe. Ut jam nihil dicam de ingenti ſapientiâ Joſiæ avi tui. Nihil de virtute Patris tui CHRISTIANI, quem Philippus III. Haſſiæ Landgravius, ille literatorum Apollo, in delitiis ſemper habuit, cum quo per literas de rebus Mathematicis aliisq; ad ſolidam ſapientiam pertinentibus jucundiſſimè ſemper collocutus eſt, qui deniq; glorioſiſſimis Imperatorib. Rudolpho II. Matthiæ I. Ferdinando II. acceptiſſimus fuit, adeo ut ab hoc non tantùm in numerũ Camerariorum & Imperii Conſiliariorum proprio motu adoptatus fuerit, ſed & alia honorum incrementa acceptare potuiſſet, niſi mediocria firmiora crediďiſſet. Inclyta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

illa gens veſtra virtutum ſuarum radios non ita celare potuit, ut non ſæpiſsimè fulgore ſuo dilectiſsimam Patriã noſtram penetrârit, adeo ut fortiſsimi Haſsiæ Principes ſibi non ſemel glorioſum duxerint cum Domo Waldeccenſi affinitatis vinculo coire. Nam & olim *Otto*, Comes Waldeccenſis, qui floruit circa annum MCCC., uxorem habuit Sophiam, Filiã Henrici Infantis Haſsiæ. Et *Daniel*, Comes Waldec. duxit uxorẽ Barbaram Philippi Haſsiæ Landgravii Filiã, quæ antea fuerat vidua Comitis Würtenbergici. Et nuper Illuſtriſsimus ac Celſiſsimus Princeps ac Dominus, Dominus Hermannus, Haſsiæ Landgravius, Paternarum ſcientiarum feliciſsimus æmulus, cum generoſiſsima Sorore Tuâ iniit matrimoniũ, breve quidem ſed feliciſsimum. Servet Te DEUS, *Generoſiſsime Domine* COMES, faciatq; ut aliquando veteris Virtutis Germanicæ miraculis adſcribaris, & in exemplum Hiſtoriæ & poſteritatis vivas, ut ſciant omnes, quâ induſtriâ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

duſtriâ fama conſtet & fortuna corrigatur. De Patre Tuo, *Comite Chriſtiano*, fama loquitur, quòd fuerit humilis coram Deo, cõſtans in fide, devotus in precando, diligens in audiendo verbo divino & uſurpandis Sacramẽtis, beneficus & miſericors erga pauperes & afflictos, liberalis erga Peregrinos, ſincerus in promiſsis, candidus in negotiis, fidelis in amicitiis excolendis, verax in ſermone, profundus in conſultando, acutus in ratiocinando, conſtans in exequendo, taciturnus in fovendis arcanis, animoſus in periculis, modeſtus afflante fortunâ atq; eadẽ novercante patiens & confidens, humanus in geſtu, affabilis & blandus in converſatione, attentus in exaudiendis miſeris, juſtus in judiciis, promtus in auxiliis, cautus in ſuppliciis, hoſtibus ſuis placabilis, vicinis pacificus, omnibus benevolus aut amicus. Has virtutes hæreditariâ naturæ benignitate in te transfuſas videmus, & proinde juventus noſtra Te veluti ſpeculum bonæ mentis veneratur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

neratur. Et ſanè, quid Senatus Academicus de generoſâ indole tuâ judicet, ſatis ex eo apparet, quòd nuper ſceptra, claves atq; alia Supremi Magiſtratus noſtri Academici inſignia Tibi obtulit, quæ ingenioſa & graviſſima oratione Te modeſtiſſimè recuſaſſe, res eſt, quo luculenter docere voluiſti, quòd plerumq; magnæ mentes ſibi ſufficiant, & honores malint mereri quàm habere. Cæterùm ignoſce audaciæ meæ, quam mihi bonitas Tua facit. Ajunt in Hollandia civem quendam ſimplicem & bonum olim vidiſſe Principem jam jamq; imperii habenas capeſſentem, ipſiq; dimidium thalerum dono obtuliſſe, addito hoc voto, ut & in poſterum bonus & pius eſſe pergat, ſi plura ſperare velit. Principem delectatum fuiſſe pia civis ſimplicitate, donumq; ſerena fronte acceptaſſe. Ridebis fortaſſe, Clementiſſime Domine, quòd ego quoq; illius Civis ſimplicitatem imiter offerendo hunc tenuē libellum, quem perilluſtri Nomini Tuo humilimè inſcripſi. Sed pro ingenita pectoris tui generoſitate non ipſum donum ſed humilimum affectum meum inſpicies, & cogitabis, quandoq; etiam mola ſalſa litare eos, qui thura non habent Vale, Perilluſtris Domine, & ſpes de Te conceptas feliciſſimè imple. Dabam Marpurgi Calendis Martiis cIↄ. Iↄc. XXXXII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

PARS II.

ANTIQUITATUM BIBLICARUM.

Geneſ. C. XXXVII. ℣. XXXVI.

הַמְּדָנִים מָכְרוּ אֹתוֹ אֶל־מִצְרָיִם
לְפוֹטִיפַר סְרִיס פַּרְעֹה שַׂר הַטַּבָּחִים,

LXX. Οἱ Μαδιηναῖοι ἀπέδοντο τὸν Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον Πετεφρῆ τῷ σπάδοντι Φαραὼ ἀρχιμαγείρῳ.

Vulg. V. *Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Phutiphari Eunucho Pharaonis, Magiſtro militum.*

ANTIQUITUS in Oriente magnum erat & honoratum officium, *Præfectura carceris*; namque erant, quibus capiendorum & plectendorum ſontium ἐπισκοπὴ demandata, viri magni, שָׂרִים, atque potiſſimùm Præfecti militum, quod videre eſt ex diverſis Scripturæ & Antiquitatis locis. In libro primo Pentateuchi Putiphar, cui in aula Pharaonis fuit autoritas magna, nominatus legitur שַׂר הַטַּבָּחִים, quod eſt, ſi κατὰ πόδα vertis, *Princeps mactatorum*, cum Ebræis ſit טָבַח, *mactare, occidere, immolare*, σφάττειν, Gen. 43. 16. Exod. 22. 1. Deut. 28. 31. θύειν 1. Sam. 25. 11. Jer. 11. 19. idquè dicatur duplici reſpectu ratione diverſorum objectorum, circa quæ ma-

Pœnarum publicarũ præfecti & miniſtri.

 ctatio

ctatio occupatur. De facinoroſis dictum, certum eſt eo denotari non minus Arabibus quàm Ebræis *decollationem*, ἀποκεφαλισμὸν; quemadmodum Græcis translatè μαγειρεύειν *occidere* notat Thren. 2. 21. de Dei ultione, cùm populi Judæ ſceleribus graviſſimis iratus dicitur occidere & mactare, ἀποκτείνειν καὶ μαγειρεύειν. Eoq́; pertinet derivatum מַטְבֵּחַ, quod de ſtrage futurâ hominum Eſa. c. 14. v. 21. dicitur. aſt contra *de beſtiis* dictum nomen טַבָּח, μάγειρος lanio, vel coquus etiam 1. Sam. 9. v. 22. 24. erit, quod laniones & coqui occidãt coquendas pecudes. à quo acceperunt Arabes ῥῆμα μαγειρικὸν, ut etiam Aben Ezra in Prov. c. 9. 2. docet, quod *coquere* ſignificat; ex quâ ſignificatione eſt LXX. Interpretib. שרהטבחים *Sar Hattabachim*, ἀρχιμάγειρος i. e. Magiſter coquorum, Küchenmeiſter.

Μάγειροι duplici ſenſu Græcis veniunt. 1. *macellarii*; οἱ ἐν ἀγορᾷ μάγειροι, οἱ τὰ κρέα καταкόπτοντες καὶ πιπράσκοντες. 2. *Coci*, οἱ κατ' οἶκον μάγειροι. Illi *crudas* carnes; hi *coctas* habebant

κοσμοῦντες χύτρας ἀρτύμασι παντοδαποῖσιν,

ut loquitur Pſicharpax Homericus * de coquo ſuo, qui Domini delicatam habebat gulam, ciboſq; optimè parare & condire noverat; quo nomine etiam coquus quidam laudatur apud Athenæum *l. 9. Dipnoſ.* 16. ubi quoq; μάγειρος ſe adverſus Æmilianum Grammaticum effert, quod miniſtraverit Seleuco, Syriæ Regi, & Agathocli, Siculo Tyranno. ibidemq́; à Poeta Demetrio deſcribitur ἡ μαγειρικὴ καπνιζομένη τυραννὶς, *dominium fumo obnoxium*; ſiquidem coqui *in culina fumificâ*, ut Sidonio nominatur, imperium & tyrannidem ſuam obtinebant. Putarunt itaq; Græci Interpretes Potipharum (qui illis Πετεφρῆς, Aquilæ verò & Symmacho Φουτιφὰρ, nominatur) fuiſſe aut

* Βατραχομ. v. 41.

Præfe-

Præfectum Coquorum, aut, ſi mavis, *Præfectum Lanionum*, qualis Inſpector etiam Romanis erat *l.* 1. §. 11. *de offic. Præf. urbi*, ubi hæc legimus: *Cura carnis omnis, ut juſto pretio præbeatur, ad curam Præfecturæ pertinet, & ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt, ſed & cæterorum pecorum ſive armentorum, quæ ad hujuſmodi præbitionem ſpectant, ad ipſius curam pertinent.* Sed eam ſententiam Græcorum jugulandam cenſemus, cùm abhorreat ab hiſtoriâ, è quâ legenti puto conſtabit, Potipharum fuiſſe Principem in aula regiâ, quem nos *Mareſchallum* vel potiùs *Capitaneum cuſtodiæ Regiæ* nominamus, à quo rerum agendarum peteretur autoritas; nam cauſarum totius aulæ diſceptator erat, ut etiam præeſſet ſontibus & capitalibus ſuppliciis, haberetq; in poteſtate ſuâ cuſtodiam carceris, ut è cap. 40. v. 3. liquidò conſtat, cui incluſi duo miniſtri aulici à Joſepho expectabant omnia ad victum neceſſaria. ex quo rectius Chaldæus tranſtulit, רַב קָטוֹלַיָּא *Princeps interfectorum*, à קְטַל, quod eſt Chaldæis & Syris, *occidere, interficere.* Sine dubio autem intelligit Principem vel Præfectum Satellitum; aut rerum capitalium Præfectum. inde Tigurini verterunt: Ein Obriſter der Criminal Sachen: quod Theodati Italica verſio *Capitano delle Gvardie.* ac prorſus ſimiliter Anglica: *Captaine of the guard.* Genevenſes: *Prevoſt del' hoſtel*, Præfectus Palatii. Junius & Tremellius: *Præfectus Satellitum*, ubi in Notis ſubjungunt: *Hebræa vox communis laniis, cocis & ſatellitibus, ſignificat* mactatores, *quia illi animalia ad cibum, hi verò ſontes in ſupplicium mactabant. Hinc duo illi Pharaonis aulici huic cuſtodiendi traduntur, cujus erat damnatos plectere infra* 40. 3. *& Rex Babyloniæ Ieruſchalaimis captis ac Rege abducto, ſuum ma-*

ctatorum ſive ſatellitum Præfectum eò miſit, ut capitalem ſuam ſententiam in reliquias populi ipſamq; civitatem exequeretur 2. Regum ultimo. Hi Latinè Quæſtores rerum capitalium *dici poſſunt, non autem* ἀρχιμάγειροι*, ut verterunt Græci.* Græcis hoc loco palmam præripit Vulgatus Interpres, qui per *Magiſtrum militum* explicuit, qui etiam τὸ סריס vertit *Eunuchum*, de quâ appellatione vide Diatribem noſtram Jenæ olim inſtitutam de uſu lectionis ſcriptorum ſecularium in ſacris, ut & ſupra part. 1. pag. 142. ſeqq. ubi docemus fuiſſe apud Orientales cōſuetum *Satrapas, & aularum Principes*, item quoſcunq; Miniſtros aulicos, hoc nomine inſignire, ut omnino errare Marcū Marinum cenſeam, ſcribentē *in Arca Noæ* (ſic titulus lexici ſui fert) Potipharum *verè caſtratum* fuiſſe: nupſiſſe autem, vel quod haberet teſtes ſolos abſciſſos, vel certè explendæ libidinis cauſa, tactu, oſculo, & hujuſmodi. Frigidior quovis Eunucho explicatio, quam linquimus. Interpretemur autem heîc Putipharum Magiſtrum Palatii, Præfectum ſatellitum aut, ut cum Romanis loquar, Præfectum Prætorio, ad quem inter alia officia aulica etiam cura punitorum & puniendorum pertinebat. Capitis autem ſupplicia à militibus & ſatellitibus irrogata, paſſim docemur. imò ſæpe, qui militiæ præerant, damnatos ſua ipſi manu interficiebant. & ſic nil mirum, ſi Sar Hattabachim expreſſerit *Magiſtrum militiæ* Vulgatus noſter Interpres. nam, ſi expendantur loca, in quibus שרם & טבחים extant, pleraque ad bellum & ad homines rebus bellicis præfectos pertinere obſervatur. Legimus 2. Reg. c. 11. v. 15. præcepiſſe Iojadan Sacerdotem *Centurionibus qui erant ſuper exercitum*, אֶת שָׂרֵי הַמֵּאוֹת פְּקֻדֵי הַחַיִל, τοῖς ἑκατοντάρ-

χοις

χοις καὶ τοῖς ἐπισκόποις δυνάμεος, educerent Athaliam matrē Ochoziæ per medios ordines militum & interficerent v. 16. juxta domum Regis gladio in pectus immiſſo v. 20. Legimus 2. Reg. c. 9. Jehu miſſum à Deo ad tollendum Regem Achab, & omnem ejus progeniem v. 7. & 8. præcepiſſe Jehu militibus & Ducibus ſuis לָרָצִים וְלַשָּׁלִשִׁים τοῖς παρατρέχουσι καὶ τοῖς τριστάταις, ut in ore gladii percuterent omnes cultores Baal, *cap.* 10. *v.* 27. Idem paratum erat ſupplicium innocentiſſimo *Davidi*, quem Saul per *ſatellites* 1. *Sam.* 19. *v.* 11. *apparitores v.* 14. *nuntios v.* 15. *lictores v.* 20., ut diverſimodè redditum, interficere decreverat. Conſuetudine loquendi Romanorum *Lictores* & *Apparitores* vocabantur, qui Magiſtratibus apparebant, atq; ad eorum juſſa efficienda paratos ſe promtosque offerebant. quod ipſum miniſterium *apparitura* dicitur Suetonio * & *apparitio l. ult.* §. 3. *Quod metus cauſa. ab apparere*, quod eſt ad obſequium præſto eſſe. *Lictores* ligabant manus reorum, & carnificis munus fungebantur, unde illud: *I lictor, colliga manus, verbera.* Quæ vulgato Interpreti explicando inſervient; hac enim licentiâ uſus fuit, ut paſſim inſeruerit locutiones è fori Romani ritibus deſumtas. In libro primo Regum cap. 22. comm. 26. cùm *Michea Propheta* eſſet includendus carceri, traditur in poteſtatem Filii Regis: ait enim Rex Iſrael: *Tollite Micheam & reducite eum ad Amon* Præfectum civitatis, שַׂר-הָעִיר, ἄρχοντα τῆς πόλεως, *& ad Ioas Filium Regis, dicetisq;: Sic ait Rex: Conjicite hunc in carcerem, & date ei panem tribulationis & aquam anguſtiæ*: adeo ut *Filius Regis* ſummus fuerit carceris & captivorum Præſes, vitæ & necis diſpenſator; qualis erat apud Ægyptios regnante

* *lib. de Gramm. c. 9.*

 Phara-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Pharaone Putiphar; communia enim jura præſcribebant illi, ac ſub ſe Præfectos habebant, id quod obſervatu dignum, ut ſcias magno in honore fuiſſe hos *Præſides*, penes quos eſſet ſumma *rerum capitalium* provincia in omnes facinoroſos ſcelerisq; conſcios. Capitalia in hoc genere judiciorum ſunt, quæ delinquenti caput naturale, vel etiam civile, adimunt. *Sunt* enim *pœnæ, quæ aut vitam adimant, aut ſervitutem injungant, aut civitatem auferant*, l. 6. §. ult. de pœnis. Conferamus heîc Romanos, apud quos *Prætores* & *Quæſitores rerum capitalium* judiciis & judicibus præerant. *Reum fieri*, inquit Aſconius, *eſt apud Prætorem legibus interrogari*; quæ Prætori quoque Juriſdictio ex lege 12. Tabb. * competebat. Romæ autem primum jus reddiderunt Prætores, ita tamen, ut legis condendæ autoritatem non haberent, ſed litium tantummodò diſceptatores juriſque civilis eſſent cuſtodes, judicesq; queſtionis ob capitalem cauſam. *Iudicem quæſtionis* dici à JCto Marciano *Prætorem* G. Budæus *Ann. poſt. in pand. p. 66. & 72.* affirmat; aliumq́; fuiſſe à Quæſitore nonnulli ajunt. Aliquando permutari ſcimus, & dici Quæſitorem ipſum Judicem quæſtionis, & viciſſim. Eadem olim in Oriente animadvertendi ratio & ordo fuiſſe videtur. *Pharao* mandabat *Potipharo*, Prætori, ut in Piſtorem & Pocillatorem, itemque Ioſephum, quæſtionem ac judicium exerceret. Sic *Ioas* filius Regis Achab ex Sc̃to, ut ita dicam, creatur Prætor, cui dabatur ſortitio, electio judicum, concedebatur etiam poſt cognitionem, vitæ necisq́; poteſtas. *Ammon Iudex* in conſilio declaratur, ut de Michea cognoſceret, ſententiamquè ferret. Triumviri capitales demum decretum conſilii im-

Cicero 3. de legibus.

l. 1. §. 1. D. ad l. Corn. de Sicar.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

filii impii exequerẽtur. ut hîc illa verba Valerii uſurpare liceat : *Tam admirabilis ſpectaculi novitas ab ipſo cuſtode ad triumvirum, à triumviro ad Prætorem, à Prætore ad conſilium judicum perlata.* Admirabilis certe fuit & execranda ſpectaculi novitas, à ſatellitibus & cuſtodibus regiis v. 26. 27. Micheam, juſtum & tenacem propoſiti virum, qui bonum dixerat pro gloriâ Dei Iſraelis conſilium, in judicium trahi innocentem, Regem peſſima pro optimis ſequi. Surdæ erant ad optima conſilia Achabo aures, acciditque Prophetæ, cujus erat in ore ſpiritus veritatis, quod Polydamanti Homerico; ubi Hectori (heîc v. 6. Pſeudoprophetis) quidem aſſenſerunt mala conſulenti, lib. v.

I. λ. 6. v. 313.

Πουλυδάμαντι δ᾽ ἄρ᾽ οὔτις, ὃς ἐσθλὴν φράζετο βουλήν.

Benadad, Militum Ducem, fuiſſe ſupplicium exequutum in Adoniam, Salomonis Fratrem, & in Joab, Præfectum militum, legimus : *Miſit Rex Salomon per manum Benajæ, filii Iojadæ, qui interfecit eum* (Adoniam) *& mortuus eſt.* neque enim Salamon germano Fratri Adoniæ pepercit, ſed juxta ἀκριβοδίκαιον juſtum de eo ſumſit ſupplicium. Addo de *Nebuzardan* δούλῳ βασιλικῷ ut LXX. vocant, ſive Præfecto ſummo regii exercitus Chaldæorum, qui Hieroſolymam venit רב טבחים, pro quo Interpres noſter, *Præfectus militiæ*, melius quàm Pagninus & Vatablus, ut pœnas defectionis expoſceret; & accensâ civitate reliquam populi partem, quæ remanſerat, unà cum Rege & optimatibus duceret ad Regem Babylonis in Reblatha, v. 5. 6. 9. 11. 18. 19. 20. *percuſſitque eos*, ut defectionis & rebellionis reos, *Rex & interfecit eos* v. 21. Regi adſcribitur actio, quæ erat Miniſtrorum, more S. ſcripturæ *Gen.* 46. 29. 2. *Sam.* 2. Reg. c. 25.

Sam. 12. 9. Conf. Ier. c. 39. verſ. 9. 10. 11. 12. 13. Ionathan
Scriba propoſitus erat ſuper carcerem, *Ier. c.* 37. *v.* 14. cui
mancipabatur Jeremias, *v.* 15. Adde, quod in magnâ felicitatis parte ponendum fuit, *Salathielem* durante Babylonicâ captivitate è carcere liberatum, ἀιχμαλωτάρχην ſivè ראש הגולה, *Magiſtrum clauſorum*, admiſſum fuiſſe, ut aliqui de ipſo profitentur. Hoc etiam legimus exemplum in Tanchuma de Rege quodam, qui tradiderat viro cuidam illuſtri (סנקליטיקים, συγκλητικὸν vocat), cujus luminibus obſtruere conabantur peſſimè-invidi viri, ut pœnas delictorum ſuorum darent. Par huic extat in Hiſtoria Eſther, ubi lege, quomodo punitum idem vitium in *Hamane*, qui poteſtate & imperio ſuo abutens ſub Rege Perſarum Aſſuero Mardochæum & qui erant de populo Mardochæi, omnesq; qui Judæi ſanguinis cenſerentur, tolli juſſerat; ſed in ejus caput malum volvebatur, dum iſipſe patibuli Candidatus in patibulo contra ſolem ſuſpendi jubetur. Neque enim lex juſtior ulla eſt, quàm necis artifices arte perire ſuâ. *Ovid. l.* 1. *de arte.*
Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet, ſibi paratam peſtem,
Cicero 2. *Tuſc. quæſt.* *ut participet parem*, ait diſertiſſ. Romuli nepotum. * Edictum Mithridatis erat ſimile edicto cruento ad Aſſueri
c. 3. *v.* 13. literas * procurato, ut omnes pariter Romani, qui in Aſia forent, eorumque mulieres cum pueris & liberis interficerentur. Hiſtoriam recitant Appianus, L. Florus, Val. Maximus. Vtebantur v. operâ ſtipatorum Principes, aut militum lanceis utentium in legione, ad damnatorum & devictorum caput amputandum, vel alio pacto in reos lege agendum; milites enim fortes & ſtrenui ſatellitium olim Magiſtratibus præſtabant, & quidem

latera

latera ipſorum tegentes omnem ab ipſis vim & injuriam prohibebant. Legimus 1. *Sam.* 22. *v.* 17. Saulem præcepiſſe *ſtipatoribus* ſive militibus ſuis prætorianis, ut Sacerdotes Domini neci darent. cujus tamen impio juſſui milites reverentiâ Numinis Sancti tacti obedire recuſarunt, excepto *Edomita Doeg*, qui animo parato ad impia imperia nefarias extendit manus in Chriſtos Domini. Eodem ictu ſibi necem conſcivit Saul, cum infelici Marte pugnarum eſſet contra Philiſtæos, & in ſemet ſatellitis officium occupavit. Holofernes Ἀρχιστράτηγος τῆς δυ- 1. *Sam.* 31. *v.*
νάμεως ſuis *militibus* tradidit veritatis impatiens *Achiorem* 4.
Ammonitam, qui ſcito ſermone diſſuaſerat bellum in Iſraelitas ſuſcipiendum. Par huic Darii factum, qui Charidemum Athenienſem, tum maximè utilia Regi ſuadentem, abſtrahi ad capitale ſupplicium juſſerat; de quo vide Diodorum lib. 17. In N. T. *Herodes* per ſatellites de medio tolli juſſit infantes à bimatu & infra, ſecundum tempus, quod exquiſiverat à Magis, metuebat enim Tyrannus, ne is, quem natum NOVUM REGEM audiverat, res novas adverſus ſe moliretur, foretq; aliquando, ſibi imperium extorqueret: quo conſilio pernitioſiſſimo miſſis militibus magnam infantum ſtragem edidit, execrando, barbaro, infando planeque impio facinore, turpiſſimam ſibi ut gentis Ebrææ Regi, adeoq; ipſi etiam Romano Cæſari Auguſto inviſam. percepta ſiquidem pluſquam beluinâ eâ tyrannide dixiſſe fertur Princeps Imperii optimus: *Malle ſe eſſe porcum Herodis, quàm Filium.* *Macrob.* 2.
ſalsè meâ ſententiâ & acutè in ipſam gentem, quæ ritu *ſat.* 4.
patrio porcis parceret, in propriam autem, quod omnem ſupergreditur feritatem, prolem ſæviret. *Crude-*

 litas

litas minimè humanum malum eſt indignumq́; regio animo; fe-
rina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere ac vulneribus, & abjecto
lib. de Clem. *homine in ſylveſtre animal tranſire*, ex Seneca de crudeli illo
& ἀπανθρώπῳ facinore Herodis libet dícere, & exclama-
re verbis Luciani: ἰϐ̀, ἰϐ̀, ἰϐ̀, δεινῶν βϐλευμάτων. Voleſus
l. 2. de ira. quidam apud eundem Senecam tempore Auguſti cùm
trecentos unâ die ſecuri percuſſiſſet, exclamavit: *ô rem*
regiam. Nos de Herode; *ô rem tyrannicam*. Singulari quo-
dam ductu Prophetæ in idololatras animadvertebāt. E-
lias 1. *Reg*. 18. 40. interfecit Vates Baaliticos ſuapte manu.
Samuel 1. *Sam*. 15. 32. 33. in fruſta concidit Agagum, Re-
gem Amalekitarum; idq; in honorē Dei. *O rem Propheti-*
cam! Olim etiam Magiſtratus rerū capitalium peculia-
ris in carcerem condemnatos curabat. De Athenienſi-
um *undecimviris* Suidas *in verbo* ἕνδεκα Ariſtot. 6. *Polit*. 8. &
Plato in *Phædone* teſtantur. Functio ferme eadem erat,
quæ Romæ *Triumvirorum capitalium*, qui carceris cuſto-
diam habebant; ut cum animadverti oporteret, inter-
l. 2. §. 30. de O. I. ventu eorum fieret; cujus notant exempla Budæus
Ann. poſt. in Pand. pag. 215. Muretus *in de orig. & progreſ-*
ſu juris Romani pag. 47. Pontanus *vol*. 1. *Progymnaſm*. 32. 159.
His aderant vinctorum cuſtodes, ſtatores, commentari-
enſes, δεσμοφύλακες. Jul. Firmicus de errore profan. re-
lig. *Erant homicidiis publicis præpoſiti, & exceptores earum*
ſententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur: aut cor-
nicularii, *aut* Commentarienſes, *quibus damnatorum cu-*
ra committatur: ſeu claviculari, *vel* carcerum cuſtodes,
& quibus publicarum catenarum cura credatur, aut præpoſiti
carnificum, *aut ipſi* carnifices, *aut qui damnatos homines fla-*
gellis lacerare conſueverint. Joſeph in Ægypto δεσμοφύλαξ
fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

fuit. Miniſtri erant, qui Micheæ diurnum cibum ac po-
tum præberent, panem ſc. & aquam meram; quam δεσ-
μωτηρίου δίαιταν fuiſſe, etiam inter Alexidis τὰ γνωμικὰ repe-
ritur coſignatum. Act. c. 16. v. 27. Philippenſium δεσμο-
φύλαξ nominatur, cum *Paulus & Silas*, Zelotæ pro glo-
riâ ſervatoris, juſſu Magiſtratus in carcerem mittuntur.
v. 22. καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν; καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥή-
ξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν v. 23. πολλάς τε ἐπι-
θέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ
δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς. Arabs Interpres τοὺς
στρατηγοὺς explicat per *Præfectos Satellitum* ſive lictorum,
qui facinoroſis puniendis præſunt. Lictores illi ῥαβδοῦχοι,
quos Interpres noſter *Viatores* reddit, vocantur, quorum
munera præcipua tria: *Submotio*, *animadverſio*, *Præitio*;
de quibus B. Briſſonius *l.* 3. *Antiqq. Iuris.* Gualtherius
in animadv. ad antiquas tabulas p. 178. & fuſius multo Lipſi-
us 1. *Elect.* 23. Romulus, Rex primus Romanorum, leges
condit, earumq; autoritatem aſſerebat non ſine vi, &
præcipuè *minis duodecim lictorum*, quibus erat ſtipatus.
S. Marcus Johannis Baptiſtæ incarcerati decollationem
ſaltatricis puellæ voto expetitam enarrans ait, à *ſpiculato-*
re Herodis eum decollatū. * Σπεκουλάτορες erant, qui nuda- * c. 6. 27.
to gladio hominū amputabāt cervices; de quibus Claſs.
1. egimus. Quales, ut recentiori & inuſitato antea utar
exemplo, fuêre quadraginta quinq; percuſſores, Coup-
pe-jarrets appellati, quos ſatellitio ſuo aſſcripſerat Hen-
ricus III. Gallorum Rex. * Pœnæ miniſtros vocares cum * Bronchorſt ad Danai Aphor. polit. p. 306.
Manilio lib. 5. v. 635. --- *immitis veniet, pœnaq; miniſter*

Carceris & duri cuſtos, quo ſtante ſuperbæ
Proſtratæ jaceant miſerorum in limine matres.

 Pro-

Profecto ita ſe res habebat in foro Romano, ut per manus Tribunorum, Centurionum & Militum ſententia Judicis in reos exequeretur; cujus ſunt manifeſta indicia in variis hiſtoriarum monumentis. *Chriſtus* Salvator innocentiſſimus, ipſe experitur, flagra, vincula, crucem. μαστιγοῦν, στρεβλοῦν πάντες ἐβόων. militū hoc munus fuit. unde * Eſa. 53.4. & flagellatus, *humiliatus percuſſusq; à Deo*, * dicitur. *S. Paulus* à Tribuno ductus in caſtra flagris examinatur Act. c. 22. v. 24. In Arabico exemplari eſt *Alamiron*, quod eſt ab אמר, *præcepit, imperavit*, & inde אמרין, *Dux, Capitaneus, Præfectus, Tribunus.* Hodie in Turcia vox frequens eſt, quæ inde tranſiit ad Europæos, quibus *Præfectus maris* Admiralius dicitur. Græci inferioris ætatis ἀμηραίους & ἀμηραλίους interdum vocant, ut Meurſius *in Græco-Barbaris* notat; à Latinis Scriptoribus mirificè variari, Gretſerus *Tom. 3. de S. cruce cap.* 12. Henricus Spelmannus *in Archæologo pag.* 12. 13. *&* 14. oſtendunt. A Tribuno traditur Paulus, ut flagellis haberetur quæſtio de eo, nam ad exprimendam veritatem flagellis (aliâs igne, rotâ, equuleo & aculeo) uſi fuêre antiquitus, & cum adſtrinxiſſent eum locis ſcuticasq; expediviſſent, actutum dixit aſtanti ſibi Centurioni Paulus: *Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellari?* Liberum loris cædi nefas erat. non enim liberi homines aut cives Romani hâc flagellationis pœnâ, quæ ſervilis erat planeq; libero homine indigna, affici poterant, niſi prius *ſervi pœnæ* facti fuiſſent. *Facinus eſt vincire civem Romanum, ſcelus* Act. in Verrem. *verberare*, ait Cicero. Ideo, quia Romani ad irroganda ſupplicia utebantur hominibus militaribus, inde eſt, quod Matthæus *cap.* XXVII. refert, poſt ſententiam à

Pila-

Pilato in prætorio de Chriſti nece latam, *milites apparito-*
res Chriſtum jam damnatum ſuſcepiſſe, & *univerſam co-*
hortem, ὅλην τὴν σπεῖραν, congregaſſe v. 27. *quatuor milites*
Chriſti crucifixi veſtes ſumſiſſe, *Centurionem* Chriſtum
& latrones cuſtodiviſſe. erat enim moris, ut ii, qui in cru-
cem acti erant, per militum manus cuſtodirentur; teſte
Petronio. *Miles*, inquit, *cruces aſſervabat, ne quis corpora*
ad ſepulturam detraheret. inde Judæis poſtulantibus à Pila-
lato, ut Chriſti ſepulti monumentum cuſtodiri ſive mu-
niri juberet, reſpondit Pilatus: ἔχετε κουστωδίαν, ἀπάγετε, ἀ-
σφαλίσασθε, ὡς οἴδατε. *v.* 65. Sepulchro conditum magna
etiam militari manu diligenti cuſtodiâ circumſedêrunt
lictores & ſatellites quæſtionarii. nam ejuſmodi fuiſſe
homines, qui *quæſtionarii* dicerentur Romanis, Cuſto-
des ſepulchri ſancti, ex Syro animadvertit Fullerus 4.
Miſcell. 17. contra quam Theodorus Beza, qui milites
præſidiarios, templi cuſtodiæ deſignatos, fuiſſe notat,
cujus opinionis nullam eſſe habendam rationem cum
Fullero ſtatuunt Barth. Maierus *part. 1 philol. ſacr. c. 6. pag.*
255. 256. Ludov. de Dieu *in Animadv. ad N. T.* Centurio
iſte in cuſtodiam Servatoris adhibitus ab *Autore ludi ſce-*
nici de morte Chriſti, quem apud Cl. Dn. Bachmannum
in Cod. membranaceo perveteri vidi, vocatur Cint-
grave, voce priſcâ. Centgravii autem, quos nobis Corn.
Tacitus deſcribit, *centenorum* erant *militum*, quos ex pa-
gis olim deligebant bellicoſi Teutones, *Præfecti* aut Ju-
dices: eodem honore & nomine, quo fuerant Romanis
Centuriones. Nec hodie nominum extincta fama in voci-
bus, Landgrave/ Margrave/ Pfaltzgrave; auguſti tituli ma-
giſq; aucti ſerâ conſuetudine, innumeriſq; modis diverſi

à *Centgravio*, cujus veſtigia quædam obſcura in iiſdem vel nunc Germaniæ regionibus ſuperſunt; & quæ nec hoc die vox deſiit in patriâ meâ dici de eo, qui captivis præeſt. Umbra & ſine honore multo nomen, quod mutata Republica veteri vim ſuam & valorem perdidit, & aliud nunc oſtendit, aliud ante ſignificabat; nihil enim ſtabile eſt, non tàm urbium quàm hominum officia & tituli volvuntur. Nobile olim apud Germanos fuiſſe conſtat; nam & bello & pace ſummus erat Centgravius; ut doctè oſtendit ſagax antiquitatis promus & condus Henr. Speelmannus. cujus viciſſitudinis quoq; Judices arcani *Scabini* dicti teſtes ſint, quibus jus erat olim plectendi perjuros aut facinoris compertos. nam ſibi ſumebant facultatem reſpondendi de jure tàm in criminalibus quàm civilibus, ut Jcti docent enucleatè. vernaculâ noſtrâ dicti Schöffen / quibus à Carolo M. poteſtatem interficiendi atq; è medio tollẽdi eos, qui à Chriſtianâ, quam primum ſuſceperant, fide defecerant, datam animadvertit Mich. Beutherus. & inde dictos q. Schaf-hin Adr. Junius *in Nomenclatore* annotavit; de qua etymologiâ audaciori non ero ſolicitus. eſt enim mera alluſio; qualis illa Rabbini cujuſdam, qui שִׁמּוּשׁ, *ſervitium*, detorquebat in uxorem ſuam, Sie muß. Sed hæc miſſa facio, ſi non ingrata, fortaſſe intempeſtiva. Illud autem puto anquiſitione intempeſtivum non fore, num inter ſe conferri queant Orientalium Sar Hattabachim atq; Romanorum Tribunus, vel etiam Præfectus Prætorio, quibus olim data fuit licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem, quibus etiam milites vicem præſtabant carnificis, quod apud nos nomen hodie viliſſimum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

& cum odio hominum conjunctum, ut Magius 4. Miſc. *l. off. 12. §. 2.*
16. oſtendit. *Officium Tribunorum eſt*, inquit Macer, *vel* *ff. de re milit.*
eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris retinere, ad exer-
citationem producere, clavos portarum ſuſcipere, vigilias inter-
dum circuire, frumentationibus commilitonum intereſſe, fru-
mentum probare, menſorum fraudem coercere, delicta ſecun-
dum ſuæ autoritatis modum caſtigare, *principiis frequen-*
ter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios in-
ſpicere. Præfectus Prætorio militibus iis præerat, quos
Imperator in ſui cuſtodiam delegerat, ejuſq; inſigne erat
gladius, quo à Principe donabatur in ſignum officii, quo
de quæ Pet. Faber 1. Semeſt. 3. conſignavit, lectione
dignum arbitror. Optimum & honorificum fuiſſe nô-
ris officium, quemadmodum quidem etiam fuit Puti-
pharis in Ægyptia aula, cujus officium ſine gladii geren-
di poteſtate & ſine δορυφόρων apparitura nec eſſe nec in-
telligi poteſt. itaq; rectè Jonathan & Thargum Hieroſ.
Putipharem dicunt *Præfectum Spiculatorũ*, רַב סַפּוּקְלָטוֹרַיָּא
Per *Speculatores* perſpicuè intelligunt ſatellites, quibus
etiam ſontes tradebantur occidendi, ut colligere licet
ex Evangeliſta, Jul. Firmico l. 8. c. 26. Seneca 1. de ira 16. *Marco c. 6.*
& 3. de benef. 25. & ex ipſo Onkeloſio, qui habet רַב קְטוֹלַיָּא 27.
Præfectus interfectorum. Non ergo *Tabachim* ſunt coqui
vel laniones in eâ locutione, ut auſus fuit interpretari
Græcus, & è Latinis Proſper Aquitanicus, qui *parte* 1. *de*
promiſſ. & prædict. Cocorum Præpoſitum dixit Potipharum,
cum ſcribit: *Iſmaelitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto cuidam*
Præpoſito cocorũ Pharaonis. Ne hoc quidẽ vacat, quod dictũ eſt,
Præpoſito cocorum. Coccon. illa umbra veſtis paſſionis Chriſti ſi-
gnatur. Apage ineptam *coci* & *cocci* collationem. A la-
niatûs

niatûs opere dictus machærophorus iſtiuſmodi טבח vel ספקלטור, cujus erat (ut verbis utar Nathanis Juſti in Aruch in v. להחרים ולחת לטבח וקייסטור, *diſperdere & dare occidioni*, morte mactare, ut Cicero loquitur. hinc *menſa lanionia* in inſtrumento carnificis apud Svetonium in Claudio c. 15. ubi legitur machæram geſtaſſe carnificem, accitũ ad amputandas manus Falſarii cujuſdam. Verba hiſtorici ſunt: *Proclamante quodã præci dẽdas falſario manus carnificem ſtatim acciri cum machæra menſaq́ lanionia flagitavit.* Utebantur ad damnatos plectendos & capita amputandos operâ ſatellitum & militum non ſolùm in Ægypto ſed & in Latio, quibus præerant *Tribuni, Centuriones.* Exemplis porrò rem clarabimus. Seneca 1. de ira 16. *Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus, condere gladium ſpeculatorẽ jubet, damnatum ad Piſonem reducit.* Apoſtolus Paulus à *Centurione Iulio* Act. 27. 1. ducitur Romam v. 59, ut ſiſteretur Cæſari pro causâ Chriſtianorum aſſerendâ; cui permiſſum etiam fuit permanere *cum cuſtodiente ſe milite*, σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ c. 28. v. 16. Apoſtolus Petrus vinctus duabus catenis *inter duos milites* juſſu Herodis legitur Act. c. 12. 6. Paulũ & Silam vinctos compede ligneo in carcerem interiorem conjicit Cuſtos Act. c. 16. v. 24. Mos hîc vinciendi obſervandus venit, quem acutiſſimus antiquitatis Romanæ indagator J. Lipſius Comm. in 3. Annal. Taciti his verbis tradidit: *Triplex ratio adſervandi captivos, aut enim in carcere habebantur locoq́ concluſo ſine ullo milite, ut fere ſervitia & capita viliora; aut in cuſtodia militari, aut in ædibus Magiſtratuum. Cuſtodia militaris frequentiſſima & Romæ & in provinciis, ejusq́ modus, ut qui in noxa eſſet catenam manui dextræ alligatam haberet, qua eadem*

quoq́

quoq; militis ſiniſtram vinciret, cuſtodiæ ejus præfecti. Hæc Lipſius compluribus confirmat exemplis, quibus addo hoc ex Autoris Veteris Epiſt. de exilio S. Martini: *Erat conjunctus Magiſter cuſtodiæ eidem Beato, quoniam ſic erat mos, ut futurus pati per gladium convinciretur Magiſtro cuſtodiæ.* Venuſte Manilius in Aſtronom. lib. 5. v. 644. *Socium catenæ in parte* de συνδεδυασμένῳ,

Vinctorum Dominus, ſociusq; in parte catenæ.

nam eadem catena & cuſtodia & miles vincti erant. neque aliter intelligendum de Paulo Apoſtolo & milite dato illi, quod Scaliger ibi annotat. Milites ad cuſtodias ſervandas adhibiti, ad cædem miſſi à Præfectis Prætorio, Centurionibus, Tribunis cohortis Prætoriæ. De Præfectorum Prætorio curâ in judicando crimine majeſtatis affero locum Statii l. 3. Thebaidos eleganter huc alludentis, ubi cum Mæon Regem Etheoclea liberrimis dictis offendiſſet, ℣. 80.

inde ultro phlegyas & non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire manuq;
Proturbare parant.

Pertinet huc etiam illud Amm. Marcellini lib. 16. cum Danus quidam ab uxore accerſeretur læſæ majeſtatis, req; compertâ jubetur Mavortius, tunc *Præfectus Prætorio*, vir ſublimis conſtantiæ, crimen acri inquiſitione ſpectare. Caſſius Chærea, *cohortis Prætoriæ tribunus*, primas ſibi partes trucidandi Caji Caligulæ, Imperatoris Romanorum IV., depopoſcit apud Sveton. c. 56. De Piſone accuſato ob interemtum Germanicum Tacitus 3. Annal. 14. *Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis deductus eſt, vario rumore, cuſtos ſalutis an mortis exactor*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſequeretur. & de Lollia damnatâ 12. Annal. 22. *In Lolliam mittitur Tribunus, à quo ad mortem adigeretur.* Lib. 1. Annal. c. 6. cùm Principum Romanorum verſutiſſimus imperium auſpicatus eſſet à Poſtumi Agrippæ cæde, & nuntiante Centurione, factum eſſe, quod imperaſſet, reſpondit, rationem facti apud Senatum reddendam, monuit Liviam Salluſtius Criſpus: *ne arcana domus, ne conſilia amicorum, ne* miniſteria militum *vulgarentur. Primum facinus,* inquit Prudentiæ Pater, *novi Principatus fuit Poſthumi Agrippæ cædes, quem ignarum inermumq́, quamvis firmatus animo* Centurio, *ægre confecit. Nihil de ea re Tiberius apud Senatum diſſeruit, patris juſſa ſimulabat, quibus præſcripſiſſet Tribuno cuſtodiæ adpoſito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere.* Centurio & milites L. Annæo Senecæ noviſſima quoq; horâ adfuêre. Tacitus 15. Annal. 61. de Silvano Tribuno: *Intromiſit ad Senecam unum ex Centurionibus, qui neceſſitatem ultimam denuntiaret. Ille interritus poſcit teſtamenti tabulas, denegante centurione.* De Præfecto Auctor Octaviæ:

Nero. *Perage imperata, mitte qui Plauti*
Sullæq́ cæſi referat abſciſſum caput.
Pr. *Iuſſa haud morabor, caſtra confeſtim petam.*

Sed me veterum Ægyptiorum Romanorumq; morum collatio longius tulit. Carceris præfecturam penes Potipharum, quem Sulpitius Severus l. 1. hiſt. ſacr. p. 17. nominat Præpoſitum Pharaonis Curatoremq; Regium, fuiſſe conſtat apertè ex hiſtoria ſacrâ, quæ tradit traditum fuiſſe Joſephum à Potipharo in carcerem duriſſimum, ubi vincti Regis captivi erant c. 39. v. 20. ejuſq; pedes compede firmatos Pſ. 105. v. 18. in quâ eadem fovea,

vea, ut nominatur c. 40. 15. & 41. 14. cuſtodia, erant miniſtri Regis duo c. 40. v. 3. ſub inſpectione Commentarienſis Regii c. 39. v. 21. Sed non eſt, ut in Præfecti iſtius dignitate & poteſtate diu moremur, ne lege cenſoria forſitan prohibeamur Heſperiam cum Oriente miſcere. Sanè, quod primo ſtatim dicendum loco, operę pretium fuerit, quos Oriens edidit ritus, retroq́; longa defendit vetuſtas, inter ſocios partiri, & quicquid conferri poteſt in vera officiorum & rituum ſenſa, impune conferre, & conformare ſobriè.

Gen. c. XLI. v. 43.

וַיִּקְרְאוּ לְפָנָיו אַבְרֵךְ

Καὶ ἐκήρυξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ Κήρυξ.

Clamante Præcone, ut omnes coram eo genu flecterent.

In illa Joſephi, Iſraelis Filii, inauguratione in elogium quoddam honoris & ampliſſimæ dignitatis, Ægyptii certatim clamabant, *Abrech, Abrech, Abrech*, Joſephumq́;, ut moris in adventu & auſpiciis novi Principis, ſalutaturi *Nomina Ægyptia honori Ioſephi data.*

magna vocitabant voce Parentem.

Auguſtum nomen *Abrech*, & ſine dubio in fauſtis acclamationibus terræ iſtius indigenis uſitatum, ut & major ejus, qui ad dignitatem eveheretur, & amplior dignitas atq; majeſtas coram populo eſſet. Quemadmodum etiam in terra Canaan ejuſcemodi acclamationem in Regum creatione ſive ἐνθρονισμῷ fuiſſe 2. *Reg. c.* 11. legimus, cùm creato Rege Joas uno omnium voto dicerent plauſuq́; undiq; pari acclamarent v. 12. יְחִי הַמֶּלֶךְ, ζήτω

 ὁ βασι-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ὁ βασιλεὺς, *Vivat Rex.* Et in hunc ſenſum אַבְרֵךְ expoſuit Targum Hieroſolymitanũ, quando ſcribit: יחי אבוי דמלכא i. e. *Vivat Pater Regis.* perinde ac ſi pro incolumitate Joſephi eadem, quæ aliâs Ebræi uſurpant, vota ſuſcepiſſent Ægyptii. Hanc quidem fuiſſe τῶν ἐπευφημούντων vocem ex Dan. c. 2. v. 4. c. 3. v. 9. c. 5. 10. c. 6. v. 21. Judith. 11. 5. conſtat; at vix & ne vix quidem de ſenſu proprio ac natali vocis Abrech. R. Jonah conjectat proclamatum fuiſſe ante currum per Præcones Regios, Regem Ægypti Pharaonem conſtituiſſe Joſephum totius Regni ſui Pręfectum, eo honore longe digniſſimum, ideoq́; genua coram ipſo flectenda; ut אברך idem ſit per ἀντίστοιχον atque הברך i. e. *flecte genu.* Sicut & R. David vult eſſe Imperativum Hiphil poſito א loco characteriſtici ה. Hanc Rabbinorum expoſitionem jamdudum novit Lutherus, ideo in Geneſin fol. 560. ſcripſit: *Alii Abrech à verbo* בָּרַךְ *deducunt, hoc eſt*, benedicere, genua flectere, *ſed cum litera* א *videatur repugnare, propterea quod eſt Heemanthi, dicunt* א *loco* ה *poſitum eſſe, quæ permutatio literarum Hebræis uſitata eſt.* Alii volunt Abrech eſſe infinitivum eadem anomalia, & ipſum inſequi eodem tempore וְנָתוֹן, *dare ipſum*, i. e. datum ſive poſitum, cùm non ſit infrequens permutatio infinitivi activi pro paſſivis. Quâ acceptione ab Infinitivo verbi בָּרַךְ profectâ transtulerunt *Vulgatus Interpres, Iunius, Genevenſes, Itali, Helvetii,* eamq́; ſuo calculo probarunt Buxtorfius *in Lexico Ebræo pag.* 87. And. Mylius *Diſp. 1. Crit. in Ion. corol.* 2. & eâdem, ſed ab imperativo, expreſsêre Caſtalio, *Genua flectite*, Piſcator, Bieget die Knie / Angeli, Bow the Knee. Pleriq; Interpretes exponunt de genu flexione, quaſi Pharao man-

rao mandârit omnibus, ut genua flecterẽt coram advẽ-
tante Principe, in quo omnis ſpes atq; ſalus Ægypti ſita
eſſet. Inde etiam Aben Eſra Abrech exponit per duo ver-
ba כָּרַע & שָׁחָה quæ unà cum בָּרַךְ extant ψ. 95. v. 6. ut eò vi-
deatur reſpexiſſe Rabbi, cujus verba ſunt, כל ארם קורא
לפניו אכרע ואשתחוה id eſt, *Omnis homo clamabat ante eum,*
Joſephum, *Procumbam in genua & adorabo.* Certè ipſi fra-
tres Joſephi, ut mira eſt Dᴇɪ œconomia, inclinato ver-
tice adoraverunt ad terram Gen. 42. 6. & c. 43. 26. ubi
Lutherus fol. 595. a. *Adorare ſignificat genibus flexis incli-
nare aut abjicere ſe ad pedes alterius. Moſes dicit eos adoraſſe
ad terram, h. e. pronos & incurvatos vel genibus terram tan-
gentibus ſupplices factos eſſe.* Apud Orientales Genuflexi-
onem totiusq; corporis inflexionem ſymbolum adora-
tionis civilis fuiſſe, nemo neſcit. Hoc, quicquid eſt ho-
noris & reverentiæ, pius Jacobus impio Fratri Eſavo
præſtitit ſeptenâ ad terram ſubmiſſione, quod legimus
Gen. c. 33. v. 4. Moſes egreſſus in occurſum ſoceri Jethro
adoravit eum, i. e. flexo genu, ſeu corpore ad illius pedes Gen. 18. 7.
abjecto, reverentiam erga illum ſuam declaravit. Eo-
dem cultu David Saulem *prono ad terram vultu* venera- 1. Sam. 24. 9.
batur. Idem David coram Jonathane, Saulis filio pro- 1. Sam. 20.
cidens *adoravit* tertio, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, 41.
καὶ προσεκύνησεν τρίς. Sic enim concidebant, ut fronte ter-
ram attingerent. Ipſe Abrahamus hunc honorem paga- Gen. 23. 7.
nis exhibuit; ſepulchrum enim empturus, incolis He-
thæis honorem iſtum ſummiſſe præbet. Ruth Moabitis
prona in terram facie Boazum honorat c. 2. v. 10. Superbo
Hamani, Amadathi Filio, cùm eſſet ſecundus à Rege
Perſiæ Aſſuero proclamatus, eum genuflexionis & pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſtrationis in terram honorem ab aulicis aliisq; habitum, hiſtoria Eſther tradit c. 3. v. 1. *Magnificavit Rex Aſſuerus Hamanem, & extulit eum, adeo ut poneret ſolium ejus ſupra ſolium omnium Principum* v. 2. *Et omnes ſervi Regis, qui in porta Regis, flectentes incurvaverunt ſe Hamani.* Sic Nabuchodonoſor, Rex Babyloniæ, *amplificavit Danielem, multisq; & magnis donatum muneribus Dominatorem conſtituit in tota provincia Babyloniæ omniumq; Babyloniæ Sapientum Principem.* c. 2. v. 48. Sic & Joſephum magnificavit Rex Ægypti Pharao, *& æquato ſecum imperio*, ut Autor elegans Sulpitius Severus ſcribit, conſtituit ſuper univerſam terram Ægypti. *Tu præeris*, ait v. 40. *domui meæ, & ad os te oſculabitur univerſus populus meus, tantummodo hoc ſolio major te futurus ſum.* Inter τιμὰς erat oſculum, idq; ſymbolum ſubjectionis, ut infra dicturi ſumus; erat quoq; *incurvatio.* inde fratres Joſephi, cùm primùm in Ægyptum venirent emendi frumenti & commeatûs gratia, Joſephum *demiſſo ad terram vultu* venerabantur, nempe illum Principem Ægyptium opinati, quem, qui adibant, demittebant ſe in terram, & ſemel iterumq; venerabundi incurvabant corpora. Græci προσκύνησιν vocant, quæ propriè ſignificat corporis inclinationem coram alio, & fit vel in genua procidendo, vel in ipſam faciem, ut ex collatione locorum Matt. 8. 2. Marc. 1. 40. Luc. 5. 12. liquet. Juditha c. 10. v. 20. in conſpectum Holofernis veniens *in faciem prolapſa eum adoravit*, προσεκύνησεν αὐτῷ, i. e. ſe inclinans proſternensq; honorem reverentiamq; exhibuit; hoc enim ſignificat προσκυνεῖν, quod de fratribus Joſephi etiam c. 43. v. 26. LXX. Interpretes adhibent: καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν. in quo impletum

l. hiſt ſacr. p. 18.

tum

tum eſt vaticinium de manipulis fratrum proſtratis & adorantibus erectum Joſephi manipulum Gen. 37. 7. Qui itaq; Abrech ad בָּרַךְ examinant, volunt Pharaonē præcepiſſe ut Joſephus condignis ritibus, flexione ſc. poplitis & proſtratione corporis, coleretur. nam בָּרַךְ Ebræis etiam ſignificat genu flectere ad aliquem, πίπτειν ἐπὶ τὰ γόνατα 2. Par. 6.13. בָּרַךְ עַל בִּרְכָּיו, κάμπτειν ἐπὶ τὰ γόνατα Dan. 6. 10. eodemq́; ſenſu Ebræum illud verbum occurrit d. ψ. 96. 6. ubi abſonè LXX κλαίειν reddunt. Sic quoque Gen. c. 24. v. 11. hoc ipſo verbo deſcribitur motus camelorum, inclinantium ſe ad quieſcendum, ubi Græcus κοιμίζειν habet & Scholion ibidem explicat per γονατίζειν, de quo verbo Pollux 2. Onom. 4. n. 39. γόνυ, ἡ μετὰ τοὺς μηροὺς συγκαμπή, ἀφ' οὗ καὶ τὸ γονατίζειν παρὰ Κρατίνῳ τῷ κωμῳδοποιῷ. In Lexicis exponitur γονατίζω, *ingeniculo, genua flecto, geniculor*. Hoc loco novè uſurpatur *pro ingeniculare facio*; quo interpretamento Tremellius Ebr. ויברך reddidit, *curavit, ut genua flecterent*, quod ipſum in Annotationibus per ἀναπαύειν ſive quieſcere explicat pro camelorum natura, qui genua ſubmittunt prius, quàm requieſcant & ſtabulentur, nam de ſtabulatione camelorum ſive καμηλοστασίῳ, ſi ita mihi loqui licet, ibi agitur, quos *accumbere fecit* (ſic noſter Interpres vetus) Servus. In ſacris N. T. tabulis verbum γονυπετεῖν eſt quoq; inter τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα; ita enim intelligimus convitium illud, quod fecêre Chriſto milites, γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ Matt. 27. v. 29. nam genuflexio illa, adorationis civilis, irriſorio animo exhibitæ, ſymbolum fuit, quo picturatiſſimi nebulones præ ſe ferebant Salvatori noſtro, tanquam novo Regi, gratulari. Hanc itaq; ſignificationem ſibi atten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

attendendam putavit doctus Interpres *Aquila Ponticus*, in voce noſtra Abrech, quam interpretatus fuit γοναλισμὸν, *adgeniculationem*, ut Hieronymi teſtimonio mox firmabimus. Sic & R. Salomo Gallus: *Abrech nihil aliud ſignificat, quàm* ingeniculationem. *quippe* genua בִּרְכַּיִם *appellantur, & omnes exibant & intrabant ſub imperio ac poteſtate ejus*: interprete Druſio. Certè ſi vox fuiſſet Ebræa non parum valeret iſta explicatio de γοναλισμῷ, ſed videtur potius fuiſſe vocabulum Ægyptiorum linguâ ſuâ benè precantium Joſepho de nova & inſperatâ præfecturâ; ſecundùm Buxtorfium 1. *Theſaur.* 17. & Druſium 2. *Quæſt.* 71. Non itaq; ex aliâ linguâ, quàm Ægyptiâ, nominis vis haurienda. Lutherus, quamvis non ignorârit explicationem de genuflexione, maluit tamen reddere. Diß iſt deß Landes Vatter; de quâ translatione diximus in part. 1. pag. 130. Ipſe Joſephus de ſe c. 45. v. 8. *Deus poſuit me in patrem ipſi Pharao.* Ὁ Θεὸς ἐποίησέ με ὡσ πατέρα Φαραώ. Ebr. לְאָב לְפַרְעֹה. *Patres Patriæ* appellabantur olim *Auguſtus & Trajanus*, cùm nomine Principis Rempublicam ſub imperium acciperent. Idem accipi velim de Joſepho, Ægypti Principe, verbis Senecæ paulum
1. Clem. 14. 4. immutatis: *Principem* Joſephum *appellavimus* Abrech i. e. *Patrem Patriæ, non adulatione vanâ adducti. Cætera cognomina* Zophnath Paaneach *honori data ſunt. Patrem quidem Patriæ appellavimus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima, liberis* (ſubditis) *conſulens ſuaq; poſt illos ponens.* Zophnath Paaneach diximus, ut ſciret, datum ſibi negotium conſultandi, quid in arduis factu optimum. ut tanto Heroi, qualem nec vidit Ægyptus nec viſura unquam, meritò acclamare queamus:

Sanĉte Pater Patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Ovid.l.2. Faſtor.
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Septuaginta Interpretes prorſus penitus Abrech ut vocem peregrinam omiſère, ut qui vix idoneum ſuppeditare vocabulum græcum poſſent, quo id commodè efferrent, ideoq; ſatius eſſe duxerunt cautam ignorantiam quàm falſam profiteri ſententiam. qua ratione forſan Symmachus Geneven ſes & Benedict. Arias moti in translatione retinuerunt ipſiſſimum Abrech h. ſ. *Et clamabant ad facies ejus Abrech.* Quum verò non minus juſtius ſit quàm tutius in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non diſplicere debet, ut textus melius diluceat, ſtudium Paraphraſtarum Chaldæorum, Rabbinorum & Chriſtianorum, qui reduxerunt proprietatem & originem vocis, vel ad Ebræam vel Aramæam linguam, laboreq; non improbando eruditas derivationes alluſivas inquiſiverũt in his exoticis, de quibus hanc tradidit regulam Fr. Junius l. 2. Gram. Ebr. c. 8. *Multa in ſcripturis ſacris leguntur, quæ pro eorũ, qui loquuntur aut de quibus agitur ratione, peregrina ac non Ebræa ſunt; quamobrem ea oportet ſcitè ad ſuos Dialectos relegari, ut* אברך, *genua flecte, ad Ægyptios,* אֱזַלַת *abiit, ad Syros, & ſexcenta alia, quæ ſuis locis interdum obſervavimus, & μιμητικῶς enuntiari prudens lector facilè poteſt animadvertere.* Exhibuit Syllogen vocabulorum Ægyptiorũ in ſacris extantium eod. interpretamento Barth. Mayerus in Prodromo Chaldaiſmi ſacri toto capite tertio, ubi vide. Cave autem ridearis cum illa, quæ quibuſdam viſa fuit, ברכי אנרה exponendi ratione, quam tamen Hieronymus judicio ſuo non improbavit. *Clamavit*, inquit Quæſt. in Geneſ. *ante eum*

te eum Præco & conſtituit eum ſuper omnem terram Ægypti. pro quo Aquila tranſtulit: Et clamavit in conſpectu ejus adgeniculationem. *Symmachus ipſum Ebraicum ſermonem interpretans ait:* Et clamavit ante eum Abrech. *unde mihi videtur non tam præco quàm adgeniculatio, quæ in ſalutando vel adorando* Joſeph *accipi poteſt, intelligenda, quàm id, quod Ebræi tradunt dicentes* Patrem tenerum *ex hoc ſermone transferri.* Ab *quippe* Pater, *Rech* delicatus *ſive* tenerrimus, *ſignificante ſcriptura, quod juxta prudentiam quidem Pater omnium fuerit, ſed juxta ætatem tenerrimus adoleſcens & puer.* Originatio illa allegorica eſt, dividens ea, quæ indiviſim conjuncta ſunt (ut etiam malè vocem אַבְרֵךְ Ebræi dividunt in חַד acutus & רַךְ mollis apud Galatinum l. 8. c. 8.) nempe à voce אָב *Pater* & רַךְ, tener, à R. רָכַךְ, molleſcere, tenerum vel delicatum eſſe, ἁπαλλύνειν. Quã notationem nil delicati olentem etiam Venerabilis Beda in libro Interp. Nominum Ebr. qui ſub calcem Tom. 3. Operum ejuſdem extat: *Abrech,* ait p. 501., *Pater delicatus vel Pater tenerrimus. Ipſe eſt Ioſeph, qui Prælatus Ægyptiorum, cùm eſſet tener ac delicatus ætate juventutis, factus eſt Pater Senum merito ſapientiæ & prælatus Sapientibus.* Juxta hos ſenſus eſt, Joſephum *Sapientiâ Patrem* eſſe (unde de ſeipſo c. 45. 8. dicat, ſe eſſe *quaſi Patrem Pharaonis*, quem peculiaris honoris titulum eſſe indicat locus Eſther 13. 6. & Pineda in Salom. prævio l. 5. c. 13. firmat.) ætate verò juvenem; ut ille Imperator Fridericus Barbaroſſa, de quo Guntherus Ligurinus l. 1. v. 286. *Mente ſenex, ætate puer.* & quod de Piſone Silius Italicus l. 8. v. 466.

*Ore puer * puerīq; habitu, ſed corde ſagaci*
Æquabat ſenium atq; aſtu ſuperaverat annos.

* *pulcherq; habitum* legit Modius 48. Novant. Lect.

Nos

Nos cum Luthero rejicimus iſtam explicationem, quæ ſine neceſſitate dividit vocem & Joſephum, triginta annos natum, tenerrimum puerum facit; ſtetit enim, (utor verbis Auguſtini 18. de C. D. 4.) ante Pharaonem Joſeph, quando ex humilitate, quam pertulit, ſublimatus eſt, cum triginta eſſet annorum. *Iſtam Cabalicam Grammaticam*, ſcribit in Gen. f. 560. b., *odi. Ego pro acclamatione accipio, quando populus apertâ voce* Patrẽ Patriæ *eum ſalutavit, perinde ut hodie in præſtando homagio Cæſari aut Principibus populus, ut teſtetur ſe hunc agnoſcere Dominum, reſpondet*, Gnädiger Herr. Quicquid ſit de voce, non eſt ullo modo dubitandum, eſſe nomen dignitatis & autoritatis, quæ ipſa vel ex aliis elogiis magis claris confirmatur, cujuſmodi eſt Gen. 42. 6. שַׁלִּיט, quæ vox illi imperium & dominium quoddam in terram Ægypti tribuit, unde & à LXX. redditur: *ὁ ἄρχων τῆς γῆς*. Ebræi de iis uſurpant verbum שְׁלַט, qui autoritatem habent in alios, qui aliis præſunt & dominantur, & LXX. exprimũt, per ἐξουσιάζειν, ἐπικρατεῖν, κυριεύειν, κατακυριεύειν; unde שָׁלְטָן, ἀρχὴ, *imperium*, Dan. 6. 26. c. 7. v. 12. 26. 27. שׁוּלְטָנָא, *κυρεία, dominatio*, Dan. 4. 19. c. 6. 26., שַׁלִּיטִין, ἐξουσία, *poteſtas*, Dan. 4. v. 23. 31. c. 7. v. 6. 14. 27. Inde petitum Orientalium Sultan (quod Arabes סֻלְטָאן dicunt) Lutherus in Geneſin optimè conjectat, f. 568. ſcribens. *Schalith novum vocabulum eſt, quod hactenus nondum habuimus à Schalath, dominari, & hac ſignificatione poſtea crebro uſurpabitur in ſacris literis. Hinc Schalith Dominus, ut Saraceni ſuum Imperatorem Sultan. Ioſeph igitur eſt Schalith, Sultan in univerſa Ægypto. Magna verò laus eſt ſapientiæ & ſedulitatis Ioſeph, qui in ampliſſimo regno ſolus gubernat omnia.* Admirabili DEI con-

 ſilio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſilio erectum fuit Joſepho ſublime ſolium, ut eſſet לאדון לכל ביתו ומשל בכל ארץ i. e. κύριος παντὸς τοῦ οἴκου Φαραώ, καὶ ἄρχων πάσης γῆς Αἰγύπτου, Gen. 45. v. 8. ἄρχων πάσης κτήσεως ψ. 105 21. ἡγούμενος ἐπ' Αἴγυπτον, Act. 7. 10. reliquiſq; omnibus Ægypti Proceribus præcelleret dignitate & honore; uti apud Turcas hodie *Sultani* dignitate antecellunt, apud Perſas *Koſroæ*, Mauritanos *Xarifes*, Polonos P*alatini*, apud nos *Pro-Principes* & *Pro-Reges*. Fidelis DEO inventus ſervus & per omnia probatus, ex ſervitio ereptus ſeculari Pro-Rex Ægypti conſtituitur mirandâ prorſus mutatione, de quâ eleganter Baſilius Seleuc. Serm. 9. p. 78. Διαδέχεται θρόνος τὸ δεσμωτήριον καὶ γίνεται τῆς Αἰγύπτου δεσπότης, ὁ τῆς μοιχαλίδος δεσμώτης. Φύλαξ εὐθηνίας καὶ λιμοῦ κυβερνήτης. ut, quod Æneas de Hectore, nos de eo dicere queamus: *Quantum mutatus ab illo.* quippe cujus in ſummos honores deſiit ſervitus, initio triſtis, exitu lætiſſima; talem enim ſe præbuit Reipublicæ (quod de Trajano ſcripſit Aurel. Victor) qualem vix ægreq; exprimere valuerunt ſummorum ſcriptorum miranda ingenia. Qui omnium deſpectiſſimus erat, qui in carcere, quò eum cōjecerat integritas caſtitatis, malam manſionem habebat, mox omnium Dominus à Præcone ſalutatur, tùm *cæteri accurrere*, Pro-Regem & Patrem Patriæ & *omnia Principatûs vocabula cumulare*, quod Veſpaſiano contigiſſe Corn. Tacitus 2. *hiſt.* 80. traditum reliquit. Quod *de Præcone* diximus, in eo ſequimur LXX. & Vulgatum Interpretem, qui τὸ קָרָא de voce Præconis publica intelligunt; eo ſenſu, quo *Dan. c. 3. v. 4.* וְכָרוֹזָא קָרֵא καὶ ὁ κήρυξ ἐβόα. *Et Præco proclamavit.* Præcones, qui Magiſtratûs nomine publicè aliquid renunciabant, κήρυκες dicti, ἀπὸ τοῦ κηρύττειν,

Æneid. 2. v. 274.

ρύττειν, quod proprium eſt præconum, & publicitus apud populum aliquid ſua voce promulgantium. Itaque Septuaginta Interpretes, quos ſequitur Vulgatus, κήρυκας & Præcones adfuiſſe autumant, ſolenni illo & prænuntio clamore: *Pro-Regem venire, darent locum, novos honores tribuerent novosq́ titulos, ſolverent vota.* Ex ipſo facto videtur liquere, à Præconibus aliisq́; terræ Ægypti Senioribus ſervîsq́; Pharaonis tale quid auguſtum de Joſepho Pro-Rege, ſeu regni, ut *Caſſanæus* nominat, Cancellario proclamatum fuiſſe, quo autoritas à Rege ipſi conceſſa publicè innoteſceret. Quibus ſimilia extant in Autoribus Græcis & Latinis τοῦ κήρυκος κηρύττοντος exempla, quæ adſcribere parco, ne præconis voce excitus jubeat ΣΙΩΠΑΝ. In aliam explicationem eunt Forſterus in Dictionar. p. 117. Mercerus ap. Pagninum col. 329. & in Geneſ. p. 657. qui conferunt quidem cum בָּרַךְ, ſed quando *benedicere* ſignificat, ut Abrech ſit quaſi בָּרוּךְ, *Benedictus*; quaſi à præcone vel etiam à toto populo acclamatum ei fuerit: *Benedictus.* quo reſpectu etiam in Imperativo per *Benedic* explicari poſſet, cum Druſio, more Orientalium obſervato, cùm à Viris ætate & ſapientiâ magnis benedici ſibi cuperent. Exemplum apud Hieronymum vide de Hilarione, à quo τὸ Barach ſibi expetiverunt Saraceni. Sed quid juvat in ignotis diu multumq́; verſari? nam in hiſce peregrinis fruſtra deſudatur, & ſæpe ingeminanda venit antiqua Judicum formula, N. L. Vetus enim lingua Ægyptiorum ut jam olim eſſe deſiiit, hinc etyma illa σκολιωδέστερα Interpretibus פריגמא exhibent; quod etiam contigit iiſdem in voce exotica, צָפְנַת פַּעְנֵחַ, Zophnath Paaneach, in eod. cap. Geneſ. v. 45. | *Catal. glor. mundi.*

וַיִּקְרָא פַרְעֹה שֵׁם יוֹסֵף צָפְנַת פַּעְנֵחַ

Καὶ ἐκάλεσε Φαραὼ τὸ ὄνομα Ιωσὴφ ψονθομφανήχ.

Et vocavit eum linguâ Aegyptiaca Salvatorem mundi.

Felicem Ægyptum *ſomniorum Interprete* Joſepho, cujus ſapientia in occultis revelandis ita ſe exeruit, ut in quovis Ægyptio non potuerit non divinitatis cujuſdam opinionem excitare. Beatam terram hoc Cancellario! cujus ἐυβυλία arcanorumq́; ſcientia cauta illa Ulyſſeá prudentiâ erat longè major; ejuſq́; viri præſtantis rariq́; conſilio etiam Pharao obtemperans, eundem omnium prudentiſſimum publico nomine declarabat v. 41. εἶπε δὲ Φαραὼ τῷ Ιωσήφ: ὀυκ ἔϛιν ἄνθρωπος φρονιμώτερος καὶ συνετώτερός σου adeò ut illum Pharao admiratus virum per omnia Diis quàm hominibus ingenio & ſpiritu propriorem exiſtimârit, nam videns divinum in eo ſpiritum ait v. 38. Μὴ ἑυρήσομεν ἄνθρωπον τοιοῦτον, ὅς ἔχει πνεῦμα θεοῦ ἐν ἀυτῷ. Inde ille admiratores cultoresq́; ubiq; habuit plurimos nominaq́; accepit ab Ægyptiis prope divina, quia arcanum patefecerat Regi, à quo dictus *Saphenath Paaneah*, quod pleriq; Interpretum *Abditorum repertorem ſive inventorem* ſolent interpretari. Ebræi, ut ſolent, ad Ebræam linguam referunt, explicantq́; omnes quoad unum priſcum illud vocabulum regionis, cujus maternum idioma ante multas jam ætates exolevit, *Revelatorem occultorum*, ut ſi cum Ebræo צָפַן habeat affinitatem, Rex indicaret, etiam occultiſſima, מַצְפּוּנִים, & quicquid abſtruſum, צָפוּן, lateret, non ignorare Joſephum. unde & ipſe idem dicat Gen. 44. 16. ad Fratres: *An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* hinc Philo lib. de Joſepho: Μετονομάζει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐγχωρίῳ γλώττῃ

γλώττῃ προσαγορεύσας. Quæ ſic tranſlata in editione Romana: *Novum illi nomen imponit ex judicatrice ſomniorum facultate vernacula lingua illum appellans.* Procopius in Gen. p. 193. vertente Gruterio: *Syrus legit*, qui novit occulta. *Philo Judæus inquit lingua Ægyptiorum uno nomine ipſum dici ὀνειροκρίτην, i. e. ſomniorum interpretem & judicem.* Syrus juxta Scholion ad Bibl. Rom. explicat εἰδότα τὰ κρυπτά. Theodotio ſimiliter: Τῶν ἀποῤῥήτων ἑρμηνευτήν. Quod ſi vox Ægyptiaca eſt, ut ſit Ebraicum, non eſt credendũ, quod & h. l. AbenEſra monet. *Si dictio*, inquit, *hæc eſt Ægyptiaca, non novimus ejus interpretationē*, לא ידענו פירושה Philo de nominibus Ebraicis, interprete Hieronymo, nil aliud valere opinatur ex vernaculâ Ægyptii idiomatis conſuetudine, quàm Salvatorem mundi. *Sontomphanec corruptè dicitur; nam in Hebræo legimus Zaphaneth phane, quod interpretatur abſconditorum repertor. Porrò ab Ægyptiis didicimus, quod in lingua eorum reſonet, Salvator mundi.* Quod Philonis commentum prorſus conſonum eſt Vulgato Interpreti, qui & ipſe *Salvatorem mundi* explicuit; ejuſque rationem reddidit *ex linguâ Ægyptiacâ*, & quidem, quamvis id in Ebræo Septuaginta & Chaldæo non extet, tamen nihil in eo temere feciſſe videtur, forma enim nominis peregrina, non Ebraica, nomenque ipſum à peregrino impoſitum, ſuadet, non niſi ab Ægyptiis petēdam ſignificationem. quemadmodum etiam, quæ Nabuchodonoſor impoſuit nomina Chaldaica Danieli & ſociis, à Chaldæis diſcenda. Sed vereor, ne quis Interpretem in eo reprehendendum putet, quod *Salvatorem mundi*, σωσίκοσμον, dixerit, cùm minimam mundi partem ſervârit. Sed non eſſe inuſitatum, ex toto

ſæpe

ſæpe partem intelligi, vel decennem puerum ignorare nefas eſt. Vanitas Paganorum à *ſervando* dedêre nomen *Jovi, Mercurio, Herculi*. In veteribus Græcis Numiſmatibus Hercules *Thaſiorum Soter* dicitur. Deorum tutelarium proprium hoc nomen. Quod ſi quoque quidam mortalium *Soteres* vel unius rei bene geſtæ cauſa habiti fuêre, quid hunc Ægyptiorum ſervatorem ob tanta ac tam præclara in Ægyptum & circumjacentes regiones merita dicemus, quem omnes, qui quid petituri erant, tanquam *Servatorem Patriæ* σωσίοικον ἢ σωσίπολιν, acceſſerunt. Igitur Joſephus σωτὴρ, *Servator*, commodè dici poteſt præ illo Milicho, de quo Tacitus 15. Annal. 71. *Milichus præmiis ditatus* Conſervatoris *ſibi nomen Græco ejus rei vocabulo aſſumſit.* nempe quia detexerat conjurationem Piſonianam Neroni, dictus fuit *Soter*, quem Ci-
*l.4 in Verr. cero * definit, qui ſalutem dedit. *C. Verrem*, inquit, *non ſolum Patronum iſtius Inſulæ, ſed etiam* σωτῆρα *inſcriptum vidi Syracuſis. hoc quantum eſt? ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum* σωτὴρ, *qui ſalutem dedit*. Quis non crederet omnes Ægypti nomos & provincias tali dato *Patrono & Salvatore* ſibi applauſiſſe, & acclamaſſe: *Auguſte Ioſephe, Deus te nobis ſervet, veſtra ſalus, noſtra ſalus, verè dicimus, jurati dicimus*: ut acclamatum fuit Conſtantino Imp. l. 1. C. de Veter. Per hunc Pharao Ægyptum cumulavit frugibus, auxit opibus, per hunc ærarium auctum, monopolium pro incremento domûs regis & ſalute patriæ inſtitutum. Egeſtas magnus Reipublicæ morbus, & improba tyrannis fames, quâ premente ſi volumus Rempubl. ſalvam in magnis, à juſtitia in parvis rebus nonnunquam abeundum,

ſuaden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſuadent Politici nonnulli cum Plutarcho. Eâ ſententiâ C. Caſſius ap. Tacit. 14. Annal. 44. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur.* Plinius in Panegyr. Traj. c. 37. *Onera imperii pleraq́ʒ vectigalia inſtitui, ut pro utilitate communi ita ſingulorum injuriis coegerunt.* Sed hoc loco id accommodare velle, quando videntur ſubditi ad iniquas pactiones deſcendiſſe, iniquum foret. *Vniverſa terra*, quæ Muſculi ad c. 47. 20. explicatio eſt, *non modo jure regni & potetate juriſdictionis, ſed & jure proprietatis juſto contractu acquiſitæ Pharaoni cedebat.* Jacuiſſet Ægyptus & omnis Canaan, ſi non in fide Soſpitatoris & Statoris illius fuiſſet. Grata Ægyptus & accepti beneficii memor alumna, ut teſtaretur animum ſuum, non aliunde ſibi quàm ab apotheoſi incipiendum putavit; cum in Deorum numerum ipſi ſtulta opinione referrent, & nomine Serapidis colerent Joſephum; nam eo nomine ab Ægyptiis cultum verìſimiliter colligunt Julius Firmicus, Suidas, Baronius, Cornelius à Lapide, Pierius, Bonferius, ab inſigni beneficio ſubminiſtrationis alimentorum, quo aperuit univerſa horrea, ut Ægyptum à ſummâ fame liberaret. Hinc nomen illud Ægyptium Saphnathopanea (ſic Caſtalio exprimit) impoſitum fuiſſe, dictumq́; fuiſſe *Salvatorem mundi*, eo quod orbem terrarum ab imminente famis periculo liberaverit, Hieronymus *Quæſt. Ebr. in Geneſin* ſentit. Ejus verba ſunt: *Licet Hebraicè hoc nomen*, abſconditorum repertorem, *ſonet; tamen quia ab Ægyptio ponitur, ipſius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo ſermone Ægyptio*, Zaphanath Phaanecha, *ſive, ut LXX. transferre voluerunt*, ψομθοφανὴχ, *Salvator mundi, eo quod*

 quod

quod orbem terræ ab imminente famis excidio liberârit. Ve-
pag. 439. rùm, inquit ſuper his cenſura Sixtini Amamæ *, *dicat mi-
hi aliquis, utra vox, prior an poſterior, mundum vel Salvato-
rem ſignificet; monſtret quiſpiam ullum veſtigium harum ſi-
gnificationum ex lingua Ægyptica, afferant vel unam conie-
cturam, quæ verſioni iſti robur addat, & lubentes eam admit-
temus, utpote quæ magis factura eſſet ad myſterium Chriſti, cu-
ius Ioſephum* (quem ob hanc verſionem cum Chriſto Sal-
in h. l. p. 80. vatore mundi confert Beda) *in pleriſq; fuiſſe typum pia tra-
dit antiquitas.* Diſplicet iſta explicatio Luthero, cui Sa-
phenath Paaneah eſt, qui Ebræis אִישׁ עֵצָה & inde Helle-
niſtis Syrac. 32. 19. dicitur *ἀνὴρ βουλῆς, vir conſilii.* hinc red-
dit: Der Heimlich Raht. qui tamen *in Comment. h. l. fol.*
561. faſſus fuit ſe ignorare rationem & originem vocis:
*Non poſſum indicare, ad quam linguam referenda ſit, ad Ægy-
ptiamné an ad Hebræam, neq; Grammatici aliquid certi ſtatu-
unt. Sed Hieronymus ſentit, quod ſint Ægyptia vocabula, quæ
idem ſonent, quod Latinis* Salvator mundi. *Ego cum Lyra
ſimpliciter fateor me ignorare, quanquam nihil dubium eſt, eſſe
nomen alicuius dignitatis vel meriti.* Piſcator *in Gloß.* expo-
nit abſconditorum revelatorem. Offenbahrer heimlicher
Ding. Caſtalio & Anglus ipſum Ebræum *αὐτολεξεὶ* retinu-
erunt; etiam Genevenſis retinuit, & in margine aſſigna-
vit: *Expoſiteur des choſes ſecretes.* Mirum eſt ipſos LXX,
qui in Ægypto fuiſſe creduntur, Ebræum nomen reti-
nuiſſe. Colligeret hinc quis, primævam LXX. verſio-
nem non extare; quam ſi haberemus, procul dubio ge-
nuinam inde haurire poſſemus explicationem. Clara
autem ea nobis eſſent nomina, ſi nobis gentis Ægyptiæ
ab eo tempore monumenta exſtarent, ex quibus con-
ſtare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſtare poſſint omnia. Nomenclator nobis opus eſt ex priſcorum numero qui Ægyptiacè ſuggerat. Oſtenſurus eſt toti mundo demum Ægyptiacæ linguæ veteris divitias hactenus à nemine repertas Athanaſius Kirchnerus, Fuldenſis, qui nuper edidit Romæ Prodromum Copti Ægyptiaci elegantiſs. in quo *cap. V. pag.* 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. ex Pentateucho Copto Vaticano, & ex Cod. MS. Coptô-Arabico monſtravit *Zophnapaaneach* eſſe merè Ægyptium, ubi, quomodo abſconditam vocis ſignificationem patefaciat, vide.

Claſſi inſuper exoticorũ adnumerant nomen *Moſis*, quod Ægyptiis debere natales aſſerũt Joſephus *lib. 1. contra Appionem f.* 936. Clem. Alexandr. *Strom. 1. f.* 343. Philo *de vita Moſis*, alii, qui compoſitum eſſe ajunt ex Ægyptio *Mo* vel *Moy* aqua. Τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι, Μῶϋ καλοῦσιν, inquiunt Joſephus & Clemens. Turnebus in Philonis verſione ſic expreſſit: *Nomen puero indit Moſem ex re, quod ex aquis eum ſuſtuliſſet. nam aquam* Mos *Aegyptii vocant.* To *Moy* Joſephi Ebræo מים adproximare nemo videt, ut fieri potuerit eandem vocem duabus linguis fuiſſe factã communem, nullus enim negabit Ægyptiacam, Punicam, Arabicam, cæteraſq; Orientales linguas in plurimis invicem eſſe affines, etiam Hieronymi teſtimonio, qui lib. 7. comm. in Eſa. 19. 18. *Lingua*, inquit, *Cananitis inter Aegyptiam & Ebræam media eſt, & Ebrææ magna ex parte affinis.* imo & in hodierna Indorum Orientalium lingua veſtigia Ebraicæ linguæ occurrunt, quod obſervare licet ex *edit. N.T.* linguâ Mamlucana Enchuſæ editâ. Solent aliâs homines ejus gentis ſortiri nomina, in qua verſantur, aut unde nati ſunt. Sic *Ioſepho* linguâ ſuâ

Tom. 2. Op. p. 107.

Pharao

Pharao nomen impoſuit, cujus vim Ægyptii neſcerent. Sic forſitan *Moſi* Pharaonis cujuſdam Filia. nec mirum eſſet mulierem Ægyptiam patrium nomen dediſſe; mirum autem, ſi eſt nomen Ebræum, unde Aegyptiæ nomen illud; aut dices Ebraicum eſſe ex Aegyptio nomine tranſlatum. Monion Aegyptiacè fuiſſe dictum, Aben-Eſra ſcribit. Sic *Danieli* tribusq; ſociis à Diis Babylonicis nomina juſſu Regis venêre, atque etiam impoſitum ספר ולשון כשדים, *literas & linguam Chaldæorũ* addiſcere. Nomen autem Moſis memoriale fuit ab eventu, conſervatione ſc. illâ ex aquis; quæ nominis ratio redditur perſpicuè *Exod. cap. 2. v.* 10. ubi videantur Kircherus *d. l. c.* 5. *pag.* 137. Gaulminus *in Not. ad Aut. Ebr. de vita Moſis cap.* 3. Ab Aegyptiis quoque advecta vocabula alia ajunt, quæ inter ſint, טטפות *Exod.* 13. 16. חרטום *Gen.* 41. 8. צפרדע *Exod.* 8. *v.* 2. 4. 6. 8. 11. quod de Crocodilo Nilotico explicat neotericus quidam Scriptor. *οὐ μανθάνω ταῦτα.* מן הוא *Exod.* 16. 15. מנור, de quo infra ad d. Eſa. 18. סרים, *Gen.* 37. 35. *σισόη Levit.* 19. 27. quam eſſe vocem Aegypt. Lil. Gyraldus Dial. 11. ſuſpicatur. quibus è N. T. addunt Ρεμφαν *Act.* 7. *v.* 43. de quo vide ſup. part. 1. pag. 136. Non dubium, quin omni ętate varia Deorum, officiorum, eduliorum, inſtrumentorum, genera ſimul cum ipſis nominibus de natione in nationem tranſvecta fuerint. Hæc autem cum requirant Salmaſium aliquem vel Kircherum, qui ex incerto faciat nobis, quod quęrimus, certius, ut Plauti verbis utar, ἐπέχω, cùm ingenii noſtri non ſit de illis antiquis ſepoltis judiciũ ſumere. nam ἕκαστος κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής, juxta Philoſophum. *Res ardua vetuſtis novitatem dare, novis autoritatem, obſoletis nitorem,*

In Pſeud. 4. 2.

Ethic. Nicom. li. 1. *c.* 3

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam & naturæ ſuæ omnia, qua inſigni ſententia Plinii obſigno.

Exod. I. ℣. VIII.

וַיָּקָם מֶלֶךְ־חָדָשׁ עַל־מִצְרָיִם

Ἀνέστη δὲ βασιλεὺς ἕτερος ἐπ᾽ Αἴγυπτον.

Surrexit Rex novus ſuper Ægyptum.

Quis hoc loco, REX NOVUS, qui Joſephum ignoraſſe dicitur, controverſum eſt. nec mirum in re antiquiſſimâ. Veriſimile eſt Menophim alterum, qui aliis *Memnon* vocatur, fuiſſe gentis Judaicæ afflictorem; qui vocatur novus ſive ἕτερος βασιλεὺς *Act*. 7. *v*. 18. quia erat novi & diverſi ingenii, conſuetudinis, morum & gubernationis à Regibus præcedentibus, qui Joſephum & Ebræos noverant, i. e. benignè tractaverant; ſicut eâdem phraſi Servator impiis, quorum non approbat vitam, dixit: *Non novi vos*. piorum verò, quarum actiones probat, dicitur *viam noſſe* DEUS ψ. 1. 6. Septuaginta verterunt, βασιλεὺς ἕτερος, *Rex alius* pro quo Aquila & Theodotion βασιλεὺς καινός, *Rex novus*: quæ permutatio non nova, nam in Novo Teſtam. quæ Marco. c. 6. 17. *novæ linguæ* vocantur, eas Lucas Act. 2. 4. ἑτέρας appellat. unde patet hallucinatio *Cajetani*, qui, quod hîc ignotus Regi novo ex idioſmo peculiari dicatur Joſephus, & ex *Eſa. v.* 4. *c.* 52. malè intellecto cenſet iſtum Regem *Aſſyrium* genere, non Ægyptium fuiſſe. ut diximus, ſumitur verbum notitiæ, conſuetudine Ebræâ, pro affectibus & effectibus notitiam conſequentibus, יָדַע, *noſſe*, pro attendere & curare, ut שָׁמַע *audire* pro parere & morigerum eſſe. Non diſſimile *ne-* Matt. 25. 12.

 ſcire

Sat.7.v.97. *ſcire* pro *non uti*, Juvenalis. Vinum toto neſcire Decembri. Non autem ſola malignitas, ſed & imprudentia ac ingratitudo Regis taxatur. (Pindarus Iſthm. 7. v. 23.) ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοί. Veteris facti gratia deſierat. Adeoné advenientem gratiam homines benignè accipere, nedum ut præteritæ ſatis memores ſint? Livius l. 10. dec. 3. Ita apud paucos, poſt rem, manet gratia, ait Seneca l. 1. c. 12. de benef. Arguit itaq; hic textus Ægyptii Regis ingratitudinem. quare Chaldæus optimè: *Non confirmabat decreta Ioſeph*, i. e. odio illius & gentis mutabat piè & ſapienter ab ipſo conſtituta in religione & politiâ, & rerum ſucceſſu elatus dedignari cœpit pacta, quæ inter Regem Ægypti & familiam Jacobi jure hoſpitii olim in Ægypto peregrinantem interceſſerant, præclarisq; Joſephi meritis injuria temporum obliteratis, Judæo ſanguine cretos duriſſimis laboribus, ignaviam populi in-
v 12.13.14. vidiæ ſuæ prætexens, divexabat, nam & flumen, inquit
v. 22. Joſephus, in multas foſſas diducere ſunt juſſi, & mænia
11. Antiq 5. ædificare, & aggeres, χώματα Græci nominant, extruere, quibus inundationes fluminis Nili arcerentur; pyramidum etiam inſanis extructionibus vexabant gentem, cogendo varias artes ediſcere. tandemq; ad univerſalem prolis maſculæ necem, trucem animum converte-
Act.7.19. bat, ut triſti ſpectaculo ſatiaret; οὗτος, inquit S. Stephanus, κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Sub Menophi cæpta Tyrannis per quatuor ſucceſſores, Orum ſive Buſiridem, Cæcropem, Thermutin & Rathorim per annos LXIV. continuata in Cenchre, quẽ Tacitus Bocchorin appellat, vidit exitum tragicũ, ut Tyrannos decet, nam mari ſubmerſus crimẽ

læſæ majeſt. divinæ cum omni exercitu juſto fert exitio;

Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub umbras.

Quid enim inquies? Nonne *v. XI.* vocatur *Pharao* novus iſte Rex? Scimus nomen *Pharaonis* in Ægypto fuiſſe Regum commune nomen, teſte etiam Auguſtino. Solenne *l.16. de C.D.* n. fuit pleriſque populis Reges & Magiſtratus communi *c.43.* quodam dignitatis nomine appellare; ut apud Romanos erant Auguſti; ſic inter Ægyptios Pharaones. Baſilius, ſi is autor eſt. in ψ. 33. interprete Volaterrano f. 83. a. *Reges alienigenarum omnes communi nomine Abimelech nominabantur, proprium verò quilibet habebat, ſicuti apud Romanos* Cæſares *&* Auguſtos *dici palam eſt, alia verò aliis nomina. Et apud Aegyptios* Pharaones. *Nam & Ioſeph ſub Pharaone fuit, & poſt quartam generationem tempore Moſis item Pharao, & regnante Salomone alius, & Hieremiæ tempore ſimiliter alius.* Hoc ipſum inter Manethonis fragmenta apud Euſebium legitur, referente Annio Viterbienſi. *Aegyptiorum Reges omnes tunc* Pharaones *dicebantur, non hoc proprium habentes nomen, ſed pro dignitate Reges tunc utebantur hoc nomine, ſicut & apud nos Imperatores* Auguſti *appellantur. Habebat ergo unuſquiſq; Pharao proprium nomen.* Circumfertur & alius Manethon, quem Annius vulgavit, ſed qui cujuſvis alterius potius quàm Manethonis cenſendus, in quo fol. 94. b. *Pharaones pro dignitate dicebantur.* Ideoq; hoc loco erit Pharao non hominis, ſed honoris nomen, ut cum Iſidoro l. 7. 6. loquar; quo ſenſu Pharaonis alicujus fit mentio 1. tempore Abrahæ Gen. 12. 15. qui Saram, Abrahæ uxorem, ſibi adduci imperat. 2. tempore Joſephi Gen. 41. 1. 3. Moſis ætate, paſſim hoc libro. 4. Pharao Necho 2. Reg. 23. 29. & Jer. 46. 2. nominatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,444 4° 1890

Et demum Pharao Hophra Jerem. 44.30. Dicti poſtea fuerunt poſt Alexandrum ab ejus nominis primo Ægypti Rege Ptolomæo, Lagi filio, Ptolomæi, ut erant Ptolomæus Philadelphus, Ptol. Evergetes, Ptol. Philopator, Ptol. Epiphanes, Ptol. Philometor, Ptol. Evergetes II. Ptol. Lathurus ſive Lamyrus, & Ptol. Auletes. Id & in aliis conſuetum Regibus. Philiſtæorum Reges Abimelechi dicebantur, Gen. 20. 2. c. 26. 1. 4. c. 34. 1. Amama in Antibarb. p. 625. Amalekitarum Agag, Num. 24. 7. 1. Sam. 15. 8. Perſarum Artaxerxes Eſd. 4. 7. c. 7. 1. Neh. 13. 6. Druſ. 12. Obſer. 24. Non ſecus ac Parthis ſui erant Arſaces, Indis Palimbothti, Romanis Auguſti, Edeſſernis Agbari, Damaſcenſis Adadi, Turcis Sultani, Cilicibus Teucri aut Ajaces.

Deut. XXII. v. 8.

כִּי תִבְנֶה בַּיִת חָדָשׁ וְעָשִׂיתָ מַעֲקֶה לְגַגֶּךָ

Ἐὰν δὲ οἰκοδομήσῃς οἰκίαν καινὴν, ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου.

Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum.

Tecta Orientalium plana. Erat mos architecturæ in Palæſtina, ut tecta plana, non inſtar noſtratium cacuminata aut in cacumen faſtigiata, conſtituerentur in ædium ſummitate, quæ deinde ad evitandum lapsûs & homicidii periculum, peribolo loricato juxta edictum DEI Iſraëlis erant cingenda, ut ne quis decideret. Peribolum illud dicîtur in lingua originali מַעֲקֶה, *circumferentia*, pro quo Onkelos ſubſtituit תִּיקָא i.e. *θήκη*, theca, pro quo prius dixêre Græci, *θήβη* vel *θίβη*, arca, ut *θίβη παπύρου*, de fiſcella ſcirpea Exod. 2. 3.

quam

quam Gręcos vocem à Syris mutuatam fuiſſe Caſaubonus ad Athen. p. 245. ſcribit. Rabbini Græcum θήκη ſuum uſu fecêre, ex quo mentem verbi Maache expoſuit R. Salomo in gloſsâ ad h. l. nempe dictionem מעקה notare ſepem circa tectum, & Onkeloſium id nomen reddidiſſe תיקא, eò quod inſtar thecæ ſit, quæ id cuſtodit, quod in ea reconditur & aſſervatur. Munſterus in Dictionario p. 157. *Peribolus*, περίβολον, תִּיקָא, מַעֲקֶה, גְּפוּת. Interpres Latinus *murum tecti* vocat, LXX. *coronam*, non quod neceſſum fuerit, rotundũ fuiſſe peribolum iſtud, ſed quia illis conſuetum, omnem limbum prominentem & extremitatem rei alicujus, cujuſcunq; figuræ ſit, *coronam* appellare. Hujuſmodi tectum planum Græci interpretes δῶμα appellant; vocem ſiquidem גג, quæ tectum ſignificat, fere paſſim δῶμα vertunt. Gloſſarium vetus: Tectum, στέγη, στεγνὸν καὶ δῶμα. Uſurpavit etiam Gręcia generalius ἀντὶ τοῦ οἰκήματος; nam δῶμα etiam οἶκος, Poetis præſertim; nec aliud quid Poetarum Principi frequentius. Etymologicum magnum p. 293. Δῶμα, τὸ οἴκημα ἐκ τοῦ δομῶ, δομήσω, δόμημα καὶ κατὰ συγκοπὴν δῶμα. Idem tradunt Suidas, Moſchopulus, Varinus Camers. Specialius τὸ δῶμα dicitur ἕρκιον οἴκου, στεγνὸν, ὀρόφωμα οἰκήματος, domûs ſuperior pars, quâ tegitur ipſa, quo ſenſu δῶμα Herodianus alicubi, & Jctus Theophilus pari modo Inſtit. p. 249. uſurpavit. Hieron. Comm. in Daniel. 6. 10. Δώματα *Latinè dicuntur* Meniana, *vel* tecta *ſive* ſolaria *&* ἀνώγαια, *i. e. cænacula.* Idem ſcribit Epiſt. 135. ad Suniam: Δῶμα *in Orientalibus provinciis ipſum dicitur, quod apud Latinos tectum. In Palæſtina enim & Aegypto non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ vel ſolaria vel meniana vocant,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

i. e. plana tecta, quæ tranſverſis trabibus ſuſtentantur. Doma per *ſolarium* explicat, qui erat locus, ubi apricari ſolebant, ut oſtendit P. Victorius 21. *Var. lect.* 13. nec cũ tectis iſtis, quæ impervia erant, contra quam in ſolariis, confundi debent, de quo vide Heinſ. in Exerc. N. T. p. 152. Idipſum tamen Hieronymus, ſi autor eſt verſionis, adhibuit vocabulum Joſ. cap. 2. v. 6. nominans locum, ubi exploratores Iſraeliticos abſcondit Rahab, *ſolarium*; quod ibi nil aliud intendit, quàm ſuperiorem domicilii partem ſoli expoſitam, ideoq; & ipſum tectum eadem de cauſa. quemadmodum etiam idem Interpres Vulgatus Jud. c. 16. v. 27. conjunxit *tectum & ſolarium*, in quo ludentem Samſonem ſpectabant Philiſtæi. LXX. ibi habent, ἐπὶ τοῦ δώματος. Alioquin *domatis* nomen eſt apud Interpretem Proverbiorum verſ. 9. cap. 21. & v. 24. c. 25. *Melius eſt ſedere in angulo domatis*, עַל־פִּנַּת גָּג, ἐπὶ γωνίας δώματος, quàm cum muliere litigiosâ in communi ſive peramplâ domo, בְּבֵית חָבֶר, i. e. *domo ſocietatis.* quem Ebraiſmum, ut obiter addam, expreſſit eleganter Symmachus per οἶκον ἑταιρικὸν, *domum ſodalitiam*, nec minus invenuſtè Gallicus Interpres: *en une maiſon de* (grand) *aſſemblage.* Etiam ad alios Scriptores Latinos tranſiit vox

T. 8. Biblioth. Patr. p. 484. Doma. Aldhelmus de laudibus virginitatis. *In proprio domatis tegulo ultricibus flammarum globis conflagraſſe memoratur.* Autor vitæ S. Udalrici l. 1. c. 25. *Ne ultra à pluviis domatum infunderentur.* Cl. Velſerus ibi non explicat, poſito ſaltem aſteriſco. Erant autem iſtarum regionum domata ob planitiem ita comparata, ut in iis ambulare, diverſari, epulari, dormire, aliaq; id genus facere liceret. Id planum non tam ex dictis teſtimoniis quàm ex dicendis.

Fuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Fuit veſpertino tempore, cùm gravis Solis æſtus deſiiſſet, ut David ſurrexerit à cubiculo ſuo 2. Sam. 11. 7. & *ambulaverit in tecto domûs regiæ*, על גג בית המלך, ἐπὶ τοῦ δώματος, & mulierem lavantem ſe viderit ex ipſo tecto, ἀπὸ τοῦ δώματος. Iſidorus l. 15. c. 3. de ſolario intellexit, cùm ſcribit: *Solarium, quod ſoli & auræ pateat, qualis fuit locus, in quo David Berſabe lavantē aſpexit & adamavit.* Uſitatum fuiſſe aufugii genus ad tecta *in luctu*, ex Eſa. c. 22. v. 1. colligimus, ubi Hieroſolyma, quæ vallis viſionis dicitur, narratur præ nimio luctu & anguſtia, εἰς δώματα aſcendiſſe. *Quid tibi accidit*, inquit Propheta, *ut omnis tecta conſcenderis, turbarum plena.* Geſtus hic lugentium erat, ut in biviis & triviis (quomodo aliás Phariſæi in publico numerabant orationes) item *in tectis* agitarent luctum, quò magis diffunderetur malum publicum; & *adverſa eorum*, ut ex Terent. Hecyr. 3. 3. 28. loquar, *tecta tacitaq;* apud nullos fient, quod non ſinunt nos ignorare verba Jeremiæ cap. 48. v. 38. *Super omnia tecta Moabi & in plateis ejus totus erit planctus, quùm fregero Moabum.* Erant etiã tecta *latebræ domus*, ubi, ut ex Plaut. Trin. 2. 2. 2. dicã, *latebroſè ſe occultabant* homines *in metu & periculis*; nam ibi ſe condebant, qui periculum aut ab hoſte, aut impetum alterius timebant. In tecto, עַל־הַגָּג, Exploratores, qui miſſi erant in Chananæam à Joſua, διὰ τὴν τοῦ τόπου δυσφυγίαν, in culmis lini abſcondidit Rahab caupona meretrix. Hiſtoria extat Joſuæ c. 2 ubi v. 7. *Ipſa fecit aſcendere viros in ſolarium domûs ſuæ, operuitq; eos ſtipula lini, quæ ibi erat.* Sic Vulgatus Interpres, qui poterat melius vertiſſe per *tecta*, in quæ periculi vitandi ergò ſubduxerat viros Cauponiſſa, ut lini faſciculis occultaret, quos in tecto

Matt. 6. 5.

repoſitos habebat. Cui explicando & illud adduco ex Hiſtoriâ Saracenicâ Elmacini Arabicè conſcripta, de Hakemo Rege Ægypti, de quo lib. 3. c. 6. p. 259. inter alia ejus ἐπιτηδεύματα impia recenſet Autor iſte: *Prehendit & mulieres quaſdam, easq; occidit, & per præconem edictum promulgavit, ne mulier ulla domo ſuâ egrederetur, neq; in tectum ſuum aſcenderet.* forſan, ne ibi mortis vitandæ latitarent. quemadmodum lib. 2. c. 20. p. 199. in eodem Elmacino legimus, Chalifam quendam, nomine Cahirum Billa, præ metu militum fugiſſe in tectum atq; ibi latuiſſe. In tecto *crebrò commeabant*, ſpectandi aut colloquendi cauſa. Super tectum, עַל־הַגָּג, ἐπὶ τῷ δώματι, loquutum Samuelem cum Saule, liber primus Samuelis arguit; ubi Vatablus in Notis: *Aſcendit ſuper tectum, ut ſc. eum familiarius alloqueretur. Solebant autem deambulare præcipuè poſt cœnam in tecto, nam erant plana tecta, non ſimilia noſtris.* Nec apud Judæos ſolum uſitatum, ſed & gentes, ſpectandi cauſa aſcendere tecta. Claudianus de Stiliconis ingreſſu l. 3. v. 63.

Plaut. 3. 2. 14. in Truc. c. 9. 25.

Nonne vides & plebe vias & tecta latere
Matribus.

Statius Thebaid. lib. 2. v. 479.

attonitæ tectorum ex culmine ſummo
Proſpectant matres, ſævoq; infanda precantur Oenidæ.

Tacitus de Agrippinæ adventu Brunduſium 3. Annal. 1. *Ubi primum ex alto viſa claſſis, complentur non modo portus & proxima maris, ſed mœnia ac tecta, quaq; longiſſimè proſpectari poterat mœrentium turba.* Lucianus Alectryone. οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος, τὸ διάδημα. τὴν ἐφεστρίδα, Dio Caſſius in Nerone:

Οἱ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Οἱ κέραμοι καὶ αὐτοὶ πάντων τῶν τῇδε οἰκοδομημάτων ἐκρύπτοντο ὑπὸ τῶν ἀναβεβηκότων. Virgilius 12. Æneid. v. 132.

Invalidiq; ſenes, turreis & tecta domorum
Obſedere, alii portis ſublimibus adſtant.

In tectis ſacrificabant idololatræ Jer. 19. 13. c. 32. v. 29. Sophon. 1. 5. quod non recordor alibi à me lectum. Tectum Abſolom plenus nefariæ cupiditatis aſcendit, ut complexui concubinarum Patris ſui, quem ſolio deturbârat, ſe applicaret, non in ſeducto ædium receſſu, ſed palam in conſpectu univerſi Iſraelis, proh nefas 2. Sam. 6. 22.

objecitq; oculis formatas inguinibus res.

O tecta ipſa miſera, cum Cicerone licet dicere, *quam diſpari Domino (quanquam quomodo iſte Dominus?) ſed tamen quàm à diſpari Domino tenebantur.* In tectis conciones habitas multi aſſerunt ex illis Servatoris verbis. Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί. καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. Prædicare ſuper tecta, eſt, ut Eraſmus explicat, ea quæ ſecretis colloquiis accîpiuntur palam prædicare. Beda l. 4. Comm. in Luc. c. 12. *Sanè quod ait*, prædicabitur in tectis, *juxta morem Provinciæ Paleſtinæ loquitur, ubi ſolent in tectis reſidere; non enim tecta noſtro more culminibus ſublimata, ſed plano ſchemate faciunt æqualia. unde lex præcipit, ut qui novam ædificaret, murum tecti poneret in gyro, ne funderetur ibi ſanguis innoxius, labente aliquo & in præceps ruente.* Papias Vocabuliſta Venetiis a. 1496. impreſſus. *Doma ſignificat latinè tectum, in quo publicè legebatur, quia erant plana, unde illud Servatoris: Quod in aurem auditis prædicate ſuper tecta.* De eo cum Bonaventura contendit Barradius, atq; inter alia iſtum ſermonem Matthæi: Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ Διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν,

Philipp. 2.
Matt. 10. 27
chil. 1. cent. 3. ad 47.
Concord. Evang. T. 2. l. 2. c. 4. p. 74.
c. 4. v. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

καὶ ἵϛησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Super pinnaculū templi explicat, quod Dominum Diabolus ſuper aliquem è quatuor angulis, quos celſum templi tectum habuiſſet alis ſimiles ſtatuerit. omne enim tectum quatuor extremitates, quæ Cenaphoth & פנות dicuntur, habuit in quatuor tecti lateribus, de quibus latè diſputat Villalpandus in Ezechielis verba illa: Factus eſt in caput anguli. Theod. Beza in Matth. p. 25. Πτερύγιον *vocat Matthæus ambitum, quo planum templi tectum ambiebatur, ne quis inde poſſet decidere, ſicut cautum erat Deut.* 22. Anshelmus in Matthæum f. 45. *Mos architecturæ in Palæſtina, ut tecta deſuper plana, non cacuminata, habeantur. Similiter & templum Salomonis factum erat planum deſuper, & in gyro cancelli deambulatorii, ne quis incautus inde laberetur.* Salomonis templi, cujus illi meminēre, tectum non omnimodam planitiem, qualem quidem in tectis domuum fuiſſe cōſtat, habuiſſe, ſed nonnihil fuiſſe cameratum & paululum devexum Conſt. l' Empereur in Codic. Middoth monſtravit, ubi vide pag. 160. 161. Idem Rex Sapientiſſimus Xyſtum, ſi ita licet nominare, marginibus præmunitam ſive marginatam porticum extrui curavit, quæ deducebat ex ædibus regiis in templum 1. Reg. 10. 13. 2. Chron. 9. 11. quæ duo loca conferri debent, cùm idem deſcribatur ambulacrum vocibus מסעד & מסלה, quibus deſignantur *& fulcra*, quæ erant ab utroq; latere iſtius aggeſtæ viæ ex jugatis aſſeribus, per quam in templū aſcendebatur, ut & *clathri cancelliq;*, qui ſuperne fuêre ab utroq; latere iſtius viæ ſubſtratæ, ne quis decideret. Ut ab his ad tecta noſtra veniam, venit demum in mentem
Act. 10. 9. aſcenſus Petri in tectum in Hiſtoria Apoſtolorum deſcriptus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſcriptus. Sunt hîc qui dicant Petrum orandi cauſa non in ipſum tectum ſed in extremam domûs cameram tecto vicinam aſcendiſſe. quo ſenſu quandoq; δῶμα uſurpari Budæus affirmat, exemploq; etiam nititur, ut Grajis jungamus Latina, quo Silius Italicus l. 14. v. 310. *totiens creſcentia tecta* vocat turrim pluribus contignationibus altè eductam, notante Modio. Et Plinius Paneg ad Trajanum, *referta tecta*, per quæ ſupremas ædium partes tectis vicinas Lipſius intellexit, & Berneggerus comprobavit. Novant. lect. ep. 44. p. 207. Aliquando ſoliti ſunt fuêre in tectis temperato calore recreari, & jucunda molliq; aura refici ægroti, nam in iſtis locis calidis, quia noctu mitis Zephyrus ſuaviter flat, lectos ſub dio ad auram captandam conſtituebant. Teſtis mihi Arabs Tograus, Poeta doctiſſimus. Ab his tectis planis metaphoras & locutiones proverbiales in literis ſacris & profanis ſcimus. Eſaias c. 37. v. 27. de devaſtatione civitatum: *Habitatores eorum erunt ut fœnum tectorum.* ὡσ χόρτος ξηρὸς ἐπὶ δωμάτων. Sic Pſaltes o- ψ. 129. 6.
mnes Sionis oſores ſive Eccleſię hoſtes gramini in tectis ejuſmodi planis naſcenti, quod propter loci ariditatem ſolisq; vehementem ardorem cito areſcit, comparare ſolet, ut hoſtium potentiam extenuet, eosq; de medio tollendos ſignificet, antequam quicquam perficiant. Ben. Arias Montanus, qui Pſalmos ex Ebraicâ veritate in Latinum carmen convertit, h. l. p. 287. παραφράζει.

Omnes Sionis quos odium trahit
Sint herba ut in tectis, prius quæ
Quàm ſiliquas meditetur, aret.

Non ſine elegantiâ, quos σεληνιαζομένους Evangeliſta vocat, Syrus דבר אגרא i. e. *filios tecti*, nominavit, ad naturam

eorum

eorum alludens; eo enim ſignificat ipſum morbum ſeu ſpiritum lunaticum, ſic dictum, quaſi amantem tecta, tectis addictum, non quod homines ob nimiam melancholiam extra tecta agat in deſerta ab hominum con-
2. Miſc. 17. verſatione remota, quod ſtatuit Nic. Fullerus, ſed quod extra domorum conclavia agat in tecta; hoc enim lunaticorum proprium eſſe obtinet Lud. de Dieu, Comm. in Matth. c. 4. v. 24. ubi & quomodo fiat, & quæ ut fieri poſſint ſymptomata, peculiari libro de cauſis & effectis Noctambulonum D. Jac. Horſtius explicavit, quem ipſum vide ad locum Matthæi ibid. p. 22. Concludam proverbio, quo indicabant abſurda, indecora, præpoſtera, & huc facit, ut ſciamus, *δῶμα* de tecto plano dici etiam profanis.

Αἶξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ᾽ ἐπὶ δώματα παίζει.

Videantur Laur. Ramirez in Pentecontarcho cap. 27. Caſaubonus in l. 4. Athen. p. 276. ubi pluribus docent, quænam fuerint Judæorum, Græcorum & Latinorum tecta.

Judic. c. XVI. ℣. 21.

ויאסרוהו בנחשתים ויהי טוחן בבית האסירים

Καὶ ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἦν ἀλήθων ἐν οἴκῳ τῆς φυλακῆς.

Duxerant Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt.

Mos ille multos tenuit & multos tenet populos, ut compedibus ferreis laxioribus captivos vinctosq; ad molendum, ſive etiam ad lapidem cædendum, & hauriendũ aquam, ad culturam ruſticationis, aliaq; ſervilia tenuerint opera. Heroa Samſonem, viſu orbatum, regno exutum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

tum, fuiſſe abjectum ad molam, eam ut circumageret, & piſtillo in carcere frumentum contunderet, dubium fere nullum ei, qui ſimul inſpexerit cap. 11. v. 5. 6. Exod. ubi inquit Dominus: *Morietur omne primogenitum in terra Ægypti à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio ejus, uſq; ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam.* quæ cap. 12. v. 29. dilucidius de carcere ſive ergaſtulo & piſtrino, in quo ſervi & ancillæ molam truſatilem circumagebant, accipitur. Græcus vocat αἰχμαλωτίδα ἐν τῷ λάκκῳ; mola n. nil aliud captivis, quàm carcer & fovea, οἶκος τοῦ λάκκου, Jer. 37. 16. quo ſenſu carceres vocabant Athenis λάκκους, ut notant 6. *Adverſ.* 24. Turnebus, 11. *Parerg.* 39. Gentilis. Idem comminatur pro ſupplicio Jehovah Dominus Eſ. c. 47. 2. Babyloniis, πανολεθρίας partem conſtituens turpem & moleſtam ſervitutem, quæ metalepticè mentione *molæ* indicatur, uti etiam Exod. 6. 6. aptè ab interprete tota Ægyptiaca ſervitus unâ *ergaſtuli* indigetata fuit voce, quæ Ægyptiacis laboribus apprime convenit, ut eo loco notat Bonfrerius p. 370. Verba Prophetæ ſunt: *Tolle molas*, רֵחַיִם. *& mole farinas.* quibus ſignificaret, Reginam illam Babel regnorum Dominam & victricem, abjectiſſimæ ſervituti fore obnoxiam, & quidem prorſus eidem, qua iis ipſis olim Ebræi inſervierant. quomodo c. 5. Thren. v. 13. conqueſtus fuerat Propheta juvenes abductos in molendiuum; quamvis non ad ſervile illud molendi miniſterium referendum exiſtimet Interpres Latinus, qui de pæderaſtia obſcæno capit ſenſu: *Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt.* quo ipſo ſenſu Job. c. 30. v. 10. vertit: *Scortum alterius ſit uxor mea*, pro quo Ebræus: *Molat alteri uxor mea.* id quod propriè explicat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Vatablus, magisq́; ad ſenſum: *Eripiatur mihi & alteri famuletur. Solebant mulieres in familiis, in quibus non erant ſervi, molere & panem conficere.* Jam verò habemus & heîc loci *multos Interpretes*, qui iſtud molendi verbũ de Samſone uſurpatum ad carnis opus ἐπὶ μίξεος οὐ σεμνῆς capiunt; nam euphemiſmum eſſe, ut *molere* denotet res nuptas & obſcœnas, ex quo ſenſu S. Hieronymus ad Eſ. c. 47. *Illud quod in Judicũ libro de Samſon ſcribitur, ad molam eum à Philiſtim eſſe damnatum, hoc ſignificare volunt, quod pro ſobole robuſtiſſimorum virorum hoc in allophylas mulieres facere ſit cõpulſus.* Idem ſcripſit non ſine αἰσχρολογίᾳ Petrus Trecenſis Presbyter, cognomento Comeſtor, vulgo Magiſter Hiſtoriarum dictus, in Hiſtor. Scholaſt. c. XVI. his verbis: *Molere fecerunt quaſi opere ſervili eum affligentes. nam molere eſt terere, ſicut triticum vel annonam. Hebræi tamen tradunt, quod Philiſtæi eum fecerunt dormire cum mulieribus robuſtis, ut ex eo prolem robuſtam ſuſciperent, nam molere eſt etiam ſubagitare vel coire. Qui enim coit* (ſit verbis, quæ non ſine rubore refero, venia), *quaſi molere & terere videtur.* Quamvis in eo deformis ſit ſimilitudinis cogitatio, eandem tamen recitat Baldus, deformis ille & illatinus ſcriptor, in Catholico. Atq; huc etiam in ſenſu nequam referunt τὸ *Ludere*, quando ſolennis ſacrificii celebritate peractâ, lætantes per convivia, ſumtis jam epulis præceperunt, ut vocaretur Samſon, *& ante eos luderet*, quod eſt ſecundum illos, rem turpem & veneream ante oculos ſpectatorum exercere. quam voluptatem eadem voce παίζειν Exod. 32. 6. indicari Villalpandus exiſtimat; quomodo etiam *ludere* Latinis, ut & Græcis παίζειν, item *molere* & *depſere*, nequitiæ verba eſſe Rittersh. ad Oppian. p. 287.

T. 2. in Ezech. l. 4. c. 79.

an. p. 287. Paræus in Muſæum f. 97. Heraldus ad Martialem, Taubm. in Plaut. Trucul. 2. 2. Druſius 5. Obſ. 5. Salmuth ad Pancirol. l. 2. c. 22. p. 299. Laurenb. in Antiquario f. 130. notârunt. Quâ ſignificatione & Philiſtæorum inſtituta in ludis illis atq; ſpectaculis publicis, parum pudicis & effœminatis, ad Venereum ludum fuiſſe directa notant & in culpa ponunt Ebræi, quaſi Simſonem coitare voluiſſent cum allophylis mulieribus, ut ex viro tam forti fortes ſibi naſcerentur, juxta illud Hora- od. 4. l. 4.
tianum: *Fortes creantur fortibus.* Quem ſenſum diſſolvit v. 29.
prorſus & diſcutit rei ipſius, quæ geſta commemoratur, accurata conſideratio. de conviviis illis & luſibus, ut πρεπόντως & κυρίως loquitur Scriptura, ita de compedibus; nec ἔργον κακοεργὲς in heroa pium cadit; neq; etiam moribus Philiſtæis tribuendum putârim, ut ex Terent. act. 1. ſc. 1.
Andria loquar, *Chryſidem habuiſſe* Simſonem in denſa juvenum & virginum corona, quorum animis ſtatim inſediſſet facti turpitudo. Atq; inde ſenſum eum, ut frivolum & turpem, merito rejicimus. Nimirum ita ſe habuit res, in carcere fuit mola more regionis, in quo vinctus Simſon duabus catenis (nam נחשתים duas innuere catenas Jonathan habet) victum parabat, molam trudendo manibus & corpore toto, labore duriſſimo & difficillimo, quem R. Kimchi h. l. notat morem. Carcer ille hîc vocatur *Domus vinctorum*, & אסורים eſt in lectione, in Scripturâ v. אסירים. Sic 2. Sam. 20. 3. בית משמרת, domus cuſtodiæ. Fuit illud genus viliſſimæ & abjectiſſimæ ſervitutis, in ergaſtulis vinctum operari, à quo opere dictum fuit ἐργαστήριον, τόπος ἐν ᾧ δεσμῶται ἐργάζονται. Nil ſanè miſerius & contemtius homine,

 qui

qui inter compedes molam circumagit. Indignam hanc ſervitutem ad exitum uſq; vitæ tragicum ſervire cogebatur Samſon טָחִין רֵחַיָּא, ut Chaldæus habet. Nil quicquam apud profanos ſępius leges, quam ſervos hanc miſerrimam ſervitii ſortem obiiſſe, qua de re nequaquam injucundum erit legere Laur. Pignorii & Titi Popmæ Commentarios de ſervis, ubi de ergaſtulis eorumq; apud gentes diverſas uſu & conditione agunt.

1. Reg. XVIII. v. 25.

וַיִּקְרְאוּ בְשֵׁם־הַבַּעַל מֵהַבֹּקֶר וְעַד־הַצָּהֳרַיִם

Καὶ ἐπεκαλέσαντο ἐν ὀνόματι τοῦ Βάαλ ἐκ πρωΐθεν ἕως μεσημβρίας.

Superſtitioſitas paganorum in precibus fundendis & ſacris obeundis.

Invocabant nomen Baal de mane uſq; ad meridiem.

Inveteratum fuiſſe multiloquii errorem, jam olim à vetuſtiſſimis ſeculis uſurpatum, circa preces & ſacrificia, quibus capi Numina putabant, non obſcurè ex hiſtoriâ Eliæ colligimus; cùm ad Vates Baalicos, qui voce inconditâ caſſa & inania verba, laudandi effuſâ libertate, ad Deos profundebant, mycteriſmo Prophetico ait: *Clamate voce majore. Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diverſorio eſt* (paulo aliter in Ebræo) *aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur.* Exiſtimabat ſtulta gens, Deos quandoq; emigrare ſedibus, aliisve occupatum. quos eâ de causâ aureis catenis, ut eſſent gratiæ ac ſpiritûs Deorum in idolis certi, alligabant. Sic Tyrii obſidione preſſi, Herculem, Lacedæmonii Martem, ne diffugerent, vinxerunt. Veterum enim ſuperſtitioſa anxiaque vanitas ſingulis urbibus numen præeſſe voluit. Quandoq; etiam *dormire Deos* opinio apud eam fuit; quam in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

diſſe Philiſtæorum animis, ad quorum ſcelerata facta diu conniverat Deus Iſraelis ex v. 65. ψ. 78. audet conjicere AbenEſra. hunc enim verſum & ſequentẽ de pœna, qua Deus Palæſtinos, arcæ Domini injuſtos poſſeſſores, affecit, exponit. Senſum verſuum ex paraphraſi Johannis Campenſis prius dabo. v. 65. *Et expergefactus eſt tandem Dominus, quomodo ſolet, qui vino obrutus poſt longum ſomnum venit ad ſe, & iterum vino exhilaratus fortiter pericula aggreditur* v. 66. *quare vulneravit hoſtium ſuorum podices.* Loqui hîc Scripturam ex ſenſu Philiſtæorum, ait Rabbi. utpote quibus Deus Iſraelitarũ viſus fuerit dormiiſſe & quaſi crapula obrutum neglexiſſe opem ferre ſuis. Sed explicatio iſta eſt ficulnea, ideoque ab eâ non pendemus. Irridebant Philiſtæi Judæos, ut expertes legis & Deorum, vindicta omnino tandem divina invenit ſanniones Philiſtæos, licet ſerò ad pœnam rapuerit, quibus hactenus pepercerat Deus in pœnam graviorẽ; juxta illam Valer. Maximi 1. cap. 2. de Dionyſio veriſſimam gnomam: *Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemq; ſupplicii gravitate compenſat.* eſt n. quadam opinione auxilium divinum diu dilatum in oculis hominum quaſi ſomnus, qui omnium rerum oblivionẽ inducit; Divina verò vindicta non dormit, juxta Nicephorum: ἱερὰ δίκη ἄγρυπνός ἐστι ταῖς τῶν ἀσεβῶν πονηρίαις. Proximè accedit, quod cœlo & parietibus incluſerit Baalem gens ſuperſtitioſa Baalitica, quam immani clamore fores cœleſtis Jovis ſive Olympii Baalis, veluti in ſomniis eſſet, pulſaſſe ex verbis Eliæ, quibus excæcatæ mentis inſanias traducit, palam eſt. nam per irriſionem dictum ab Elia, ſacrorum eorum ſpectatore, ſeriò ab illis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Baalitis acceptum fuiſſe, teſtantur iſta Vatum & Antiſtitum Beli Phœnicii vociferationes & perplexa murmura: *Clamabant ergo voce magnâ, & incidebant ſe, juxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſangvine.* Nō ſecus ac inter ſacerdotes *Jovis Ammonis matronæ virginesq́, patrio more inconditum quoddam carmen canebant. quo propitiari Jovem credunt, ut certum edat oraculum*; apud Curtium lib. v. & ut clarius exemplum de Bellonæ ſacerdotibus ſupetit ex Accone, veteri autore, qui refert, eos lacertos humerosq́; concidiſſe ſanguine ſuo Bellonæ ſacrificantes. Ad eum modum clamoſi Baalis ſacerdotes ſe cultro incidebāt, teſtaturi vel mœrorem ſuum, ex impatientiâ ortum, vel erga Baalem zelum & amorem in ſolenni hac precatione. Inciſio & cruentatio membrorum amoris & luctûs apud Orientales ſignum fuit. Id colligo ex Muhammedis verbis *in Surat. XII. Alcorani verſ.* 31. cum agitur de Joſepho, quo viſo mulieres quædam, quas uxor Pharaonis accerſerat, *ſcindendo vulnerabant manus ſuas*; ut fingit Impoſtor. Qui mos Arabibus Perſis & aliis Orientis populis eſt familiaris, ὡς φασιν οἱ εἰδότες. G. Fabricius lib. Victoriarum cœleſtium ad Joan. Tetelbachiū: *Vanitatē numinū fictorum ſecuta cultus immanitas fuit, ut Deum placatū cæde affici & ſanguine hominū exiſtimarent. Hoſpites & peregrinos imolarunt Scythæ, liberos Reges Pœnorum & Moabitarum. nec ab iis abſtinuerunt facinoribus Manaſſes Iudæ & Achas Iſraelis Reges. Cultellis & ſubulis in ſua ipſorum membra ſævierunt Cybeles & Bellonæ ſacerdotes: idem Bahalitici fecerunt & eorum imitatores* Machometani Monachi *in hunc diem faciunt.* De Mahumetanis, populis poſt homines natos ferociſſimis, Salomon

Schweiggerus *lib. 2. Itinerarii ſui cap. 58. pag.* 197. teſtatur ex ipſa αὐτοψίᾳ. de Judæis Chriſtianus Gerſon *part. 1. ſui Thalmud c. 2. p.* 16. 17. quibus olim interdictum fuit lugere *ſine raſura capitis & inciſione carnis* Deut. c. 14. v. 1. 2. Super quem locum P. Fagius, interpres Onkeli: *Gentes corporis quaſdam partes acu vulnerabant, vel aliâs incidebant, atramentumq; ſupponebant, quod in cultum Dæmonum ſuorum fiebat. Præcipitur ergo, ne ullo pacto ſicut gentes ferirent carnes ſuas. quemadmodum ſacerdotes Cybeles.* De Syriæ Deæ cultoribus phanaticis Apulejus ſub lib. VIII. Metam. finem: *Diu capite demiſſo cervices lubricis intorquentes motibus, crinesq; pendulos rotantes in circulum, & nonnunquam morſibus ſuos incurſantes muſculos; ac poſtremum ancipiti ferro, quod gerebant, ſua quoq; brachia diſſecant. Inter hæc unus ex illis bachatur effuſius ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis divino ſpiritu repletus, ſimulabat ſauciam vecordiam prorſus.* ~~ad~~ quam in Syria idololatriam alluſiſſe Chriſtum Matt. 6. 7. malè conjectat Baronius ap. Caſaub. p. 237. Jul. Firmicus l. de myſt. prof. relig. cap. 2. de Oſidiritis planctu: *Annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miſerandum caſum Regis ſui turpitudine dehoneſtati defleant capitis: tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum reſecant cicatrices.* Lucianus l. περὶ πένθους aſſerit Græcos in funeribus, aut aliis infauſtis ſucceſſibus, genua cruentaſſe. nec enim in luctu tantum, ſed & in quovis dolore, cum aliquid infauſtum infortunatumq; acciderat, ſe incidiſſe, arguunt verba Prophetæ *Eſaiæ cap.* 41. *v.* 5. in deſcriptione mœroris LXXX. virorum, qui ex tribus diſtinctis ad Samariæ regnum pertinentibus oppidis, nempe Sichem, Silo & Samaria veniſſe dicuntur.

Vide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Vide *Claſs.1.ad dict. Judith.* 14. De precibus excitatoriis ad Deos fuſis eruditiſſimum nominis Chriſtiani Varronem Arnobium nunc profero, qui *lib.* VIII. *adv. gentes pag.* 140. matutinas Deorum ſalutationes, ut excitatorias Deorum dormientium, feſtivè ſic irriſit: *Quid ſibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? obdormiſcunt enim ſuperi, remeare ut ad vigilias debeant.* Meridie verò templum intrare nefas ducebant Græci, ne Deorum ſuorum interturbarent quietem, quod ex Porphyrio & Theocrito docet D. Meurſius. Homerus ιλ. β. v. 2.

in Auctar. Philol. c. 6.

Ἄλλοι μὲν Θεοὶ ....

Εὗδον παννύχιοι. Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.

Quid hîc Elias de ſomnolento Baale, quem dulcis ceperat ſomnus? *Cumq; eſſet meridies jam, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce majore. Deus enim .... dormit, ut excitetur.* magnusq; adeo clamor per totam regionem tum exoritur, v. 27. ut cœlo iret. omnia fruſtra, ſiquidem *nec audiebatur vox Deorum, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes Baal* v. 29. ut huc liceat transferre de ſupervacaneis his ſupplicationibus illud Platonis: Μάτην οὖν περὶ Θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις· τοῖς δὲ ὁσίοις (de Judæis hîc intellige) ἐγκαιρότατος ἅπασι. Magnâ in cerimoniis ſuperſtitione inclamabant Baalitæ Baalem, invocabant nomina Deorum *quadringenti & quinquaginta viri, prophetæq; lucorum quadringenti* v. 22. 25. colebant & honorabãt *bove*, circum altare, ἐπὶ βωμὸν, ſaltitabant, L. Sie hincketen vmb den Altar. פָּסַח enim & *tranſilire* & *claudicare* ſignificat. Ululatum dixeris cultum; hi enim certè lugere Deos non colere videbantur; quod de idololatris

v. 27.

de LL. 4. f. 832.

ſcripſit

ſcripſit Clem. Alex. *in Admon.pag.* 43. & in Ammonitis, Moabitis, Philiſtæis, Sidoniis, Babyloniis videre eſt, quibus Moloch, Chamos, Dagon, Aſtarte, Bel, erant præſidium inane & fortitudo in periculis: è quibus liberati ad templa Deorum, ut rem divinam facerent, accedebant, poſt victimas oblatas Numina celebrantes. Honor enim religioſus, Diis debitus, potiſs. conſiſtebat in ſupplicationibus, feriis, ſacrificiis, templis & ſtatuis. Baal habebat aras, ſimulacra, ſtatuas, libamina, lucos, excelſa, delubra; ſicut è ſacris animadvertit J. Herenſchmid *in Oſculologia ſacra; ubi fol.* 45. vide. Philiſtæi, cùm Simſoni oculos eruiſſent, comitia poſt aliquot dies celebrabant, magnificas hoſtias idolo ſuo Dagon immolârunt, de idolothytorum reliquiis comederunt, (nam more priſco partem adolebāt, partem ſacerdotibus dabant, partem ſibi apponebant; de quo claſs. 1.) interq; epulas iſtas & crebros ſaltatus ejuſmodi Pæana cecinerūt: *Tradidit Deus inimicum noſtrum in manus noſtras.* nam moris fuit, ut Philiſtæi in præliis idola circumferrent 2. *Sam.* 5. *v.* 21. ac partâ victoriâ celebrarent victoriam in fanis Deorum, ut ex 1. *Sam.c.*31. 9. liquet, ubi LXX. videātur. dein epularentur, ut colligere eſt ex *Iud.* 16.23. ſaltarentq;. Sicut Celtiberos, vicinasq; gentes Deo cuipiam innominato nocturnas vigilias celebraſſe choreas ducendo, ſcribit Strabo lib. III. Quid egit in anguſtiis conſtitutus *Balack*, Rex Moabitarum? Bileamum Ariolum precibus & ære multo conductum, digniſſimum judicavit, qui malediceret populo Iſrael, ἐπὶ τῶν τομίων, dignus ipſe, qui millies periret. Demoſthenes p. 209. de ejuſmodi imprecatione dixit, ἔυχεσθαι Θεοῖς, ἐξώλη ποιεῖν τινα,

*Eſa.*1.*v.ult.*

de falſ. legat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

αὐτὸν, καὶ γένος, καὶ οἰκίαν. ideo ut illos Dii Deæq́; omnes in-
fælicitent, voluit Bileam ut ſupplicationi factæ ad Baalē,
ſeptem aris erectis ſacrificia, quibus rebantur vota exaudi-
tum iri, adderentur *ſeptem boum totidemq́; arietū*. ubi ſunt,
qui ſeptenario numero tribuunt μυστηριῶδες paganicum;
*ut hauriret favorem à ſeptenario ſuperiori; aliâs enim exper-
tus fuerat vim illius ſeptenarii*, inquit Fabritius Padua-
annul.31. nius in Catena Temporis, cum de ſeptenario fuſiſſimè
pag.109. diſſereret. *Extrue mihi* (verba ſunt Bileami ad Balakum)
*hîc ſeptem aras, & para mihi ſeptem boves atq́; ſeptem arietes.
fecitq́; Balack, quemadmodum juſſerat Bileam, ſacrificavitq́;
ſingulos boves & arietes in ſingulis aris.* Tamen ubi ad verba
ventum fuit, vox comminantis aut devoventis nulla
audita. nec enim pretio corrumpi potuit Balamus, qui
ſpreto terreno Rege, cujus mercede erat conductus, ad
cœleſtis Dominatoris locutus eſt voluntatem, ut extat
Num.c.22.23.24. tantum abeſt Iſraelitas maledictis, quæ
Ethnico more & fine fiebant, devoverit; ut benedixerit
ac inter laudes, easq́; maximas, memorabilē meritoque
laudatā vocē ediderit: *Quam pulchra ſunt tabernacula tua
&c.* Hâc imprecatione 1.Sam.17.v.43. incircumciſus iſte
Palæſtinus duellator Davidem in exercitatum imbel-
lemq́; juvenem devovit, ſtentoreâ clamans voce: *An
canis ſum, quod venis contra me cum baculis?* Canis in ſacris
literis abiit in proverbium contemtûs. eidemq́; *per Deos
ſuos* πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, maledixit; quod Dii omen in ipſum
converterūt. ἐκεῖνος γὰρ ὥσπερ ἦν ἄξιος κακὸς κακῶς ἀπόλε-
το, quod *Demoſthenes* dixit de quodam, qui in mari perie-
rat. Dirarum imprecationum formulas vide apud Briſ-
ſonium opere docto de Formulis lib.1.p.110. Ut autem
impre-

imprecationibus ſua vis deſit atq; facultas, exorabant, ne evenirent dira; Dii averruncent.

Dii prohibite minas, Dii talem avertite caſum.

Notanda eſt demum circa ſacra & preces Baalitarum πολυλογία καὶ πολλὴ φαντασία, quibus mane ad ſeram uſque veſperam magna verborum farragine & titulorum cō-gerie Numinum ſibi promereri favorem ſatagebant. Atque ex his precum longarum vociferationibus mutuam capiet lucem dictum iſtud Servatoris Matth. cap. 6. v. 7. *Orantes nolite multum loqui,* μὴ βαττολογήσετε, *ſicut Ethnici faciunt: putant enim, quod in multiloquio ſuo,* ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν, *exaudiantur.* Quæ enim qualisve fuerit βαττολογία & πολυλογία, per titulos celebrata ſuos, indagavimus Claſs. 1. ubi annotatum immenſum Deorum Dearumque numerum cultum nominibus multis multisq́; cognominibus, quæ propria & peculiaria Deo cuiq;. Vel *Baalem* nunc ipſum aſpicite, ut cum vario cultu in multa nomina, nec magna nec glorioſa, abierit. *Lingua Punicâ Deus Baal dicitur*, ait Servius *ad* 1. *Æneidos.* ex quo titulo Deorum generali multos dici Baales, ut apud Latinos multos Joves & Saturnos, reperias. inter quos tamen unus vetuſtiſſimus primas ſibi poſcit in Deorum orientalium concilio, ex cujus laude & celebritate nomen illud celebratum in numinibus aliis. Joſ. Scaliger Not. in Fragm. Beroſi: *Iovem Tyrii & Sidonii vocabant* בַּעַל, *quem Græci vertunt* Βῆλον. *Eſt autem* בעל *commune nomen multorum Deorum Tyriorum, Sidoniorum & Ammonitarum cognomen. ſiquidem omnis Deus apud illos vocabatur* Baal, *ſed cum attributo*, ut Martinius allegat. atque nos hîc dubitatione omni liberat *Euſebius*, vir in literis ſanctis & profanis

laudatiſſimus, apud quem animadvertimus, probatum ex vetuſtiſſimorum ſcriptorum profanorum monumẽtis, unicuique genti', velut Phœnicum, Atlanticorum, [1. de præpar. Ev. 7. & lib. 2, c. 2. 3. 4. 5.] Phrygum, Cretenſium, ſuos Joves fuiſſe, Saturnos. atque cum Saturnus, Jupiter ita fabulis ſint confuſi, *ut nec ipſe Phœbus eos, aut ab iis ipſum* (ſunt verba Seldeni 2. Synt. 1.) *ſe queat ſatis diſtinguere, numeroſaq; illa Divûm turba ad Apollinis ſive Solis Numen à Mythologis reducatur, haut amplius ſanè adeo hæſitandum eſt, quin ex uno Belo, Baale ſive Jove (ſub quibus vocibus à veri Dei cultu deficientes Solem inprimis adorabant) ad morem priſcorum ridiculo invocato, innumeri illi tituli fuerint propagati.* Hinc longa epithetorum ſerie nominare licet, בַּעַל שָׁמַיִם, Βεελ σαμὴν. *Baal-Samen*, i. e. ut Philo Byblius explicat, κύριος οὐρανοῦ. non alius Jovi erat titulus inter ſexcentos alios, ut dictum *Claſs. 1. ad 2. Macc. 6. v. 2. Baal-Phegor*, ſi rectè tueri nomen ſuum velit, erit infauſtum iſtud & inceſtum *Priapi* Numen, ut diductè monſtravimus in Diſſertatione ſuperiori. בַּעַל זְבוּב, *Baal-Zebub*, Deus muſcarum, ſi κατὰ πόδα vertas, Jupiter ἀπομυῖος, μυίαγρος. *Muthumbal* apud Plautum (cujus Punica explicant Seldenus, Petitus, Reineſius) eſt Deus inferni Pluto בַּעַל בְּרִית, *Baal-Berith.* Ut autem Baalis nomine generali idolum Sichemitarum Jud. 8. 33. & 9. 4. ad reliquorum Deorum ſplendorem augendum utebantur; ita etiam ad decorandas Regũ ſuorum aut Heroum illuſtrium ὀνομαθεσίας abutebantur leviter immutato, truncato aut etiam toto. factum enim ſæpe apud antiquos, ut eorum, quos in Deos tranſſumſerant, nomina Regibus ſuis, & ipſis quandoq; privatis, imponerent; quod è nomenclaturis Ducum Carhaginienſium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nienſium & Regum Babyloniorum apud Ott. Heurnium in *Antiq. phil. barb. lib. 2. c. 4.* Rein. Reinec. *prolegom. in hiſt. Iul. part. 1. pag.* 48. videri poteſt. Sic in nomine *Balthaſaris* Baalis, unde contractum בֵּל, Bel, nomen agnoſcimus, nulloq́; alio titulo aptius cenſuerunt appellandum Danielem in captivitate Babylonica, quam בֵּלְטְשַׁאצַּר; de Belo ejuſq́ue theſauro, ſuperſtitionis ſignificatione, cum aliâs ejus natales primigeniaq́; notio non illiberalis. Singulari inſtinctu *Gedeon* arã Baalis deſtruxerat *Iud.* 16.32. à quo laudis facinore dicebatur יְרֻבַּעַל *Ierub-Baal*; i.e. impugnator Baalis. Sic Majores à *Teuth* & *Thied*, Dei idololatrico nomine, fecêre nomina *Thiedericus*, & appellatione recentiori, *Dietericus*. & inde hodie, Gotthard/Gottfried/Gottlieb/Gottſchalck.

Eſth. 1. ℣. 7. 8.

Lectuli aurei & argentei, ſuper pavimentum ſmaragdino & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant.

Bibebant autem qui invitati erant, aureis poculis ... Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum.

Sympoſiacæ Perſarum v. 2.

In magnifico illo & ſumtuoſo convivio Suſis celebrato, Rex ille magnus Aſſuerus, oſtentator divitiarum gloriæ regni ſui, contra barbarum illum helluandi morem Perſis receptum edicto cavit, ne alter alterum ad bibendũ cogeret; erant enim principiò, qui ſecundùm gentium ad æquales hauſtus ſeſe adhortantium inſolentiam biberent; ideoq́; per Præpoſitos domûs, quos Modimperatores ordinârat, curabat Rex, ne ullus prohiberetur bibere quod vellet, neve quiſquam ad temetum urgeretur, ſed biberet arbitrio pocula quiſq; ſuo. tametſi n.

Perſæ exveteri inſtituto eſſent victûs & diætæ moderatioris, turpeq́; cenſerent illi & rem mali exempli ſpuere & emungi, ut Xenophon memoriæ prodidit, Regumq́; eſſet mos, Serino apud Stobæum teſte, ante cibum de modeſtia diſputare & ante potum de temperantia, ſive continentia cibi potusq́; prius quàm de eſu cogitare; attamen, ſicut ritus & mores neq; ætatum omnium, neq; locorum eadem, ita quoque honeſta Perſarum inſtituta quandoq; ſolebant

Serm. 42.

in pejus ruere & retro ſublapſa referri,

quod idem Xenophon in Perſia factum eſſe perſpicuè teſtatur, in quâ abuſus ita invaluerat, ut à mane ad veſperam, quicquid fuit temporis, unico ſæpe prandio cõcluderent. Quare honeſtiſs. inſtituto Aſſuerus publicã tuetur morũ diſciplinã, & fundat ſive, ut Ebræum verbũ deſcribam, inviolabiliter obſervandum ordinat, ne alter alterum ad ebrietatem potando cogat. Hæc cùm audiſſent omnes, conceſsēre, non ad ebrietatem in præſenti convivio, ſed ad voluptatem במרה κτ̀ μέτρον eſſe bibendum, viſumq́; eſt in unicujuſque arbitrio fore, quantum bibere vellet, neminemq́; verò ſupra quàm vellet cogendum eſſe. quæ coactio deſcribitur eleganter Syrac. 31. v. 37. per verbum θλίβειν, *premere, affligere, atterere*, ubi in Notis Druſius. *Ne premas eum* (convivam) *exigendo, ut tibi reſpondeat; nam id uſitatum olim fuiſſe in Oriente patet ex lege Perſarum; quæ diſertè vetabat, ne hoc fieret, i. e. ne alter alterum cogeret, de quo mentio in hiſtoria Eſther*, Idem etiam in Annot. h. l. ſcribit: *Potatio erat ſecundum legem, quâ cautum ne alterum alter ad bibendum cogeret. Sed fortaſſe aliter diſtinguendum vertendumq́;.* Et potum ſecundum legem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

gem nemo exigebat, *hac ſententia: Nemo potum ab altero exigebat, nemo alterum cogebat, ut tum conſuetudo erat. Quod ſi contemnimus, prius ſequemur, quod mihi omnino probabilius videtur, præſertim cùm verbum Ebraicum Dath pro conſuetudine in hoc libro non uſurpatur, quod ſciam.* In eandem concedit ſententiam Sixtinus Amama, qui ſic Ebræa vertit. Vnd das trincken geſchahe nach dieſem Geſetz: Niemand zwinge. ubi in Notis addidit: Der Sinn dieſes gûldenen Geſetzes iſt dieſer / daß einander niemand ſolte zwingen vmb beſcheid zu thun / gleich die Trunckebolte pflegen zu thun / ſondern daß man ein jedē ſolte laſſen trincken ſo viel als jhm beliebte. Præcepit itaque Rex ſuis miniſtris, ne cogerentur *viri & viri*, ut cum textu loquar, ad mutuas propinationes, ſed concederetur unicuique, ut, quemadmodum vellet, biberet. Salutarem legem! cui ſi apud alios Reges Perſarum obtemperatū fuiſſet, haud tantum nequitiæ & ingurgitationum in illis apparuiſſet; eos enim mutuis inter ſe conviviorū certaminibus merum alacriter ingurgitaſſe, reliquosq́; ad id urſiſſe, Xenophon ſcribit, adeo ut è cœnaculis bene pasti potiq́; alienis ſæpe redierint pedibus. Itaque λόγȣ καὶ μνήμης ἄξιον eſt edictum Aſſueri εἰς τὴν ἄγαν οἴνȣ δίψαν. Verè enim & ſcitè dixit unus è Tragicis Græciæ Triumviris, cogi ad bibendum non minus grave eſſe malum, quàm ſi quis acrem perpeti cogat ſitim, τὸ πρὸς βίαν, inquit, πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψᾶν βίᾳ, vix enim dicas, utrum ſit inhumanius, à potu depelli ſitientem, an ad bibendum compelli, qui non ſitit. Longè abſimilior fuit Aſſuero πολυπότης Alexander Magnus, de quo Athenæus lib. 12. ſcribit, convivas ad bibendum adegiſſe, eundemque

lib 8. Cyrip. p. 164.

Sophocles ap. Athen. l 10 p. 169.

Eraſ. l. 17. Epp. p. 591.

que exploraſſe vino, quod inde *lene tormentum* vocat
3.od.21.v.13 Horatius, animos combibonum Arrianus lib. 7. innuit. Mithridatem edacitatis & bibacitatis præmia propoſuiſſe ferunt, in utroque autem vitio tuliſſe palmam, quapropter & *Dionyſum* dictum Plutarchus 1. συμποσιακῶν recenſet, quem locum tractat 1. V. L. 2. Muretus. Plura Æmil. Portus, Mateneuſis & Er. Puteanus de φιλοποσίᾳ veterũ conſcripſerunt, multa quoq; præclara de ebrietate, quæ animum, corpus, & fortunas noſtras lædit, ex variis ſcriptoribus ſtudiosè congeſsêre Guiel. Stuckius *in ſuis libb. Antiquit. Convivalium*, & Fridericus Fornerus, *de Temulentiæ malo ejusq; remediis*. Eò decurrat inquiſitio bibonis, & ſalutares, cum moribus, tum valetudini, monitiones admittat; inprimis frugalitatem priſcorum Chriſtianorum ſtudeat imitari; de quâ Tertullianus lib. 2. cap. 39. in Apol. *Editur à Chriſtianis, quantum eſurientes capiunt, bibitur, quantum pudicis eſt utile, ita ſaturantur, ut qui memores ſint, etiam per noctem ſibi adorandum eſſe Deum, ita fabulantur, ut qui ſciant Dominum audire*; & quæ ſequuntur. Bone Deus, quantum differt ab ea priſci ſeculi conſuetudine piâ hoc vivendi genus hodiernum.

Vetus etiam hîc in eodem convivio baſilicè inſtructo aperitur ritus, quo *lecti aurei & argentei* ſuper pavimentum Smaragdino & pario ſtratum lapide ſive in ſolo varii coloris & emblemate vermiculato intecto πάνυ λαμπρῶς erant collocati, quibus convivantes accumberent; olim enim capiebant cibum in lectis, עַל-הַמִּטָּה, uti *cap. 7. v. 8.* de Hamane dicitur, quod D. Lutherus ibidem ut & *d. cap. 1. v. 6.* explicuit, ad ſeculum noſtrum reſpiciens, de ſcamnis. מִטָּה dicitur quaſi reclinatorium,

à נָטָה,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

à נָטָה, *inclinavit*. Sic κλίνη Græcis à κλίνω, *reclino*. De ejuſmodi lecto, quem in conviviis adhibebant, intelligendus locus 1. *Sam*. 28. *v*. 32. de Saule, qui ſurrexit de terra, in quâ mœſto jacuerat animo, & ſedit ſuper lectum. Sic Ezech. 23. v. 41. *Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te*. In reliquis locis xxiv. lectum dormientis ſive ægroti denotat. Conf. Amos c. 6. v. 4. ibique Tarnovium. Lectuli autem iſti erant lectiſſimi & pretioſiſſimi, hâc enim nobilitate præſtitiſſe ſuadet, quia *aurei* & *argentei* dicuntur, i.e. auro & argento phrygiato intertexti opere, locutione conſuetâ, quâ res aut materies quædam laminis contecta aut bracteis intertexta aureis, tota aurea dicitur fuiſſe; quo ſenſu *vitulum* dici *aureum*, quorundam eſt opinio. non loquuntur aliter Germani in ſuâ linguâ de veſtimentis & indumentis auro textili elaboratis, quæ vocant, ein gülden Stück. Græci: ἱμάτιον διάχρυσον. Andreas Oſiander in Notis: *Lectuli aurei, tales ſc. quibus convivæ diſcumbebant. olim enim non ſedentes ſed diſcumbentes cibum capiebant. Aurei autem dicuntur & argentei per ſynecdochen, quia ſtrati erant tapetiis auro & argento eleganter intextis*. Lectorum ad triclinia inſtituenda magnum fuiſſe luxum & gloriam, ut & menſarum, variis teſtimoniis compertum eſt. Conqueritur apud Gellium 15. N. A. 18. Favorinus Orator triclinia auro & argento ſtrata ſplendore ipſa æquare delubra. Ad lectos veteres conſueviſſe convivia inſtituere, non tam ex ſacris quàm profanis ritibus conſtat; nempe ita compoſito corpore accumbebant, ut modicè inflexâ & incurvatâ corporis parte ſuperiore reliqua jacerent, & alter in alterius ſinum recumberet juxta ordinem. ex quo

ſitu veteribus, *accubatio epularis*, dicebatur, teſte Catone

lib. de Se-nect. apud Ciceronem. *Bene majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet,* convivium *nominârunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum* compotationem (*συμπόσιον*) *tum* concœnationem (*σύνδειπνον*) *vocant.* Sicut & *Tob.cap.2.v.3.* & *cap.9.v.8.* eodem ſenſu *accubitus* vocabulum accipi videtur. ita etiam ἄνα τὸν αὐτὸν λόγον in vicinâ linguâ Syriacâ *accubitus* de ipſo convivio uſurpari ſolet. nam quem Evangeliſta ἀρχιτρίκλινον vocat, eum Syrus *Ioh.cap.2.v.9.* dicit ריש סמכה *Magiſtrum diſcubitûs,* ſi-

in Ariſtar. p.335. ve ut Heinſius vertit, *Præfectum epuli,* à R. סמך *innixus fuit, diſcubuit.* Idem uſu venit in linguâ Arabum, nam à Wakaa fit in 8. conjug. verbum, quod denotat *inniti, recumbere, accumbere,* uti οἱ τῶν τοιούτων μαθηταὶ docent, & quod his dicitur accubitus, ab autore ſacro expreſſius

Cant.c.1.12 dicitur *circuitus,* ita dictus, quia accumbentium eſſet circulus; מסב enim propriè eſt accubitus circularis à סָבַב, *circuire, ambire, in orbem moveri.* unde R. Salom. ad 1. Sam. 16. 11. ait omnem ſeſſionē in convivio vocari הֲסִבָּה. Petita ab hoc ritu Metaphora *ſinus Abrahæ,* ut eſſet hieroglyphicum æternæ beatitudinis, in hiſtoria ſive *parabola Lazari,* cujus anima aſportata dicitur ab Angelis *in ſinum Abrahæ, Luc.c.16.v.22.* concinnè ſub perſonâ Lazari in ſinu Abrahæ τοῦ φιλοξένου depingens Salvator ſtatum fidelium emigrantium ex hâc vitâ in vitam æternam, ubi qui ſunt, cum Chriſto in menſâ æternæ refectionis edunt, quod liceat cum Bonaventura in Pſalterium *totius beatiſſimæ Trinitatis nobile triclinium* vocare. de quo ipſe Chriſtus tropicè *Luc. cap. XXII. v.29.* locutus eſt in hunc modum: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi*

Pater

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Pater meus regnum v. 30. *ut edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo, & ſedatis ſuper thronos judicantes* XII. *tribus Iſrael.* & ex eâdem convivii metaphorâ πανηγυρικῶς exprimuntur gaudia regni cœleſtis in illis verbis : *Multi ab oriente & occidente venient, & accumbent cum Abrahamo, Iſaaco & Iacob in regno cælorum.* nempe ita quaſi caros futuros Abrahamo, ut omnes quaſi proximi ei & in ſinu accumberent. quam ipſam felicitatem futuræ vitæ nomine χαρᾶς expreſſit alibi, cui verbo magnum ritus alicujus arcanum ineſſe Laurentius Pignorius, *Comment. de ſervis*, exiſtimavit : quæ neſcio quàm Abrah. Sculteto etiam probentur. Tuum lector ſit judicium. Hanc etiam lætitiam Spiritus Sanctus veſte & coronâ nuptiali adumbravit : nempe hæc eloquentia quædam eſt doctrinæ ſalutaris movendo affectui diſcentium accommodata à viſibilibus ad inviſibilia, à corporalibus ad ſpiritualia, à temporalibus ad æterna. regnum enim DEI *non eſt eſca aut potus*, ut pagani ſomniârunt, *ſed juſtitia & pax & gaudium Spiritus S.* prout Paulus ad Romanos ſcribens, monet. Porro lecti ejuſcemodi ad cubandum diſpoſiti *aureis & argenteis*, ut h. l vidimus, inſternebantur *aulæis*, purpurea etiam aut alia ſtragula textili, miris coloribus variata, pro copia aut inopia convivatoris. adde, quod maximè laudarentur ἀργυρόποδες lecti, & ſimul in luxûs parte χρυσιόπεκλοι, ponerentur. item eburnei Amos 6. v. 4. cui explicando ſit Athenæus, qui lib. I. adduxit Platonem Comicum quoſdam iuducentem , qui in lecto eburneis pedibus ſuffulto cœnaturi cubaſſent. quod lectorum fulcrum ὅμοιον φακῷ idem lib. X. eap. I. Φακὸν appellavit exinde, quia lentis figuram referret.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ab eadem quoque formâ *μῆλα* nuncupari d. l. Caſaubonus putat, atq; ex eo autore lucem afferri Vulgatæ verſioni Prov. 25. v. 11. *Mala aurea in lectis argenteis.* ex quo attulerunt Ferd. de Salazar. *in Proverb.* Martinius *in Lexic. Philol. v. lenticula pag.* 1450. ἀλλ' ὐδὲν ἡ ἀκριβολογία χρήσιμος, ἡ περὶ τούτων εἰς τὰ νῦν. Accumbebant autem ordine eò, ut qui primus accumberet, reclinatâ ſuperiore parte corporis in ſiniſtrum cubitũ (quemadmodum & reliqui) ad lecti caput reſideret capite leviter erecto & dorſo pulvillis modicè ſuffulto, ut pedes porrigeret pone tergum ſecundi. qui verò ſecundus accumbebat, is obvertebat caput ad ſinum & umbilicum primi, pedes autem poſt tergum tertii, & ſic deinceps; unde qui ſecundus accubuerat, accumbebat quaſi in ſinu primi, quomodo tertius in ſinu ſecundi, qnartus in ſinu tertii. Jam intelligimus, quomodo *unus è diſcipulis accubuiſſe in ſinu Chriſti* legatur, quoniam Chriſtus accumbens in ſuperiore lecti parte habuit Johannem proximum. proinde dicitur recubuiſſe in ſinu Chriſti. & notandum, Chriſtum, ut πάξεος Deum, ἔθη conſueta nuſpiam reprehendiſſe, potius obſervaſſe ſeriò. Salvatorem enim noſtrũ, quum ab aliis exciperetur hoſpitio, in lecto ex recepto gentis more, cui humaniter ſeſe conformabat, cibum capere cõſueviſſe colligit Petrus Ciacconius erudito de Triclinio labore. & non obſcurè indicant verba Chriſti ad diſcipulos, quos miſerat: *Ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum*, triclinium lectis inſtructum. & arguit locus Lucæ, cap. 24. v. 30. ubi de Chriſto profecto in Emmaunta legitur, dum recumberet cum eis, ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν. imo ex Philonis, qui tempore Apoſto-

Apoſtolorum vixit, *libro de Ioſepho* conſtat, teum diſcumbendi morem tunc fuiſſe receptum; quem hodie fere omnem amiſimus. ad morem antiquum aliquo modo ſunt, quæ in itinere Turcico obſervavit Busbequius, & ante eum Leonh. Rauwolfius *lib.* 1. *Itin. cap.* 3. *pag.* 47. Johan. Boemus *l.* 2. *de ritibus gentium cap.* II. *pag.* 149. Τρικλίνιον dicebatur de loco, ubi cibum unà ſumere tribus lectis ſolebant. Ebræi inde ſuum fecêre טרקלין. Horatius lib. 1. Serm. Sat. 4. v. 86.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Plautus in Amphitr. act. 2. ſc. 2.

Alc. *Cœna appoſita eſt, cœnaviſti mecum, ego accubui ſimul.*

Amph. *In eodem lecto?* Alc. *in eodem.* Soſ. *Hei! non placet convivium.*

Res tam clara tamq; teſtata multo non eget teſtimonio, ſi tamen videtur, fuſius videantur de epulari accubatione Chemnitius 2. *Harm.* 26. *p.* 104. Caſaubonus *Exerc.* 16. §. 22. Lipſius 3. *Antiq lect.* 1. & *l.* 13 *ad Tacit. not.* 43. Meurs. *in Gloſſar. v.* Ἀκκούβιτον *pag.* 15. Biſciola *Tom.* 2. *H. S. l.* 14. *c.* 15. Ciacconius *Tr. de modo convivandi priſcorum.* Mercul. 1. *Gymn.* 11. Apian. *Inſcript. f.* 435. & 448. Manut. *de quæſit. per Epiſt.* 4. Mart. de Roa 2. *Sing.* 9. *ſeq.* Stuck. 2. *Antiq. Conv.* 34 *fol.* 267. Pancirol. *l.* 1. *deperdit.* & ibi Salmuth. Berneg. *diſp. de conviviis th.* 163 & ſi qui ſunt innumeri alii. Adfuêre inſuper conviviis GUSTATORES, qui prægustarent cibum & potum propter veneni periculum, quod etiam ex Geneſi colligere licet, & probat Talentonius *lib.* 3. *cap.* 17. *p* 513. *ſeqq.* libro rerum reconditarum. 2. SYMPOSIARCHÆ, qui convivis leges edendi bibendiq; preſcribere, fercula di-

 ſtribue-

ſtribuere, atque alia ad conviviorum ornatum ſpectantia decernere ſolebant. Syracidi c.32.v.1. dicitur ἡγούμενος, Tacito *Rex convivii*, Plato *Strategus*, Varroni *Modimperator*, Horatio *arbiter cœnæ.* Convivii hujus Perſici curatores, quantum cuique eſſet dandum, juxta epularem Aſſueri legem definierunt; de quâ conſuetudine ipſe Lutherus originem declarat, cujus verbis libenter utor, quo me tuear contra eos, qui inane in his ſtudium profitentur. *Laudatus & utilis mos fuit*, ſcribit Megalander ad Geneſin, *f.597. b. apud populos orientales, ut ſingulis cibus & potus demenſus daretur. Quilibet demenſum ſuum carnis & panis habuit. Videtur ordo ille à Ioſeph inventus & inſtitutus, & fit ejus mentio in Eſther. Quin & Romani & Græci dederunt demenſum pro cujuslibet valetudinis robore & conſtitutione. Ea profectò l:udatiſſima æconomiæ gubernatio fuit.* De ejuſmodi demenſo vide Cl. Dilherrũ *in Eclogis Syriacis.* 3. MINISRI TRICLINIARES, qui prandẽtibus pone aſtarent, eisq́; præſto eſſent, ſi quid vellent imperare; de quibus Dempſterus *ad lib.* v. *Roſin.p.*874. In ſacrá, quam nos præcipuè verſamur, hiſtoriâ dicitur *acceſſiſſe ad pedes* JESU Maria Magdalena, i. e. aſtitiſſe veluti ſervam à tergo ad lectum, in quo erant poſiti pedes Chriſti accumbentis, epulantibus enim aſtabant pueri & ſervi ad pedes, inde appellationem nacti *circumpedes* Ciceroni, nec non *à pedibus* vel *ad pedes.* qualis fuit ſtatio Mariæ ad pedes Domini noſtri; quam Pictores & Sculptores neſcio quâ inſcitia malè collocant. ut inter cæteros in quatuor Evangeliſtis Arabicè Romæ editis non ſemel videre eſt. Nemo pictor bonus, qui ritus ignorat. Seneca lib. 3. de benef. cap. 27. *Vt primum diluxit, ſervus, qui cœnanti*

nanti ad pedes ſteterat, narrat, quæ inter cœnam ebrius dixiſſet. Martialis l. 3. Epigr. XXIII.

Omnia cum retro pueris obſonia tradas,
Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Quum autem in lectis diſcumbentes epularentur cubito innixi, atque in orbem poſiti, eapropter prius *depoſitis ſoleis*, ne coinquinarentur ſtrata, lavabant, quod in hodœporico ſacro p. 96. monuimus. Hinc illud intelliges, quod ait Johannes Baptiſta, ſe non dignum eſſe, ut ſolveret *corrigiam* ſeu calceorũ vinculum *Jeſu Meſſiæ*; nam ex illius regionis more tibiatim erant calceati, & calceos aut ſcandalia ſolebant exuere aut deponere vel templum vel ædes vel conclavia ſplendidiora ingreſſuri ad capiendum cibum, vel aliud quid facturi, ut hodie Mahumetani, cum ſacris vacant. ac qui honeſtiores erant aut locupletiores, famulum aliquem vel famulam ſandaligerulam habebãt, qui ſandalia illa ſive calceos portaret, quod quidem miniſterium erat viliſſimum. ideoq; hinc colligere licet, quanta fuerit Chriſti dignitas atq; majeſtas, & Johannis Baptiſtæ humilitas ac modeſtia, quum Prophetarum omnium maximus indignum ſe judicat, qui abjectiſſimum etiam Chriſto θεανθρώπῳ miniſterium præſtaret. Sic cum *Exod. cap.* 12. præcipitur Judæis, ut agnum feſtinanter comederent, & haberent *calceamenta in pedibus*, aliqui ejus præcepti fingunt cauſſam, quia ſoliti fuerint menſæ accumbere diſcalceati; adeoq;, ne remora injiciatur, ſub typo quodam, agni Paſchalis comeſtionem ſingulari modo fuiſſe præceptã. Calculum album palam pro eâ explicatione fert Ludovicus de la Cerda *Adv. Sacr. c.* 118. Patet etiam ex exter-

na hi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

na hiſtoriâ, accubituros poſuiſſe calceos; inde illud Terentii: *Accurrunt ſervi, ſoleas detrahant, video alios feſtinare, lectos ſternere, cænam apparare.* Ovidius lib. 2. de arte amandi:

Nec dubita tereti ſcamnum producere lecto,
Et tenero ſoleam deme, vel adde pedi.

de quo adeundi Ciacconius d. l. Balduinus *de calceo antiq.* c.26. Nannius 4. *Miſcell.* 2. Druſ. *ad Exod.* c.20. Taubm. *ad Plaut. Perſ.* a.5. *ſc.* 2. Caſaub. *ad Theophr. cap.* περὶ ἀναισχυντίας. Stuckius 2. *Ant.* 33. Lipſius 1. *Sat.* 1. & 3. *A. L.* 1. Briſſonius *l.* 8. *Formul.* Ramirezius *in Pentecontarcho cap.* 12. Laur. Pignorius *de ſervis* p. 212. Quid quod ipſe Chriſtus, omnium Doctor ac Princeps, miniſtri partes in ſe ſuſcipiens Apoſtolis tanquam dilectis hoſpitibus ac convivis non tantum aquam ad pedes lavandos præbuit, ſed ipſe manu ſuâ lavit, veſtimentis prius ſepoſitis. Nolim equidem, neque fas eſſe puto, inter ea miſcere veſtem Romanorum cœnatoriam, qua inter cœnandum utebantur; quam tribuit Salvatori Cardinalis Baronius. Eam meritò è tricliniis hiſce venerandis ſacroq; hôc pedilavio ejecit Caſaubonus; conjungenda eſt potius cum hâc lotione *Præcinctio.* ſolebant enim ſervi, ſine pallio aliavé veſte exteriori, ad pedes Dominorum ſtare linteo ſuccincti, quod compertum habemus è Svetonii C. Cæſare Caligula c. 26. Ipſe Servator, ut ex moribus majorũ εὐξείνων humilitatem ſuam magis probaret diſcipulis, præcinxit ſe λεντίῳ, i. e. *linteo*, cùm hoc δούλιον ἔργον ſive *ſervile miniſterium*, ut vocat Nonnus, perageret. Lutherus in cap. 43. Geneſ. f. 594. b. *Vetus mos fuit lavare pedes hoſpitum, etiam in hiſtoriâ Evangelicâ celebratus, & à Chriſto ſervatus.*

Ioh. c. 13. v. 4. 5.

ſervatus. Et Paulus inquit de vidua 1. *Tim.* 5. *Si liberos educavit, ſi fuit hoſpitalis, ſi pedes Sanctorum lavit. Fuit pulcherrima conſuetudo in populo Iudaico, hodie verò exolevit.* Præterea poſt pedilavium iſtud capita, & interdum pedes, diſcumbentium odoratis *unguentis* & humoribus perfundebant. Expreſſit hoc Autor divini Cantici *cap.* 1. *v.* 12. nam ubi deſcribitur Regis accubitus, ſequitur: *Nardus mea dedit odorem ſuum*, i. e. dum Rex recumberet, nardino unguento perunxi illum. nempe delectabantur Orientales odoribus & unguentis frequentioribus, atq; convivas ſuos balſamo aut aliis unguentis fragrantibus perfundebant, ſi quando eos lautè excipiebant. Quo honore non dedignabatur Chriſtum mulier pia, quando appropinquante feſto Paſchatos, ad cõvivium pariter accumbente Jesu, illa accepit *libram unguenti nardi pretioſi*, & *fracto alabaſtro*, in quo optimè ſervabantur unguenta, *fudit ſuper caput ipſius* Jesu. Sic & *Luc.* 7.37. mulier peccatrix *irrigavit pedes* Jesu *lachrymis & unguento* inde Chriſtus ad Simonem v. 44. *Caput meum non unxiſti hæc autem unguento unxit pedes meos.* Ordinaria erat unctio capitis, unde & Plinius in nimia luxuriâ deputat, quod pedes quidam ungerent, quo de videatur Meurſius 2. *Crit. Exerc.* 16. *& ad Lycophronem pag.* 230. Ex eo etiam more dictum eſſe illud Matthæi: *cap.* 7. *v.* 17. *Tu autem cum jejunas, ungue caput tuum, & faciem lava, ne videaris hominibus jejunans*; ex Hieronymo Martinus de Roa 1. *Singul.* 5. Druſius 3. *Obſerv.* 10. annotant, nam quia non niſi loti & uncti accubare ſolebant, ideo jubentur etiam, cum jejunant, idem facere, ut prandiſſe videlicet jam, non adhuc jejuni eſſe viderentur, jejunantes n.

non ungebant faciem & qui in luctu erant ; nam ut ve-
rè lugere viderentur , ne caput ungeretur , ſignum lu-
ctus & jejunii erat ; ut lætitiæ & voluptatis *unctio*, quæ te-
ψ.104.v.15 ſte Pſalmiſta faciem illuſtrat. Hanc negligere juſſit Jo-
ab 2. *Sam.* 14. *v.* 3. ut in luctu ἀνυποκρίτῳ videretur, quam
ad Regem pro Abſolomo mittebat, mulier. Hanc non
negligere juſſit Servator, ne videl. homines animadver-
terent jejunatũ. verba enim Dominica non abſolutè ſed
comparatè ſunt intelligenda , nempe ſatius eſſe caput
ungere faciemq; lavare , Ebræorum convivia agitanti-
um more, quàm hypocriticè illud jejunii opus coram
hominibus quaſi in theatro oſtentare, propriamq; ven-
ditare ſanctimoniã inſtar Phariſęorum, qui, ut jejunare
hominibus viderẽtur, triſtitiam præ ſe ferebant & ſqua-
lidi volebant videri , obſcurabantq; *vultum ſuum ut ſac-
cum* , ut è *Syracid. cap.* 25. *v.* 18. loquar. Hinc etiam, quia
in lautis conviviis odores olea & unguenta odorata ad-
hibebant multum Palæſtini , cœpit ſpecies pro genere
ſumi , apud quos *ungi* dicitur pro *in delitiis vivere, lætari,
exhilarari*, ut docent Schindlerus *in Lex. v.* בשם *pag.* 216.
Crineſius *Diſp. Lex. Syr.* ex ritu orientalium. De Roma-
nis Græcis aliisq; populis , penes quos idem ritus , teſti-
monia collectu ſunt facilia, multisq; docent unctionem
iſtam Balengerus *diat. contr. Caſaub. pag.* 115. *ſeq.* & *l.* 6. *de
Imp. V.* 75. Robierzyck *de luxu Rom.* 10. *pag.* 88. 223. Car-
rio 2. *Emend.* 16. Raderus *ad Martialem l.* 3. *ep.* 60. & *ad l.*
8. *c.* 17. *Curt. p.* 531. cæteriq; permulti, qui in hanc ſcripsẽ-
re conſuetudinem. Quæ omnia inſervient ſimul Hiſto-
riæ Eſther explicandæ , nam in eâ legimus unguentis
multum temporis inſumtum, ut Regis voluptati ſatisfie-
ret.

ret. puellæ quoque, quas Rex Aſſuerus ſibi adeſſe voluit, totis menſibus ſex unctæ *oleo myrrhino*, deinde aliis ſex menſibus aliis aromatis leguntur. ubi etiam obſervare licet veterem morem includendi virgines Gynecæis, ut, poſtquam ibi excultæ eſſent & expolitæ, inde ad nuptias vocarentur; nam in τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur, ut Cicero *ad Attic. lib.* 9. loquitur, ſordidæ, &, ut ait Terentius, *inluvie immundæ*, ἀκόσμοις καὶ ῥυπαραῖς. Uſus ergo myrrhini unguenti erat ad exterendas cutis rugas, ad nævos & ſordes emaculandas; alia verò *pigmenta & aromata*, ut Vulgatus habet l. d. ad levigandas & molliendas carnes adhibebantur. Reſtaret, ſi locus eſſet, de loco honoratiore in accubitu & diſcubitu dicere; quo de Chriſtus è vetuſtiore doctrinâ informat Phariſæos *Luc. c.* 14. *v.* 7. ubi proprio & eleganti dicitur vocabulo πρωτοκλισία, ac ſi Latinâ effictâ diceres voce *Præaccubitio.* Salmaſ. *in Exercitationibus ad Solinum*, Goldaſtum *in Tr. de Majoratu l.* 1. *cap.* 15. Savaronem *Notis ad Sidonium*, Demſterum *ad lib.* 5. *Roſini pag.* 866. Douzam *in Plaut. Perſ. act.* 5. *ſc.* 1. Egnatium *ad Sveton. Tiber. p* 136. Mitall. *ad Valer. Max. l.* 2. *c.* 1. de eâ vide.

Eſa. 1. v. 18.

Si fuerint peccata veſtra, ſicut coccinum, *velut nix dealbabuntur, & rubra, ſicut* vermiculus, *veluti lana erunt.*

Qui Sacras Inſtrumenti Veteris ac Novi legent Tabulas, quin paſſim ad peccati & peccatorum atrocitatem ſignificandam aſſumi emphaticas locutiones, dubitabit nullus; ut vel ipſa appellationum frequentiâ noſtræ nos infirmitatis & miſeriæ commoneremur. & quidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

hic Peccatorum Judaici populi atrocitatem & reatum Eſaias Propheta cum *cocci vermiculiq́; ſucco*, ſive *colore ſanguineo & rubro* , eorumq́; ablutionem cum *nive* & lana, *egregiè* contulit. Solent Ebræi, nivem, ebur, byſſum, lanam, lac & argentum pro candido colore indicando ſæpius uſurpare. candidus color puritatis animi indicium, atratus lugentiũ, coccineus peccantium vel ſauciatorum. Non potuit autem Propheta Peccatum melius conferre, quàm cum colore coccineo; quo in terris nil acrius, præſertim bis tincto, quem *dibaphum* vocant, & ita intelligitur emphaticè hoc loco, nam תּוֹלַעַת cum voce שָׁנִי conjunctim poſitum coccinum bis tinctum, ut Exod. 25. v. 4. תּוֹלַעַת שָׁנִי & c. 39. v. 3. תּוֹלַעַת הַשָּׁנִי & Levit. c. 14. v. 4. שְׁנִי תוֹלַעַת. Vatablus *vermiculum cocci & coccum vermiculi* reddidit, ac ad *Ioſ. c. 2. v. 1.* tradidit, in ſcripturâ inveniri hujuſmodi conjunctiones, ut idem ſit conjunctum, i. e. quod eſt in regimine, & id cui conjungitur. שנים à שָׁנָה, quod ſignificat *iterare* ac *repetere*, *duplicia duplicata* & *geminata* ſonat, purpura autem ſemel & iterum tingebatur, ut eſſet ſplendidior & lucidior. Itaque domûs Iſrael prævaricatio, nec non humanæ miſeriæ deſcriptio, lucem capiet à coccini & vermiculi deſcriptione, ejuſq́; metaphoræ explicatione, quæ emanabit talis: *Etiamſi peccata veſtra adeo fuerint magna & atrocia, ut videantur nullâ ratione poſſe deleri, ſicut pannus tinctus colore coccineo, ad quem ſanguis vermiculi & cocco nati ſolet adhiberi, nullâ ratione poteſt elui, ut priſtinum recuperet colorem. tamen ſi egeritis pœnitentiam, ita ſanguine Meſſiæ veſtra delebo peccata, ut lanâ candidiores videamini.* Elegantiſſima eſt peccati cum cocco colatio, quam cocci enarratione

gram-

grammaticâ illuſtrant Philippus Melanchton in Conſil. part. 2. p. 195. Chytræus Comm. ad Matthæum p. 620. & in Apoc. c. 17. Præcipuam habent emphaſin, quæ à Cocco transferuntur λέξεις. Apoc. c. 17. Mulier ſedens ſuper beſtiam coccineam μυστηριωδῶς *Babylonem magnam, matrem fornicationum & abominationum terræ*, innuit. nam color ille coccineus intendit tyrannidis & immanitatis ſanguinolentæ ſignificationem. Ab eâdem locutione ingenioſus Poeta Virgilius bella cruenta Meſſalæ apprime pingit in Ciri v. 31.

Magna gigantêis ornantur pepla tropæis,
Horrida ſanguineo *pinguntur prælia* cocco.

Uſus eſt formulâ pari Homerus de morte Hypſenoræ Sacerdotis Homerus, quam *purpuream* Ιλ. ε. v. 83. elegãter vocat, quia cadaver illius vulnerato humero & alterâ manu amputatâ ſanguine rubebat. Sic Virgilius Æn. 9. v. 349. purpuream animam dixit. Hoc Eſaiæ loco *à colore coccineo* &, ut vocant, vermiculo peccatorum atrocitas exaggeratur.

Cocci & vermiculi, cujus ſanguineo ſucco tincta lana ſplendentem rubeum colorem induit, deſcriptiones extant luculentę apud Pauſaniam *in Phocicis pag.* 280. *edit. Venet.* Dioſcorid. *lib.* 4. *cap.* 46. *fol.* 488. Plinium *lib.* 24. c. 4. alios. Granum & ipſum, & ipſe vermiculus, cum adeſt, rubræ tincturæ idonea, ſi purpurę colori adjungãtur, eum ſuaviorem aſpectu reddit, & inſigniter acuit, ut lib. XXI. c. 8. oſtendit Plinius, qui lib. 9. c. 36. *nigrantis roſæ colore ſublucentem*, & c. 38. *nigricantem aſpectu*, eundemq; *ſuſpectu refulgentem* dicit purpureum colorem. ad rubentis oſtri colorem illuſtrius excitandum cocco ſuf-

fectæ lanæ rubro tyrio imbuebantur, ex quibus miſtis exiſteret hyſginum, ardens illud rubentis purpuræ genus, de quo Plinius *d.l.9.c.39.* & 41. ac placuit Minshæo in *Manud. ad ling.* Coccum, propter vires in tincturâ derivare à כח, quæ vox Ebræis innuit *vim* & *potentiam*. De differentiâ Cocci à purpura agens 1. *Miſc.* 8. Brodæus oſtendit confundi hæc non ſolùm inter ſe, ſed non raro etiam cum rubro purpuræ muricisvé colore, itemque cum oſtro, de quo Gellius *lib.2.c.26.* & cum omni rubro, quod pulchrius ac illuſtrius. Ob hanc puto mutuam colorum communionẽ variamq; permixtionem in ſacris quoque quæ S. Matthæo *cap.27.v.28.* χλαμὺς κοκκίνη, quâ milites Chriſtum ludibrio habentes induerunt, Marco & Johanni ἱμάτιον πορφυροῦν, commemorari putamus. Sicut apud *Horatium* eadem veſtis & tincta cocco & purpurea dicitur *lib. Serm. 2. Sat. 6. v. 102.* de lectis cœnatoriis:

rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.

Variant & hîc Interpretes, quos invicem componere ob colorum confuſionem ſupervacaneus labor. Quod LXX. φοινικοῦν dixêre, vertit Vulgatus per *coccinum*, & cum eo Caſtalio. Lutherus: Blutroth. Anglus *Scharlach* Tigurini verò κόκκινον reddunt: Brünnend wie ein Purpur/ quod eſt dicere, *coloris* (aut ego vehementer fallor) *accenſi* ſive *ignei-purpurei*, nam & Juvenalis *Sat. 2.* coccineum colorem facit igneum, ut qui non longè ab ignis rubore diſtaret. Coccum ignis ſpeciem tenere Gregorius *Hom. 25. in Evang.* affirmat. ideo quoque *ardentem* dixit Valerius Flaccus in Argonauticis, *ut ardentem muricem* Corrippus *de laudibus Iuſtini lib.2.n.4.* Germanicè dice-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

diceres de colore: Fewrroth / Liechtroth. Græcè κυῤῥὸς, qui color igni tribuitur; ſæpe enim πῦρ κυῤῥὸν dici invenies. Marcellus Virgilius, Interpres Dioſcoridis, *vermiculum* reddidit; voce, ut ait, conſuetá Columellæ, qui *lib.2. cap.6.* de ſeminum agens generibus inter alia dixerat: *Far, quod vocatur vermiculum rutilum.* Ac S. Hieronymus in Levitici interpretatione, cùm in Ebræo תולעה & in græcis inveniſſet, τὸ κόκκινον κεκλωσμένον, tranſtulit vermiculũ, quomodo & hic *Vulgatus* habet, quem imitatur Interpres Gallicus. De natura & generatione vermiculi, unde venit nomen, adfero verba Renodæi. *Totum granum*, inquit, *ſatur ac prægnans eſt ſanguineo cruore*, *qui poſt maturitatem perfectam diutius in membranula coactus in vermiculos abit, veſicula tenui vacua pene relicta: qui ubi adoleverint, nonnunquam fiunt alati & volatu aufugiunt.* (τοῦτο βραχὺ ζῶον εἰ ἀφίκαιτο ἐς τὸν ἀέρα πεπυνθέντ@ τοῦ καρποῦ, πέτεται αὐτίκα, ſcribit d. l. Pauſanias) *Ante tamen ipſorum procreationem ſtudioſè liquor dictus elici ſolet, ad Syrupi de Kermes apparatum, vel ſericum tingendum. impeditur dictorum animalculorum generatio, vel interitus cito citatur, ſolâ aceti aſpergine, qua exanimata cadaverula colliguntur, in maſſam miniatam coguntur*, Scoletium, *dictam*, *Plinius* Cusculium *dicit.* Idem jam olim Joh. Forſterus *in Dictionario Ebræo fol.* 329. docuerat. Addam coronidis ergo M. Flacii (quem *Virum prodigioſæ cujuſdam induſtriæ & librorum helluonem immanem* nominat rectè Ric. Montacutius) verba, quæ extant in Clavi S.S. 1681. *Vermiculi genus fuit, unde rubram purpuram confecerunt, quare Ebræi eum colorem vocant*, Tholaah, vermiculum; *forte ipſas conchas, ex quibus idem color confici ſolitus eſt, hoc nomine inſigniunt. Sic putant*

Diſpenſ. Med. l. 1. c. 17.

præf. ad orig. Eccl. n. 52.

tant aliqui nomen Italicum Scarlato, *quo idem color nunc vocatur, venire à græco σκώληξ, q. d. σκωλήκιον. Sic & Itali eundem colorem à verme dicunt vermiglio* (quem & Galli vermeillon dicunt) *Iam ille profundiſſimus & ſanguinei rubedinis color fuit Ebræis Symbolum ſpiritualis maculæ, i. e. peccati; ſicut contra albedo & candor, tum illis tum aliis gentibus innocentiæ indicium fuit. ideo dicit Deus: Si fuerint peccata veſtra, ſicut vermiculus.* Jul. Scaliger. in Poem. p. 352. Coccum ſcitè vocat *Patrem puſilli vermiculi*; nam in cocco ruber vermiculus naſcitur, à quo & color *vermiculus* dictus. Vide egregiè de Cocco commentantem Nobiliſs. Dn. Claud. Salmaſium in Exercitationibus Plinianis, in quibus dubia ſcrupuloſis ſatis ſuperq; , ut ſolet, eximet.

Eſa. VII. ℣. XX.

In die illâ radet Dominus in novaculâ conductitia in his qui trans flumen ſunt in Rege Aſſyriorum caput & pilos pedum & barbam univerſam.

Tonſura, captivitatis & ſervitutis indicina.

Propheta Eſaias Achazi Regis impii familiæ & regno ſeveriſſima DEI judicia propter ejus infidelitatem diffidentiam & rebellionem (cum contra DEI mandatum, preſſus à Syris & Samaritis, Aſſyriorum imploraſſet opem) denuntians, non in genere modò de his pœnis loquitur, ſed, more Prophetico ordine ad pathos movendum diligenter commemorat ſingula, quæ ſint eventura, ut non narrari ſed oculis ſubjici habitus debellatorum videantur. Prædicit nempe excidium per eos, qui *trans flumen* (Euphratem, qui Aſſyriam interluebat) *ſunt*, i. e. ut mox per ἐπεξήγησιν explicat, *per Regem Aſſyriorum*, quorum copiam innumerabilem & agmina, ſimitudine

litudine à *muſcarum* atque *apum examinibus* petita exprimit v. 18. muſcis comparando velociſſimos Ægypti accolas, tum Philiſtæos ſub Achazo Edomæosque; apibus verò militari diſciplinâ inſtructos Aſſyrios propter iræ vehementiam, ad quam levi ſibilo apes facile irritantur, ut de iis Virgilius 4. *Georg.* ſcribit. alludens ſimul ad regionum, Ægypti & Aſſyriæ, ingenium atque naturam, Ægyptum enim muſcis culicibus & aliis inſectis ex limo Nili naſcentibus infeſtari, ex Geographorum libris conſtat, Aſſyria verò mellificio nota. Johannes Brentius h. l. *Vocat* μεταφορικῶς *Ægyptios muſcas, quod magna ſit muſcarum multitudo in littoribus Nili. Aſſyrios autem apim, quod Aſſyria abundet apibus & melle.* Andreas Hyperius pag. 77. *Muſca per metonymiam pro Ægypto, Apes pro Aſſyria: idq́; vel quod in illa frequentiſſimæ ſint muſcæ, hæc autem apibus & melle abundet. vel quod magno agmine inſtar muſcarum atq́; apum Ægyptii & Aſſyrii ad exercitum Regis Aſſyriorum confluent.* Πανολεθρίαν verò iſtam regno Judæ imminentem pergit 1. allegoricè per *novaculam mercenariam* deſcribere, eò quod Dominus operam Aſſyriorum ad caſtigandos Ebræos velut mercede ſit conducturus. Ebr. בתער השכירה, quod LXX. reddiderunt malè: ἐν τῷ ξυρῷ τῷ μεγάλῳ· rectius Aquila & Theodotio: μεμισθωμένῳ, *novaculâ mercede conducta.* & ſic ea locutione innuitur Rex Aſſyriorum 1. reſpectu Achazi, qui illum multo auro & argento conduxerat, cum eſſet in anguſtiis & maximis turbinibus Reſpublica, quam qui tueri deſperaret, miſit ad Aſſyrios Rex, ignarus quid rogaſſet, ut ferrent ſuppetias, deditq; Ægypto & Aſſyriis manum, ut è Thren. c. 5. loquar. Solent enim mutuâ manuum tra-

ditione fœdera ſanciri. 2. reſpectu Aſſyriorum, qui turpis quæſtûs gratia ad bella conduci patiebantur. & 3. reſpectu Dei judicis, quod magis ad rem, qui Aſſyriorum operâ quaſi conductâ exequi judicia in populum decreverat. quam ob cauſam & inferius dicitur: *Serra Domini.* itemq; *Virga furoris Domini.* 2. Symbolicè per raſuram barbæ & pilorum pedum. Non minus eleganter hîc comparat Aſſyrium *Tonſori*, cui collationi commodè annectitur inſtrumentum & apparatus Tonſorum, *Navacula.* Sicut autem Deus *Chaldæum* cum *Venatore* contulit *Ierem. c.* 16. qui venaretur eos Judæos de omni monte, de omni colle & de cavernis petrarum; ita h. l. cum *Tonſore* Aſſyrium, qui raſurus ſit Judæis caput & pilos pedum & barbam univerſam. Mancipationis ſymbolũ fuit Capitis tonſura. *ἀτιμοποιόν δε σφόδρα καταψιλοῦσθαι τὴν κεφαλήν.* quemadmodum id non minus ex ſacra quàm profanâ literulâ abunde conſtabit, victores olim captivis, quos abduxerant, capita radi mandaſſe, & ipſos quandoq; captivos ſpontaneâ operâ in ſignum mœroris crines totondiſſe. Hinc toties in ſacris Iſraelitis per Prophetas futurũ minatur calvitiũ. Sic *Eſaias c. 3. v.* 16. faſtûs filiarum Sion pœnam deſcripturus ait: *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus pudenda earum nudabit.* ubi LXX. pro סִפַּח *decalvabit*, legunt שִׁפַּח, quæ deſiit radix, *ancillas faciet.* nam ut literis, ita virtute ſunt cognata verba. mox ibidem *v.* 23. *Et pro criſpanti crine calvitium*, quod LXX. vertunt: *ἀντὶ τοῦ κόσμου τοῦ χρυσέου φαλάκρωμα.* Nudare, dixit eleganti tranſlatione; coma quippe, barba *veſtem* appellavit ipſe Poeta, & *inveſtem*, cujus genas nulla lanugo veſtiviſſet. & duo illis minatur Propheta:

Cyrillus in Amos pag. 682.

Calvi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Calvitiem & *nudationem* earum *partium*, quas natura tectas eſſe voluit. quâ ipsâ indicat ſe velle revelare & in publicum proferre turpitudinem vel ignominiam; τὸ δὲ τῆς φράσεως παθητικόν ἐστιν. nudare enim non tantum *nudum facere*, *detegere*, ſed & *patefacere*, *indicare*, ἀσχημονεῖν. ut Ezech. 16. 7, & 22. γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα, de turpi & famosâ. quo ſenſu alibi expreſſius dicitur: *Revelabo pudenda tua & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* nam, per quæ quis peccat, per eadem etiam punitur. ideo ſi roges, cur ejuſmodi ſupplicio in eos animadvertendum eſſe Deus dixerit, pœnam accommodari delicto reſpondebo. Inter Romanos Imperatores Cajus Caligula, adulter & lurco inſignis, ferro per obſcœna adacto obiit, ut cauſa cædis extaret. Depilatione in Judæos vice pœnæ animadverſum fuiſſe 1. *Eſdr.* 13. *v.* 23. legimus. & minatur Deus populo captivitatem *Jer.c.* 48. etiam iis verbis *v.* 40. *Omne caput calvitium & omnis barba raſa erit.* quia ſervi & dedititii gentiũ conſuetudine, ut ſervirent, novaculã coacti ſunt experiri. quod aliter intellexit Marc. Donatus, qui hæc vaticinia ad ſimplicem luctum & mœrorem contraxit; οὐκ ἀφομοίως apud eundem: *Tonde capillum tuum, & projice in directum planctum.* Minatur a. Vates populo ſuperbo captivitatẽ & redactionem in ſervitutem. Non probo, qui *dierectum* legit, i.e. ad crucem actũ, ut eam explicant vocẽ Scheck. in Præmeſ. Epiſt. 13. Camer. in Plaut. p. 285. Sic & Ezechiel *cap.* 27. luctum de ruinâ Tyri, per raſionem capitis notat. Quod verò Ezech. *c.* 29. 18. narrat, *omne caput decalvatum & omnem humerum depilatum*, in obſidione Tyri, notat militum laborem, ex quo affirmat depilatos

Diluc. in Suet. Caſ. c. 67.

humeros ſub onere portantium, quod Raderus ad Curt. 4. 2. 16. notat, & eo Frenshemius. ψ. 68. *v.* 22. *Deus confringet capita inimicorum ſuorum verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* Chaldæus: *Evellet capillos viri ambulantis in flagitiis ſuis.* quibus, ut annotat ſuper h. l. Lorinus, innuitur turpis decalvatio, quæ dolorem continet atque ſervitutis ignominiam. Deut. *cap.* 32. *v.* 42. captivitas & capitis denudatio conjunguntur & ſe mutuò explicant, cum Deus innumerabilem prædiceret futuram hoſtium populi Iſraelitici ſtragem. Sic & Mich. 1. v. 16. *Decalvare & tondere ſuper filios delitiarum tuarum: dilata calvitium tuum ſicut aquila: quoniam captivi ducti ſunt ex te.* גזז, reſecuit, totondit, Lutherus reddidit abſchären; ſed Job. c. 1. v. 20. in ſimili materiâ, außrauſen. Apud profanos apertè Propertius *l.* 4. *eleg.* 12. *v.* 37.

Teſtor majorum cineres tibi, Roma, colendos
Quorum ſub titulis Africa tonſa jacet.

Claudian. in Eutr. *Militet ut noſtris detonſa Sicambria ſignis.* Lucanus: *Et tu tonſe Ligur.* Leo Imperator Conſtit. 105. *Qui in hoc communicârunt, ſi divites ſint, eidem pœnæ ſubdantur, ſin pauperes, flagris cæſi,* καὶ ἀτίμως κουρίᾳ *ignominioſe tonſi, exulare jubeantur.* Huic etiam Prophetæ loco illuſtrãdo à non-nemine locus Perſii *Sat.* 3. *v.* 61. impertinenter pertrahitur.

Quæq; docet Sapiens, braccatis illita Medis,
Porticus, inſomnis quibus & detonſa juventus
Invigilat, ſiliquis & grandi paſta polenta.

malè alii Codd. indetonſa.

Eleganti ἀπολυπώσει juventus Stoicorum elegantiarum incurioſa, dicitur *detonſa juventus*, quia non alebat comam, ſed tonſâ cute ſe commendabat; itaque Stoicus ad cu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ad cutim uſque tonſus, ἐν χρῷ κουρίας à Luciano per irriſionem dicitur; notante Turnebo 23. *adverſ.* 23. & *l.* 15. *c.* 17. ſed nolumus hæc ξυρεῖν ἐν χρῷ; quod adagio dicitur. Pomponius Lætus de triumpho Diocletiani: *Conſuetudinis fuit liberatos è captivitate currum triumphantis ſequi abraſo capite in argumentum præcedentis ſervitutis.* Sed dubitamus meritò, an hîc ea, quæ de tali ſervitute agit, explicatio à priſcorum ritu deſumta poſſit habere locum. cui enim fini mentio fieret detonſio *capillorum, pedum* & *barbæ univerſæ?* Quare bona Interpretum pars de ſummæ & infimæ conditionis hominibus ita explicant: ut, ſicut inf. *c.* 19. *v.* 14., per *caput* intelligant Principes, per *pedes*, artifices & vilis plebeculæ Judæos, per *barbam* Sacerdotes & Conſiliarios h. ſ. Nobiles & ignobiles captivos ducet Aſſyrius, & à ſummo ad imum regnum Iſraelis, quod corpori humano comparari poteſt, expilabit & diſperdet. *Tonſor*, ait Cornelius à Lapide, *hieroglyphicum* *in Hierogl.*
eſt Dei, qui per Aſſyrios quaſi per novaculam totondit barbam *ex Iſaia col-*
& pilos pedum, i. e. Principes ac plebejos Iudæorum. Et iterum: *lectis.*
Per ænigma novaculæ radentis pilos & barbam, Chaldæos occi- *in Proleg. ad Proph. p.* 32.
dentes, tum plebem, tum Principes Iudæorum, deſcribit. Diverſimodè Rob. Stephanus in Notis ad edit. Bibliorum A. 1557. *Veteres Ebræi cæſariem radebant & pubem: barbam non item, idq́ ex regionis conſuetudine. ſecundum quam barba erat in maximo pretio. Capilli capitis ſunt Duces. Pubes ſunt milites gregarii. Barba eſt Rex Sennacherib, qui à filiis reverſus in patriam, fuit occiſus.* Utcunque explicatio ſit, capitis & barbæ abraſionem & tonſionem, fortunæ & ſtatûs immutationem intendere certum eſt. idq́; ſymbolicè; more ſcripturæ vulgato & communi, in qua paſſim anim-

 adverte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

advertere licet ſub quibuſdam quaſi ſymbolis circa hominum actiones habitus, ſitus, geſtus & affectus corporum & animorum, myſteria aliasq; ſignificationes, ex aliquâ conſuetudine inductas, includi. v. gr. *Radere caput & barbam*, ſignum mœroris erat. ut *operire caput*, damnatorum judicium notat, alibi ſignum confuſionis & pudoris &c. de quibus ſymbolis doctè & copiosè videndus eſt Ben. Ariæmontanus in ſuo Apparatu Bibliorum Regiorum.

Eſa. c. XIX. v. I. ſeqq.

In Ægypti Prophetiâ onerosâ, quâ genti huic, quæ ortum refert ad Miſraimum Caini filium, ſuperbæ pariter & ſuperſtitioſæ exitium prædicitur, multa ἐκ τοῖς τῆς ἱστορίας ἐθνικῆς συγγράμμασιν eſſe obſervanda, juxta tria prioris partis hujus capitis membra de motibus inteſtinis, quibus quaſſanda erat Ægyptus, συλλήβδην monſtrare conabimur; niſi enim quis regionis ſitum moresq;, quos Propheta ut breviter ita ſcitè deſcripſit, ex ἀρχαιολογία didicerit, in cognitionem rei difficulter perveniet ſcio. Utilis eſt rituum iſta priſcorum intelligentia, cujus qui ſunt expertes, eos ſæpe hallucinari, dubitare, plurima præterire in Prophetis neceſſe eſt. Prophetiæ enim contra gentes editæ ſæpe aſſumunt ex gentium moribus nonnulla, abs quorum cognitione nil ageremus. Nos de ſingulis ordine.

V. I. ONUS ÆGYPTI. *Ecce Dominus equitans ſuper nubem levem, & ingreditur Ægyptum, & movebunt ſe ſimulacra Ægypti à faciebus ejus.* Illuſtres invicem ſequuntur periphraſes calamitatum maximarum Ægypti, quibus rem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

rem ita ſub aſpectum ſubjicit Jehovah, ut non dici ſed geri videatur. ut Prophetæ ſublimi utuntur dicendi genere, frequentibus metaphoris, allegoriis & figuris; ita hoc capite. Valde erat conturbata gens Ægyptia ob Aſſyrii exercitus impetum repentinum, ita *ut cor Aegypti* v. 1.
liquefieret (יִמַּס à מָסַס, eſt τακήσεται; ut etiam Hom. od. τ. v. 264. dixit, θυμὸν τῆκε, & eod. l. v. 136. κατατήκομαι ἦτορ) *in interiori ejus*, orta inter eos inteſtinâ ſeditione, volentibus aliis ſponte ſeſe tradere hoſtibus, aliis repugnantibus, & ita dum in duas factiones diſceſsêre, evenit, ut *evacuaretur ſpiritus in intimo ejus*, deficiente omni conſilio & ope. Prima periphraſis deſumitur à *nubium velocitate*. ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. pro quo Aquila: ἰδοὺ κύριος ἐπιβαίνει ἐπὶ πάχους ἐλαφροῦ. Solet interpres ille ſæpe reddere etymologias verborum, teſte Hier. ad Pamm. & verbum è verbo exprimere, quod & hîc fecit; quia עָב dicitur *nubes* à craſſitie & denſitate, nam עָבָה *denſus fuit*, & עָב denſitas, inde Aquilæ πάχος, *craſſities*, de nube. Sic alibi אבה θεληταὶ, quia אָבָה voluit, לְבָנָה, *Luna*, λευκὴ, quia לָבָן, *albus*. Nubes, celeritatis ſymbolum in ſacris; Deoq; tributum uſciſcendi acerbitatem & executionem ob delatum ad ſe crimen ſubitaneam indicat. Autores, Hieronymus, Thomas, Haymo, Hugo, Lyranus, עב קל interpretantur exercitum Aſſyriorum velociſſimum, cujus quaſi Dux fuerit Dominus, qui eos celerrimè in Ægyptios immiſerit, ut inſtar nubis denſæ fulmina, i. e. tela ac ſagittas in hoſtes vibrarent. Tremellius & Piſcator explicant de meteorologia criticâ ſuperſtitioſæ gentis, quæ nubes pro inauſpicatiſſimis haberet; utpote quibus Ægyptus minime infeſta ſit, eæq; cum

appare-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

apparerent, incolas tam fuiſſe ſtultos ac credulos rerumq́; imperitos, ut ſibi perſuaſiſſent, imminere aut etiam præ foribus eſſe calamitoſum aut inſolitum quid, fuiſſe tunc ſacerdotibus de gentis fato dicendum. Nubes inauſpicatas fuiſſe notum, hanc tamen alluſionem placuiſſe Prophetæ, dubito, an aſſerere auſim. Simpliciter æſtimamus deſcribi Dei adventum metaphorâ anthropopathicâ à nubibus deſumta; ſolet enim DEO
Pſ.104.3. ſcriptura *nubes* tribuere tanquam *vehicula* καθ' ἀνθρωποπάθειαν ad denotandam ejuſdem potentiam & incredibilem in judiciis exequendis celeritatem, h. ſ. Ipſe Dominus, fortis in Iſrael judex, venit celerrime ac inopinatò, animadverſurus ſæva animadverſione per manũ Sennaherib in Ægyptos, ac ſi velociter nubibus advolaret, cui neque montium, quæ in Ægypto, ſcopuli minaces, neq; paludes, neque deſerti ſqualor, neque oracula vana, publicæ ſupplicationes, conſultationes vanæ majorum, pythonum & divinorum, neq; maris aut Nili profunditas, obſtare poterint.

v. 2. *Et confundam Ægyptum cum Ægypto, & pugnabunt vir in fratrem, & vir in ſocium ſuum, civitas in civitatatem, regnum in regnum.* Deſcribitur factio ſeditioſa, quâ non nocentior peſtis, & mutua incolarum invidia, quam Græci ἀλληλοφθονίαν eleganter dicunt. Hęc Rerumpubl. vitia, ut ſolent eſſe fœcunda, ἀνάστασιν καὶ ἀνδραποδισμὸν πατρίδος, ſecum trahebant. Hinc amiſsâ veteri dignitate atque gloriâ Reip. ſequuta ſunt eo tempore incerta dominia erroresq́; conſiliorum v. 3. cùm quidem res civium Ægyptiorum, litium turbarumq́; inteſtinarum multitudine, anguſtis finibus concluderentur, & ex eadem domo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

domo & gente eademq́; familia vir in ſocium, agnatus in cognatum, ἑοῖς βελέεσσι inſurgerent, juſto Dei & ineffabili judicio mutuis vulneribus conciderent, dum alter in alterum, hic in tertiam culpam transferret. Uſitâta eſt nec vana oratio Micipſæ apud Saluſtium Jugurth. pag. 65. *Concordia parvæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.* cui ad eandem faciem reſpondet illa ap. Dionyſ. Halicarnaſs. Ant. Rom. 4. f. 230 αἴτιον ἰσχύος μὲν τοῖς ἀσθένεσιν ὁμοφροσύνη, ταπεινότητος δὲ καὶ ἀσθενείας καὶ τοῖς ἰσχυροτάτοις ἀλληλοφθονία. Quod ait Ebræus, *regnum in regnũ*, מַמְלָכָה בְּמַמְלָכָה, pugnaſſe, ſcitiſſimè, νομὸς ἐπὶ νομὸν, LXX. reddiderunt, & hanc quidem verſionem Epiphanius, cùm contra Baſilidianos ſcripſit, reſpexit: Νομὸν οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα ἤτοι περίχωρον. Sic enim ab antiquis vocabatur νομὸς, provincia, διοίκησις vel præfectura. Nullam eſſe rem, quæ Rempublicam contineat vehementius, quam Præfecturarum juxta certas leges ac conſtitutiones ordinationem rectè intellexerunt prudenterq́; conſiderârunt Solones Ægypti, nam eo fine & veteres Ægyptios in pręfecturas diviſiſſe, quas *Nomos* vocabant, terram ſuam, eosq́; qui illis præerant, dixiſſe νομάρχας, planè conſtat. Quænam illa & illi fuerint, non obſcurè Moſes & David, Proclus & Plinius, exponunt. Ebræis, ut à melioribus Muſis ordiamur, פְּקִדִים (qnod cum ' פְּקִידִים Eſth. 2. v. 3.) *Gen. c.* 41. *v.* 34. dicuntur, qui eſſent ex edicto Regis totius Ægypti diſpenſatores reiq́; annonariæ curatores & arbitrii. Vulgatus reddidit: *Et conſtituat ſervos ſuper terram*, LXX. καὶ καταστησάτω τοπάρχας ἐπὶ τῆς γῆς. Scholion ἐπισκόπους exponit; non malè, cùm & Arcadius JCtus in l. 18. § 7. D. de muner. & honor.

Epiſcopum vocet eum, *qui præeſt pani & cæteris rebus venalibus.* Eo afferimus τοὺς חַשְׁמַנִּים מִצְרָיִם ψ. 68. *v.* 32, quos intelligunt Præfectos & Præſides, Nomarchas. hocq; etiam vidit Abenezra, qui סגנים interpretatur. D. Kimchi eſſe dicit libro Radicum שרים גדולים ונגדים, gravi & honoris plena appellatione. Vulgò, non tamen vulgariter, נגדים vertunt peritiores linguæ, *Duces* aut *Principes*, principatûs enim ſignificatione communiter in ſacris uſurpatur. quo ſenſu ſublimiori principatuum ordines vocibus quatuor ἀξιολόγῳ ἀριθμῷ *Prov. c.* 8. *v.* 15. & 16. extant: nim. מְלָכִים, רֹזְנִים, שָׂרִים, נְדִיבִים, è quibus שרים & נגדים Kimchi explicandæ voci חשמנים ſatis convenire exiſtimavit. LXX habent πρέσβεις, Senes. Heſychius: πρέσβεις, γέροντες, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι. Sic & Latinorum *Senior*, Gallor. *Seigneur*, nõ ætatis tantùm vox eſt, ſed honoris. Nunc Nomos explicabimus. Proclus in Timæum docet, νομὸν dici ἀπὸ τοῦ νενεμῆσθαι τὴν γῆν. Sic n. inquit, vocarunt Ægyptii τὰς διαιρέσεις κατὰ τὰ μεγάλα τῆς Αἰγύπτου μέρη. Narraverat Plato in Timæo τὸν νομὸν Σαϊτικὸν ἐν τῷ Δέλτᾳ eſſe, cujus Deæ nomen ſit αἰγυπτιστὶ Νηῒθ, ἑλληνιστὶ δὲ Ἀθηνᾶ, Gloſſæ veteres: *Pagus*, τοπαρχία, χώρα, νομός. Plinius lib. v. cap. IX. νομοὺς interpretatur Præfecturas. Sic de Ægypto diſſerens: *Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur. Dividitur in Præfecturas oppidorum, (quas Nomos vocant) duodecim.* à quo in numero Nomorum diſſentit, qui ſtatuit in Thebaide decem, Strabo *lib.* 17. ubi *Sethreitici nomi* meminit, & νομοὺς quoque vocat in Arabia fælice Sabæos & Minnæos. Plinius 10. *Epiſt.* 5. meminit ad Trajanum νομοῦ μεμφιτικοῦ, quod ibi Joh. Maria Catanæus per Præfecturam Memphiticam rectè exponit, quum alii

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

pro lege acceperint. Trajanus eod. lib. Ep. 23. ad Plinium de Harpocrate: *Tu ex quo nomo ſit, notum mihi facere debebis.* In Epiphanio νομὸς προσωπίτης præfectura Ægyptiaca quædã dicitur, quales nominantur Setheitica, quam diximus, νομὸς Σεθεΐτης ſeu σεθρείτης, Thebaitica, Memphitica, Coptica. Vitus Amerbachius inexcuſabili lapſu vertit: *Legem, quæ nomen habet à perſona.* quo ipſo errore Chalcidius illa Platonis in Timæo p. 21. τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός, vertit, *Lex Saitica.* Sais una eſt ex urbibus Æygpti, & nomi Saitici metropolis. Vides, quid non faciat, ſi ignoramus, quæ ad ſacra & regiones & ipſos quoque Magiſtratus cujusq; gentis pertineant. Ipſe etiam Interpres Bibliorũ Regius lutum allidit LXX virali ineptè reddens: *Lex contra legem.* Oecolampadii ſuper iſto verborum ſenſu apponenda judicârim hypomnemata, idq; eo libentius, quia eo, quo vixit ſeculo, divinas Eſaiæ Prophetias, ſicubi à moribus ac ceremoniis antiquis ac regionum ſitu dependent, feliciter interdum explicaſſe deprehenditur, adeo ut etiam Lutherus Tom. 2. Epiſt. ad Nic. Gerbelium f. 151. a. ſcribat: *Gaudeo valde Iohan. Oecolampadium Baſileæ Iſaiam profiteri, quanquam audio id multis diſplicere. Sed ea eſt fortuna doctrinæ Chriſtianæ. Dabit & per eum virum nobis Chriſtus aliquid lucis in Prophetas.* Sic autem ſcribit fol. 104. b. *Per regna, hic intellige* Præfecturas Ægypti, *quæ vocantur ab Aegyptiis* νομοὶ. *Sicut & à LXX. hîc dicitur.* Καὶ νομὸς ἐπὶ νομόν. *Et regio vel præfectura contra regionem vel præfecturam: quales ſunt Thebais Alexandrina, Ptolemais, Memphitica, Arſinoitis & aliæ.* Oecolampadius & hîc ſatis novit Græcè; quod de eo elogium ſcripſit Eraſmus. De eo aliquid magis repetere *Epiſt. ad Brixium, l. 19, p 643.*

petere poſſumus ex Paul. Leopardi 7. *Emendat.* 17. Lælii Biſciolæ *Tom. 2. hor. ſubciſ. lib.* 4. *c.* 9. Martinii *Lexico Philologico verb. Nomos.* Camer. *Not. ad Ariſtotel. Oeconom. p.* 87. nec, ſpero, infructuoſum erit Kircheri *Syntagma apparatus Hierogl.* quo veteris hodiernæq; Ægypti crographiam, unà cum ſingulorum Nomorum urbiumq; celebrium deſcriptione, reperiemus. De oraculi divino complemento adeundus cordatus noſter Brentius, qui ex Herodoto & Diodoro rem geſtam illuſtrat.

v. 3. *Et evacuabitur ſpiritus Ægypti in medio ejus, & conſilium ejus diſpergam: & quærent apud* (הָאֱלִילִים) *idola, & ad* (הָאִטִּים) *divinos, ad Pythones & adſciolos* הָאֹבוֹת וְאֶל־הַיִּדְּעֹנִים. Lutherus: Da werden ſie dan fragen jhre Götzen vnd Pfaffen (hoc unicū hujus capitis vocabulum carpit peſſimus Sannio Wicelius) vnd Warſager vnd Zeichendeuter. Mos pervulgatus omnium gentilium, ut in publicis periculis conſtituti nil auſpicatò gererent, ſed ad Deaſtrorum ſuorum oracula, quæ in rerum agendarum vel omittendarum autoritate conſulebantur, horumq; myſtas, ad ariolos, item & divinos, quorum infinita erant & diverſa genera, explorandæ Deûm voluntati confugerent, *præberentq; vati,* ut *Juvenalis* ait, *crebrum poppyſma*, ut ſibi fata canerent. Sic magnâ in frivolis religione implorabant Baalem Baalitæ, Molochum Moabitæ, Dagonem Philiſtæi, Belum Babylonii, & cuiq; nationi refugium idolum erat, quæ de ejuſmodi rebus vanis, commodis ſuis aut populorum indoli inſerviens, quandoq; decernere fuit ſolita, idq; omnino vanè, cum omnia idola *Elilim*, i. e. vana fuerint, minusq; quam nihil, cavæq; ſub imagine formæ, ut Virgilius loquitur, *Eſa.* 41. *v.* 24. 1. *Sam.* 12. 21.

fol. 19. b. in Luth Verſ.

1. *Sam.* 6. 2.

Sat. 6. *v.* 584

12. 21. *Baruch*. 6. 3. 7. 1. *Cor*. 8. *v*. 4. uti εἰδωλοποιήσεως imbe-
cilla origo, utpote à manu artificis profecta, oſtendit; *Ier.* 10. 3.
unde & idolis ab effectu, vel defectu potius, nomina va- *Oſ.* 13. 2.
ria libris inſerta divinis, quæ explicat Kircherus *lib. de u-
ſu Concordant. Ebræo-græcarum ſect.* 6. *f.* 187. inter alia ſunt
און, שקר & אליל, eò quod fallant expectationem idolola-
trarum, qui ſe ab iis adjutum & conſervatum iri confi-
debant. David Propheta, ut oſtenderet cunctos Deos
falſos *vanos* eſſe nullarumq; prorſus virium, ſi cum Deo
vero, cœli & terræ effectore, comparentur, ait: *Omnes
Dii populorum ſunt* אלילים. LXX. *δαιμόνια* reddunt; quo- *Pſ.* 96. 5.
modo Paulus 1. *Cor*. 10. *v*. 19. explicuit, ut videatur inde
deſumſiſſe. Eſaias *cap*. 44. *v*. 9. *ſeqq*. ait tam ipſos autores
atque effectores ſculptilium, quàm Deos effictos eſſe
vanos. quod & Jeremias *cap*. 10. docuit *v*. 3. *ſeqq*. qui et-
iam *cap*. 14. *v*. 22. in vanitatibus gentium numerat cœlos,
quos pro Diis colebant. Zacharias *Teraphim loqui vani-
tatem, & divinos videre falſitatem, & ſomnia fruſtra prædi-
cere, & vanitate conſolari*, emphaticis verbis ad Judæos
prolocutus fuit, quod heîc nos de Ægyptiis non minus
verè effamur, vetus genti funebre malum & ſeditionum
diſcordiarumq; celeberrimam cauſam fuiſſe portento-
ſam illam idololatriam ejuſque autores & adminiſtros,
quos oneroſos conſolatores meritò ridet Propheta no-
ſter. Baruch *cap*. 6. egregiè oſtendit idola nil eſſe *v*. 1. *ſeqq*.
nec malos punire, nec bonis benefacere poſſe *à v*. 33. *ſeqq*
Barnabas & Paulus *Act*. 14. *v*. 15. Jovem & Mercurium
res vanas, *μάταια*, nuncupabant, quos hominibus aſſimu-
latos è cœlo ad ſe deſcendiſſe ſomniabant; ut multis di-
ximus Claſs. 1. ad illum locum. Si quis plures requirat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

locos de famoſis Diis ac idolis gentium, adeat elaboratiſſimos libros Joh. Rainoldi *de Idololatria.* Valde verò mirandum eſt, non extitiſſe toto terrarum orbe majores Religionis confuſiones & teteriores idololatrias, quàm in Ægypto, nullam adhuc in orbe terræ neq; tam ſtultam neque tam vanam ullam gentem extitiſſe, quæ tam idololatriâ turpi vixiſſet, ſub imagine Bovis, Crocodili, felis, Ibis aliorumq; animantium, Deum colens; quæ & cepas aliaq; hortenſia aliquid Numinis in ſe alere opinata fuit, ut hinc rectè Juvenalis *dementem Aegyptum* appellet, ipſe quondam Romanarum ſuperſtionũ diligens obſervator, quo de vide nos Claſs. 1. Dict. 1. quò videas Ægyptios immaniora paſſos fuiſſe ludibria, nil non fœdarum rerum conſecrantes, quos eo nomine tãgit S. Paulus *Rom. 1. v. 23.* Certè Ægyptus, ad quam ſcribit Propheta, erat cloaca omnigenûm Deûm, variarũq; ſuperſtitionum officina, quæ inde ad varias gentes auctæ atque ſimul productæ fuerunt, ac in qua, quod de Româ dicit Leo, diligentiſſimâ ſuperſtitione habebatur collectum, quicquid uſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. *Non eſt major*, inquit quodam in loco Auguſtinus, *& ſuperſtitioſior idololatria, quàm Aegyptiorum. nam Aegyptus perfudit mundum figmentis talibus, qualia deinceps dicit Apoſtolus. cum enim dixiſſet:* In ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, *addit*, & volucrum, & quadrupedum & ſerpentium. *Nunquid enim in aliis templis vidiſtis ſimulacrum capite canino, vel taurino, cæterorumq; animalium irrationalium figmenta? Hæc enim idola Aegyptiorum ſunt.* Hic illud quod ex Triſmegiſti Aſclepio obſervavi; admirabili exituq; comprobatum vaticinium de Ægypto

Sat. 15.

Serm. 1. de Apoſt.

Ægypto præterire non poſſum, ait, Ægyptum eſſe imaginem cœli, & mundi totius exemplum, quia idola ibidem omnis generis religioſiſſimè colerentur, neque eorum menſura eſſet, neque etiam modus, quæ tamen deſtruenda prędicit præſagus quaſi vates: *Tunc*, inquit, *terra iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum, ſepulchrum erit & mortuorum pleniſſima. O Aegypte, religionum tuarum ſola fabulæ ſupererunt, & incredibiles poſteris tuis, ſola enim reſidua verba ſupererunt inciſa lapidibus, tua facta narrantibus & habitabit Aegyptum Scythes aut Indus aut talis aliquis.* Exemplum, ſi non complementum, hujus vaticinii ſumemus ex *v.* 1. verbis iſtis: *Nutabunt idola Mizraim à facie ejus.* quæ verba ludicrè afferunt, qui probare volunt idola omnia Ægypti ad Chriſti infantis & Virginis Mariæ ingreſſum corruiſſe; de quibus vehementer ſolicitus eſt Annalium operoſus ſcriptor Baronius. Tam grandia miracula ſi facta fuiſſent, Evangeliſtæ ſilentio non præteriiſſent; *Fabuloſum eſt*, inquit Oecolampadius h. l. *in Aegypto Chriſtum puerum ſigna fuiſſe operatum, & corruiſſe idola, quia initium ſignorum ejus in Cana Galilæa, tametſi verum, quod illam viſitatione ſuâ per Apoſtolos cumprimis, utpote vicinam Iudææ, ſanctificârit, cadentibus prædicatione verbi idolis. inſuper quanta ſuperſtitione excelluit, tanta & religione floruit poſtea, & multo amplius nutârunt, quàm veniente Aſſyrio, imo prorſus corruerunt.* An idola adventante Deo per Aſſyrium corruerint, neſcio, nec enim verba clarè indicant. Par locus huic, quem in monumenta publica Sacra poni juſſit Deus, cum ait *Exod. cap.* 12. *v.* 12. ad Moſem & Aaronem, paulo ante exitum populi ex Ægypto, quo ipſo tunc tempore θηριολατρεία abominanda, ut alibi dictum, magicæ.

Tom. 1. ad A. C. 1. n. 42 & ſeqq.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

magicæq; incantationes maximè colebantur. *Tranſibo per terram Aegypti nocte illâ, percutiamq; omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine uſq; ad pecus, & in cunctis Diis Aegypti faciam judicia. Ego Dominus.* Non autem decidit ſcriptura, quæ fuerint iſta DEI in Deos innominatos Ægypti judicia, in quo tamen ſe Rabini torquent, nempe eâ nocte paſſim decidiſſe Deorũ ſtatuas & periiſſe omnia Ægyptiorum Numina ajunt. Novum non eſt in idola manufacta feciſſe DEUM judicia. Sic enim intelligimus, quod legitur 1. *Sam.cap.*5. *v.*3. & 4. de Philiſtæorum idolo *Dagon*, quod *coram arca Dei Iſraelis* (cujus adventum exhorreſcebant, ut eſt cap. præced. 4. v. 7. & 8.) *conſiſtere* non potuerit, in terram ſubitò delapſum. De idolis vento Typhone confractis à diluvio, quæ Said Aben Batrich tradat, vide apud Seldenum Prol. de Dîs Syris p. 48. Ejuſmodi autem imagines Ægyptii, ut & hoc commodè moneam, *ad influxus ſtellarum* fabricabant, quibus ſpiritus ſiderum includi putabant, quod docet Mars. Ficinus in libro *de vita cœitus producenda cap.* 13. nec aliter ac Dæmones ſolebant humana nonnunquam corpora occupare, perque illa loqui, moveri, movere, mirabilia perpetrare, ſimilia quædam per imagines facere ſtellarum ſpiritus arbitrabantur, quoniam divinum ſpiritum adnexum & quaſi impactum materiæ ita credebant, ut omnia ipſe agitaret. Vocalis illa ſtatua Memnonis apud Juvenalem, Tacitum, Plinium, notiſſima eſt. Variæ erant magicarum iſtarum conſtellationum ſive ςοιχειωματικῶν imaginum formæ, quas Ebræi *Teraphim*, Græci ςοιχεῖα, Arabes *Taliſmat*, Latini *Sigilla* vocant. quas cùm inſpexeris, nil niſi nugas omnium frigidiſſimas deprehẽdes, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

des, & quas ſine miſeratione fatuæ religionis non leges; de quibus videndi Seldenus 1. *de Diis Syris* 2. Scaliger 2. *Epiſt.* 180. & 3. *ep.* 226. Delrio 1. *Diſq. magic.* 4. *quæſt.* 1 Leunclavius *in Pandect. Turc. c.* 130. Buxtorf. *in Lexico Chaldæo-Rabb. p.* 879. Gaulminus *Not. ad Pſelli Dialog. de oper. Dæmon. pag.* 131. *&* 146. Stephanus Stephanius *in Notis ad lib.* 2. *Saxonis Grammatici.* De idolis manufactis, quæ Dæmones ſubintroierunt, in Zoar legitur, ea tempore diluvii & diviſionis turris Babylonicæ cæpiſſe, tum enim deſcendiſſe Dæmones; oracula & reſponſa dando in imaginibus. Verba Ebræa, ſi vis, vide apud R. Menaſſeh Ben. Iſrael, Judæum Amſtelodami Synagogas docentem, *lib.* 3. *de Reſurrectione c.* 6. Conf. Auguſt. *Ep.* 49. Martial. Lemov. 2. Ep. 6. & ibi Elmenhorſt. in Notis. Videmus a. ex hiſtoricis monumẽtis apud Ægyptios & Chaldæos extitiſſe primã ſuperſtitionum Aſtrologicarum idololatriam & incunabula cacotechniæ iſtius magicæ; ex qua, tanquam fonte omnis *κακουργίας*, cæpere effigiationes illæ, quas modò diximus, ipſa etiã oracula Diaboli inſtinctu hinc introducta, vaticinia item, auguria & omnia falſarum perſuaſionum genera oborta. erant deinde, ex quatuor elementorum actionibus, paſſionibus & formis, curioſè traductæ *πυρομαντία, ἀερομαντία, ὑδρομαντία, γεωμαντία* ac, ut ordo ſacrorum ſervaretur, erant ſingulis generibus divinationum ſui exegetæ, qui, quæ eſſent ex uſu Reipubl., agerent ſuaderentq́;. quæ omnia fruſtra conſultũ iri, Propheta ait ab iis, qui ſe totos auguriis dabant omnesq́; actiones & fortunas ad aſtra, veluti principia & infirma elementa reducebant. Primi omnium mortaliũ Ægyptii feruntur à ſcriptoribus curſum cœli & ſtellarũ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

omniumq; motuum cœleſtium, ſtudio & ingenii magnitudine comprehendiſſe. Illos enim primos fuiſſe tradunt, qui vivendi formam morumq; diſciplinam præſtiterint, primosq; omnium aratrum inveniſſe & inſtrumenta fundi, tum Solis ipſius curſum obliquum; de quo Dionyſius Afer *in Perieg. orbis* conſuli poteſt. Poſt hos, quod conſtat ex lib. 1. Diodori Siculi, Chaldæi, Aegyptiorum coloni, artes accepêre, τὰς περὶ ἕκαστον βίον ἐπιτηδεύσεις addicêre, èq; liberalibus artibus, quas diſcere atq; exercere publicè intererat, Arithmeticam potiſſimum Geometriam atq; Aſtronomiam excoluerunt. quas omnes credibile eſt Danielem & Moſem, relictis ſuperſtitioſis, didiciſſe, cùm de hoc *Act. c.7. v. 22.* dicatur institutū fuiſſe omni ſapientiâ Ægyptiorum; de illo *v. c. 1. v. 17.* illi σύνεσιν καὶ φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ datā. Procop. ad Eſ. Εὑρήματα τῶν Φιλιστιαίων κληδωνισμὸς, ὡς χαλδαίων Ἀστρολογία, καὶ Αἰγυπτίων ἐπῳδαί τε καὶ φαρμακεῖαι, καὶ Κρητῶν οἰωνοσκοπία. Hanc v.
Aſtronomiam Ægyptios & Chaldæos à Sethi posteritate, quæ artium à ſe repertarum elementa duabus columnis inſculpſit, accepiſſe ſcribunt; eam autem ſucceſſu temporis infinitis multisq; magicis ac diabolicis præſtigiis commaculatam fuiſſe, ex veterum traditione quis neſcit. Hæc Aſtrologia apud Ægyptios & Chaldæos primùm exculta ſuperſtitioſam peperit ut Medicinam ita Theologiam; tradidit enim μαγικὰς κακοτεχνίας, καὶ δαιμονιώδεις τελετὰς καὶ ἄλλας ἀθεμίτους ἀρρητουργίας. de qua orientalium Theologiâ magicâ expectamus Gilberti Gaulmini libellū peculiarē. Primi illi ſuperſtitionis paris candidati in calamitatibus ſe conferebant ad Augures cœli, qui ex obſervatione temporum profitebantur ſe ſcire &

Ioſeph. 1. A. 1. 3.

certò

certò prædicere poſſe, quid cuiq; eventurum. inde *Dan.* 2.*v.*2. præcepit Rex, *ut convocarentur arioli & Mag. & maleficì, & Chaldæi.* ubi dicuntur *Chaldæi* nomine artis non gentis Mathematici & Genethliaci. quibus DEUS Iſraelis, qui irrita facit ſigna divinorum & hariolos in furorem vertit, alibi futurum excidium minatus ita Chaldæorum alloquitur civitatem: *ſtent nunc & ſervent te ſpeculantes cœlum* (LXX. οἱ Ἀστρόλογοι τοῦ οὐρανοῦ, Phœnicum linguâ appellati ζωφασημὶν, τοῦτ' ἐστὶ, inquit Philo, οὐρανοῦ κατόπται, quod reduci poteſt ad Ebræam, quã agnoſcunt matrem Phœnices. צָפָה enim ſpeculatus fuit, & שָׁמַיִם, Cœli. Lutherus: die Meiſter deß Himmelslauff) *contemplantes in cœlis, ſupputantes menſes, ut annuntiarent, quæ ventura ſunt ſuper te.* in quibus verbis Chaldæorũ vanitatẽ accuſari Marſilius Ficinus *lib.*1.*in Aſtrolog.* teſtatum fecit, putantium ſe ex cæleſtium orbiũ motibus & ſtellarum curſibus poſſe futura prævidere humanosq; perſpicere caſus, atq; ex prævisis vel depellere, ſi mali, amoletis magicis, vel ſi boni, confirmare. Incertas deinde illorum obſervationes innuit; cum ait *v.* 11. *veniet igitur malum, cujus neſcis ortum*, h.e. quod tibi nec Mars nec Saturni frigida ſtella præſignificavit. *Tunc irruet ſuper te calamitas quam non poteris expiare*, horarum electionibus & aſtrologicis imaginibus, aut ſuperſtitioſis aliis machinamentis à te propellere. Solebant illi delictum, ſi quod à ſe in Deos admiſſum putabant, expiare; θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι. quæ verba ſunt Platonis 2.*de Republ.* Placamenta cæleſtis iræ, ex Livio *l.*5.*hiſt.p.*255. diceres; & ex ejuſdem lib. VIII. *averruncandæ Deûm iræ victimas cædi.* nam in his utebantur

*Eſ.c.*44.25.

*Eſa.c.*47.13.

*ap. Euſeb. l.*1.*προπ.ευ.*

Tom 1.*edit. Henric Pet. Baſ.p.*287.

verbis, *expiandi*, *procurandi*, *averruncandi*, *placandi*. Mala, præſertim quæ portentis deſignabantur, precibus ac ſupplicationibus per aruſpicinam ordinatis procurabātur, quæ eorum procurationes *Depulſa* ſive expiationes portentorum appellabantur, ut ex Valerii Maximi l. 1. c. 1. conſtat. Quis non ex hiſce dictis colligat, Prophetam noſtrum Ægyptiorum oracula, vaticinia, auguria, reſpexiſſe. q. d. hâc illos parte contemplatus: Ubi Dii veſtri? Annuncient illi, quæ ventura ſunt in futurum? & ſciemus, quia Dii? ut inquit cap. 41. ubi nunc augures & Aſtrologi tui, qui ſe ſcire jactant inſtar Calchantis Homerici Ιλ. α. v. 70.

.... τάτ᾽ ἐόντα, τάτ᾽ ἐσσόμενα, πρότ᾽ ἐόντα.

& Sibyllæ Virgilianæ:

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Neq; v. averruncandis calamitatibus publicis ſuffecêre Ægyptiis Dii, à quibus derelicti cōverterunt ſe ad *Magos*, qui Diis ſapientiâ proximi & afflatu Dei pleni exiſtimati fuerunt. ſed & apud illos nil invenietes conſilii, ſubmiſerunt ſe ſuperſtitioſâ anxietate *Pythoni*, qui & ipſe divinitatis quippiam habere exiſtimabatur in divinando. Poſtremum etiam, victis ſuperſtitione animis, à cœlo ad terram converſi auguria conſuluerunt, ac ad infimos quoſq; diverterunt incredibili ſolicitudine, divinatores ſc. & conjectores, Augures & Aruſpices, genus hominum infidum atque peſtiferum, ſperantibus fallax. quos graphicè deſcribit Ennius apud Ciceronem in fin. lib. 1. de Divinat. Fuit a. multum præſidii toto oriente in Magis & Præſtigiatoribus, ideoq; primâ hîc collocantur ſede, & vocantur אִטִּים. Varie illud nomen vertunt. Caſtalio,

ſtalio, *hariolos*, Tremellius, *Præſtigiatores*, Vulgatus *Divinos.* quâ eâdem voce utitur Interpres ille antiquus *Deut. c.*18. *v.*11. de vatibus, qui futura prędicere volunt. Gloſſæ: *Divinus*, μάντις. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 3. p. 728. Rufino interprete: *Divinos appellant, à quibus per incorporationem Dæmonum eorum, qui eis præſunt, verſibus arte modulatis reſponſa proferuntur.* Cicero de Fato: *Chryſippus æſtuans falli ſperat Chaldæos caterosq́ divinos.* Arioli ידענים q. *Scioli* dicti à יָדַע, *ſcivit, cognovit*, à ſcientia rerum abditarum & occultarum ſic dicti κατ' ἐξοχὴν, ut חכמים *à ſapientiâ* Magi. Seniores tranſtulêre aliâs ἐπαοιδοὺς, incantatores, quos Scholion exponit τοὺς ἐξαιρέτως περὶ τὰς ἐπαοιδὰς καὶ ἐπικλήσεις τῶν δαιμόνων σχολάζοντας. aliâs τερατοσκόπους, prodigiorum interpretes, hîc verò γνώστας ex vi vocis Ebrææ, cognitores ſeu divinatores. De voce אוב quædam diximus Claſs. 1. Ægyptii ſuperſtitionis Magiſtri, hâc in perſuaſione fuêre, nihil eſſe agendum, niſi prius è Magi, neſcio cujus ore prodiret dictum vatidicum. Quales primum in Ægypto Magi fuerint, ignotum non eſt. Ipſa enim ſtultè curioſa ac credula ſemper aliquid monſtri aluit, quod de Africâ aliâs dicitur, ac ſemper ſecretioris magicæ artis Magiſtros varii generis ac mirabilis ingenii produxit, cujus rei certitudo cõſtat è Pentateucho. Magis enim Regum primos, qui Ægypti fuêre, fuiſſe uſos ex ea hiſtoria, quæ res Regis Pharaonis copiosè tradit, notũ. Vetus hoc artificium Diaboli fuit, & malarum artiũ haud poſtrema Magia. Tempore Joſephi *Pharao* ad ſe Gen. 41. 8.
accerſivit כָל חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם *omnes Magos Aegypti*, quos Magiam illam infamem & incantationibus ac carminibus compoſitis excoluiſſe apparet; & forſitan documentis

 multis

multis ſciremus, ſi extaret *Apollonidis*, Scriptoris Ægyptii, liber inſcriptus Σεμενουθι (cujus meminit Theophilus Antiochenus lib. 2.) quo de Magices originibus ejuſq; ſtudio & exercitio apud Ægyptios tractavit, Plinio etiam teſte, lib. XXX. c. 1. ubi de magice agit; hujusque cultorem *Moſen* ibidem fuiſſe ait. qui locus præteriri non debet. *Eſt*, ait, *alia Magices factio, à Moſe & Iamne & Iotape Iudæis pendens, ſed multis millibus annorum poſt Zoroaſtrem.* Dignum autore pagano mendacium. ex quo tamen hoc ἀξιομνημόνευτον colligimus, nobilis illius hiſtoriæ, quæ in Exodo narratur de Pharaone, crudeliſſimo in gentem piam dilectamq; DEO Perſecutore, famam ad gentiles falſo tamen rumore, ut more gentilium fit, perlatam fuiſſe; palam quoque eſſe apparet, *Iannem* & *Iambrem*, quos Paulus 2. *Tim.* 3. *v.* 8. ſtrenuos eò temporis in thaumaturgia illa Moſis Antagoniſtas, nominat, Pliniũ intellexiſſe. quos Thalmud *in Sanhed.* ראשי החרטומי *Principes Magorum*, vocavit, de quibus egimus Claſs. 1. Dicit Moſes à Pharaone accerſi juſſos ſapientes & maleficos, qui, ad evertendam religionem Judaicam & DEI veri Judæorum ignominiam, magicis artibus ſuis virtuti DEI, quæ per Moſen operabatur, æmulatione commentitia reſiſterent. & quidem iſti virga ad incantationes abutebantur & ad fallaces ac præſtigioſas transformationes faciendas. planè ut apud Homerum Circe ſocios Ulyſſis virgula (ῥάβδῳ) perculſos in ſuos informaſſe dicitur. aquam quoque in ſanguinem mutabant, & quæ ſunt alia σοφίσματα καὶ φενακισμοὶ, in Exodi cap. 8. deſcripta, ubi lege, quomodo impoſtura magorum fuerit detecta & ſcientia eorum confuſa.

in Odyſſ. κ. v. 238.

*v.*5. וְנִשְּׁתוּ־מַיִם מֵהַיָּם וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ. *Et areſcet aqua de mari, & fluvius deſolabitur.* His & ſeqq. ſermonibus minatur Propheta non modò frugum infelicem proventum, ſed etiam negotiationis omiſſionem, & mercimoniorum ſummam infælicitatem, quippe 1. per *exiccationem maris & fluminum* intelligit ceſſaturam omnem negotiationē & piſcationem, quibus impensè delectabantur ad quæſtum & capturam ſemper intenti, ut ita *deſerta ſiti regio*, 1. Eclog.
ſicut Virgilius loquitur, prædicatur hyperbolicè per ſiccitatem maris, i. e. ſinus maris, in quem Nilus ſe exenerat, & per *deſolationem fluvii*, i. e. Nili ejuſdemq́; aggerum. Nili enim exundatione Ægyptus ſtatis anni temporibus irrigabatur. eâ igitur irrigatione emanente, littora & agri exareſcebant æſtu Solis cuncta adurente. eadem ἐξοχῇ Nilus dicitur fluvius *Gen.c.* 15.*v.*18. & *c.*41.*v.*1. quomodo *Tiberim* Suetonius *in Aug. c.* 67. ſimpliciter vocavit *fluviū.* imo etiam Curtius, cum *amnem* nominat ἁπλῶς, Nilum innuit *l.*4.*c.*7. & ſimiliter Athenæus *l.*9.*c.*9. ποταμὸν vocat Nilum ἐξοχικῶς. Ex iſto *fluvio* ad præſignificandam ſiccitatem & ſterilitatem indeq́; ſecuturam σιτοδείην & ſeptem pingues vaccas & ſeptem tenues carne aſcendiſſe legimus; quia ex unico Nilo ubertas & ſterilitas, exundatio enim cubitorum 16. fertilitatem; cubitorum v. 6. aut 9. ſterilitatem portendebat. dubio procul per annos ſeptem perexiguum Nili auctum fuiſſe infra XII. cubita aut etiam quinque, notat Pererius eum in locum. quæ eadem Pinedæ in *Iob. c.*38.*v.*7. conjectura eſt, altos defeciſſe amnes. Prædictio autem illa famis verè Prophetica fuit, notante Luthero. Oecolampadi- *in c.*45. *Gen f.*611.*b.*
us h. l. fol. 129. a. *Non eſt ponendum hic miraculum, q. mare*

& omnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

& omnia flumina exiccanda ſint, ſed quia aquis feliciſſima eſt Aegyptus, ubi felicitate exciderit, fluminibus carere dicitur, maximè quia cæleſtibus pluviis non irrigatur, ut alia terræ, ſed inundatione Nili fluminis, ad cubita XIV. *vel* XV. *vel* XVI. *nam ſi paucioribus creſcat, famem ſentit, teſte Plinio. Aquarum ita penuria deſolatio terræ deſcribitur, quaſi ita vaſta ſit, perinde aqua careat, ſicut ſupra & de Moab dictum. Nilus hîc variis nominibus appellatur, nunc* mare, *nunc* fluvius, *nunc* rivus, *nunc* rivi, *dividitur enim flumen illud in ſeptem oſtia, vocaturq; mare, non ſolùm generali nomine, quo Hebræi omnes aquarum congregationes maria vocant, ſed & quia juxta hiſtorias conſtans olim opinio fuit, quod mari Oceano ducat originem ſuam. Dicitur igitur*; Et deficient aquæ Nili à mari, *h.e. in ipſis oſtiis maris, atq; adeo flumen ipſum ſolitudo erit & arida.* Nonnulli exiccationem iſtam ad inſanas Nili ſubſtructiones referunt; ejuſdem enim aquas XII. Reguli avertebant vel ad ſiccitatem uſque in ſtagnum Moerios (quod v. 10. dici ſtagnum voluptuarium ajunt) adducti ſola animi libidine, ut id cum ſuis pyramidibus & labyrintho perficerent. Utrum ſit, ſive hæc ſiccitas ex cauſis naturalibus, ſive ex derivatione Nili in ſtagnum & alia voluptuaria provenerit, certum illud, magna hinc Ægyptiis damna data; de quibus *v.* 6. 7. 8. 9. 10. ac 1. *calami & junci inopia* enumeratur v. 6. קָנֶה וָסוּף קָמֵלוּ. item *papyri*; de qua עָרוֹת dici Junius exiſtimavit, ab עיר pellis, quaſi pelliculæ dictæ philyræ iſtæ ſive membranulæ papyri. nam ea in multas cutes & plagulas arte diſſecabatur, ut docet
l. 13. c. 11. Plinius. LXX. habent πᾶν χλωρὸν. Calamo & junco abundaſſe in paluſtribus & ripis Nili Ægyptum, quis tam in lectione peregrinus, qui ignoret. unde ad eam regionis

natu-

naturam Rabſaces, Imperator exercitus Sennacheribi, in oratione ad Hiskiam alludit, cùm ait de auxilio Ægyptiorum ficulneo: *Confidis in baculo arundineo*, i. e. ſpes figis in iis, qui nullo eſſe poſſunt præſidio. 2. Reg. 18. 20. Poteſt hoc cõfirmari adagium etiam uſu Græcorum, apud quos *lignũ ficulnum*, ut fragile admodum atque imbecille, proverbiis aliquot locum fecit; nam ipſi ἄνδρα σύκινον, virum ficulneum appellant mollẽ atq; inutilem, συκίνην ἐπικουρίαν pro inani auxilio, συκίνην μάχαιραν, de calumnia uſurpant. ubi vide Eraſmum. Chil. 1. cent. 7. adag. 85. p. 258. Jeremias *cap.* 51. *v.* 32. ait, *& ſtagna combuſſerunt igne*. Ariæmontanus hyperbolen devitans vertit *arundines*; quia intelliguntur ſtagna juncis & arundinibus plena. Sed אֲגַמִּים *ſtagna* ſunt & paludes. *Exod.* 7. 19. *Eſa.* 14. 23. *c.* 42. 15. אַגְמוֹנִים autem *junci* ſunt, qui creſcunt in ſtagnis: *Eſa.* 5. *v.* 5. Papyrifer appellatur Nilus à Poetis, naſcitur enim in illo πάπυρος, ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται. Nili aquas coercebant moles & aggeres, itaque eò dixiſſe videtur Propheta: *ubi elongabuntur flumina, attenuabuntur, & vaſti erunt rivi aggeris*; de quibus videatur Cujacius. in Parat. C. de Nili agg.

Et lugebunt piſcatores ac mærebunt omnes mittentes in flumen hamum: & extendentes rete ſuperfacies aquarum languidi erunt. v. 8. His verbis opificiorum, inprimis verò piſcaturæ, defectus & jactura recitatur. inter Ægypti divitias erat *Piſcatio*, propter Nilum vicinumq; mare. quare piſcinas ac vivaria (אגמי נפש *ſtagna animæ*, i. e. refocillationis) habebant, in quibus in eum finem piſces aſſervabant. itaque ingruente ſiccitate illâ Propheta ait, etiam Piſcatorum ceſſaturam negotiationẽ. Theod Snepfius in h. l. p. 399. *Per aquas rerum affluentiam*, & per operas

piſcatorum *& eorum*, qui lino operantur, *Synecd. intelli-guntur omnes mercatores, opifices, quorum in his bellis civilibus artes, opificia, mercaturæ & emolumenta jacuerunt*. Nota eſt

Num. 11. 15. Judæorum in Ægypto degentium piſcatio, cujus tenentur deſiderio in deſerto agentes, cum rebelles faſtidio cœlitus miſſi cibi ollas & piſces Ægypti flagitabant. Nota eſt ex Plutarcho Antonii piſcantis hiſtoria, quẽ Cleopatra piſce ſalito deceptum monuit, ut piſcationem Ægyptiis relinqueret, ipſe urbes & regna piſcaretur.

v. 9. *Et confundentur operantes lintea varia, & plectentes naſſas*. Ebr. *Texentes foraminoſa opera*, i. e. aulæa reticulata. Accedebat piſcationi *linificium* ſive byſſi textura; linum

l. 19. c. 1. n. præſtans & ſubtile producebat Ægyptus, teſte Plinio. è quo telæ tenuiſſimæ conficiebantur, cujuſmodi fere apud nos tela Cameracenſis, Kammertuch. Ejus uſus erat in re ſacra veſtiariâ. Apulejus ult. Metamorph. loquens de cerimoniis Iſiacis, ſic ſcribit: *Tunc influunt turbæ ſacris divinis initiatæ viri fæminæq; omnis dignitatis & omnis ætatis, linteæ veſtis candore puro luminoſi*. nam cum rem divinam peragerent albati erant & candore puro luminoſi, quod hic ait Madaurenſis. Cicero 2. de legg. *Color albus præcipuè decorus Deo eſt, cum in cæteris, tum maximè in textili*. de linigeris vide Beroaldum in Sueton. Tiber. f. 292. 378. Raphelengium *in obſerv. ad ænigm. vet. poet. fol.* 51. Ad. Junius 4. *animadv.* 29. Erat etiam in honorum & virtutum diribitione uſus byſſi. Sic Pharao veſtivit Joſephum, filium Iſraelis, ut V. V. & LXX. habent, *ſtola byſſina*, בִּגְדֵי שֵׁשׁ, i. e. *veſtimentis byſſi*. quod erat inſigne Principatûs, & dabatur in ſignum, quod honore ab aliis deberet affici. item *Sponſarum* ornatus erat, Ezech. c. 16.

Luthe-

Lutherus in Gen.c.36.fol.492.a. *Magnates in oriente byſſo ſunt uſi, ſicut hodie Turca pileo byſſino utitur. Romanis inſigne erat purpura & toga, orientalibus byſſus.* Cidaris byſſina erat Perſarum, de quâ vide Claſſ.1. Byſſinam veſtem Judæis ſacerdotibus fuiſſe familiarem Joſephus 6. *bell. Iud.* meminit. שש ſpecies lini præſtantiſſimi & ſubtiliſſimi Ægyptiaci, ut ad *c.* 25. *v.* 4. *Exod.* Abenezra ſcribit. Piſcator ibidem reddidit. Egyptiſch Flachs. ex illo erat amictus, qui σινδὼν Græcis; teſte l.7.c.16. Polluce, ut ἐξ ἐρίου erat ὀθόνη. Lutherus in Evang. Lucæ vertit, köſtlich Leinwad. etiam verbum hoc Ebræum שֵׁשׁ bis occurrit *Eſth.c.*1.*v.*6. non uno ſignificatu, nam priori poſitum loco *byſſum* notat, in poſteriori, *columnas marmoreas*, עמודי מרמרין, ut Chaldæus habet; contractum ex שיש *marmor.* In Prov. *cap.*7.*v.*16. אֵטוּן מִצְרָיִם *funis Aegypti* denotat lintea Ægyptiaca, aut byſſina tapetia acu picta, à meretrice ſive adultera ἀγλαΐης ἕνεκεν adhibita. *Intexui*, inquit, *funibus lectum meum, ſtravi tapetibus pictis ex Aegypto. aſperſi cubile meum myrrha, aloe, cinamomo.* nam claruit Ægyptus elegantiſſimis tapetibus & textilibus, quæ erant ſubtiliſſima, quorum inventionem deberi Ægyptiis Plinius lib. 7.c.56. autor eſt. Lucanus lib. x.

Quod Nilotis acus compreſſum pectine ſerum
Solvit & extenſo laxavit ſtramina velo.

Sic Martiali Epigr. VI. lib. 10. v.7. *tunica Nilotis* eſt tunica acu picta ab Ægyptiis; ut obſervat 30. *Adverſ.* 30. Turnebus.

Quando eques & picti tunica Nilotide Mauri.

Byſſum optimam & variegatam ab Ægypto aſportari docet Ezechiel. *cap.* 27.7. *Byſſus varia de Aegypto tracta eſt*

tibi in velum. שֵׁשׁ בְּרִקְמָה Ariæmontanus ficto vocabulo vertit *byſſum de recamatione*. quod ut plenius capias, vide part.1.p.64.ſeqq. ubi de רָקַם diſſerimus. unde ſimul cum arte derivatam vocem מָנוֹר conjectant, qui Ægyptiis texendi gloriam tribuunt, quam una cum hoc nomine in terram promiſſam ſecum Iſraelitas attuliſſe, notat ad Pagninum Mercerus col. 1419. mirum eſſet ſanè, veteribus Ebræis tantillam verborum copiam non fuiſſe ad talia textilia ſatis conſtituenda; nihil enim in iis video, cur credam non fuiſſe conceſſam ὑφαντικὴν unà cum voce, cujus vim ipſi non ignorarent Judæi; inprimis cum ad Ebræum נִיר omnino referre queamus. Eoſdem Ægyptios ante annos quingentos excelluiſſe linificio, teſtis Benjamin Judæus in Itinerario ſub finem, quod poſt Ariæmontanum correctius edidit Conſtantinus l'Empereur, ubi λίνον Αἰγύπτιον toto orbe celebre ad retia conficienda commendat: *Incolæ Sonbat linum ſerunt optimum, & retia ſive conopéa* (Empereur *candidas telas* vertit) *texunt: atq; hæc merx per totum orbem diſtrahitur*. Mercem eam Ægyptiam innuit Scylax Geographus in Periplo, quem poſt Hoeſcelium Iſaacus Voſſius nuper adornavit caſtigatiorem, cùm γρύτην λεπτὴν καὶ ποικίλον φόρτον nominat. Silius *lib* 3.*v*.370. telas Arabum & Peluſiacum linum mutuò junxit. Lini feracem Ægyptum, etiam ex ſacris colligimus; eò quod *Exod.c.9.v.31.* prima ratio lini habeatur, tantumq́; fiat lini & horrei læſi mentio, cum horribilis illa grando cecidiſſet. Hordeum & linum tunc erant in virore ſuo. Judęi in verſione Conſtantienſi. Der Gerſte war zeitig / vnd der Flachs ſtengelecht. Junius: *Hordeo ſpica erat mutica*. אָבִיב eſt ſpica cum calamo virens.

Spica

Spica mutica dicitur, quæ non habet ariſtam, teſte Varrone 1. de re ruſt. c. 49. Spica autem ea, quæ mutica non eſt, in hordeo & tritico tria habet continentia. Granum, glumam, ariſtam. Ad eandem feracitatem alluſit Galienus Cæſar; nuntiantibus quippe Aegyptum deſciviſſe ab Imperio Romano, reſpondit: *Quid? ſine lino Aegyptio eſſe non poſſumus?* Sic de omnibus regionibus, qui fructuum proventu commendabantur, jocatum fuiſſe Galienum, quum eas amiſiſſet, Trebellius Pollio ſcribit. Frid. Wendelinus de admirandis Nili pag. 191. *Præter frugum abundantiam, lini quoq; copiam maximam quotannis Aegyptus miniſtrat, quam Nilo quoq; ubertatem debet. eſtq; linum hoc præſtantiſſimum, quod in varias occidentis partes ſpargitur: Lini divitem eſſe Aegyptum, colligitur quoq; ex Iſa. c. 19. v. 9. & Eſth. 1. v. 6. cui minimum firmitatis, plurimum lucri eſſe ſcribit Plinius.* Confer Fr. Vatablum in 2. Paralip. c. 1. v. 16.

v. 11. *At ſtulti Principes Sohan, Sapientum Conſiliariorum Pharao conſilium infatuatum eſt, quomodo dicetis ad Pharaonem: Filius Sapientium ego, filius Regum antiquorum.*

In altero hoc capitis membro, continente reprehenſionem totius adminiſtrationis, Principes Taneos & Pharaonis Conſiliarios, δοξοματαιοσοφίας καὶ κενῆς οἰήσεως arguit, dicentes ſe *Filios Regum antiquorum & Filios Sapientum.* ideo non conſulendos ob ſtultam vanamq; perſuaſionem monet. neque ullus eorum, quos ſpecie ſapientiæ ſtolidos pronunciat, conſilio juvare poterat, cum juxta Sophoclem *in Oedipo* improbam in mentem bona conſilia non cadant. nam ubi Deus mentem aufert, nec conſilii nec judicii locus eſt in Politicis. Quæ fato ma-

nent, quamvis ſignificata, non vitantur, ait Tacitus 1. Hiſt. c. 18. Manum enim injicientibus fatis hebetantur ſenſus hominis & obtunduntur. Amm. Marcell. lib. 4. Miſerum admodum in Republ. gubernandâ, quum homines ante prudentes, quum à DEO deſtituuntur, ad inſaniam redacti, bruta publicant decreta contra Deum ejuſq; unctos; cum divino labante auxilio in omne ſtultitiæ dedecus, imo perniciem, *καὶ κῆρα κακὴν μέλανος*
Homer. ιλ. π. 686. *θανάτοιο*, præcipites ruant pernitioſi auctores conſilii; ſeroq; hîc ſapiebant Ægyptii, Phrygibus deteriores. nam præcipitata raptim conſilia cum neque revocari, neque in integrum reſtitui poſſint; celerem pœnitentiam, ſed eandem ſeram atque inutilem ſequi, teſtatur Livius lib. 31. oportet, *dum navis eſt ſalva, promtè conſulere & providere, ne evertatur.* Poſtquam *fluctus* exuperat, *inane eſt ſtudium*, ſcribit J. Cæſar *in Com de bello Gallico lib.* 5. Hanc pœnam DEUS minatur Edomæis, quorum conatus planè irritos & deliberationes vacuas reddebat, eorumq; *Sapientes*, i. e. conſiliarios exterminabat *cap.* 29. *v.* 14. Eſa. *Et peribit*, inquit, *ſapientia Sapientium.* Similiter apud Obadiam. *Annon in iſto die dictum Domini. Tum perdam ſapientes ex Edomæa.* Idem Jer. c. 49. v. 6. dicitur de ejuſdem Idumææ ſtrage. & hoc eſt, φρονέοντας εισ ἀφροσύνην ἀναβάλλειν, *Conſilium Sapientum infatuare.* ſi, quod ἄνευ θεοῦ ineunt, non ſuccedit. quo ſenſu τὸ יְהוֹלֵל de judicibus ſtulteſcen-
Ioh. 12. 17. tibus, à Jobo Edomæo ſcriptum eſt. Vulgatus reddidit: *Adducit* DEUS *conſiliarios in ſtultum finem, & judices in ſtuporem.* הלל hîc & Eſa. 44. v. 25. *inglorium reddidit, brutum fecit, in furorem vertit, infatuavit*, ſignificat. Conſiliarii, ſicut appellantur ſapientes, ita & eſſe debent; ne

de iis

de iis dicatur: Κενοὶ κενὰ βȣλέυονται. Qui non ſapit conſilio, is ſtultus, & qui imprudenter agit, (ἄφρων) inſanus eſt. Non ergo ſoli ſtulti, qui nolas geſtitant. etiam ii ſæpe, *quibus juriſdictio committitur, ſtulti ſunt.* Seneca 2. *de benef.* 35. teſte. Hæc populos, hæc magnos Ægypti Reges, horumq́; conſiliarios mala ſtultitia tenuit, cum plus fiſi viribus ſeducerent ſe & alios, q. d. *Heus Aegypte, quò jam tibi prudentia, quam ab antiquo dierum jactaſti, abiit: Veſtra, quæ dicitur ſapientia, nunc ſtultitia eſt. Veſtra Reſp. tota nunc corruet, cum ad eam confirmandam aliis animus aliis conſilium deſit.* Antiquitatem ad inſaniam uſque jactitabat gens Ægyptia; fuit enim inſolens & elata præ omnibus aliis orbis terrarum nationibus. Eam ſupra tredecim annorum millia ſuis hiſtoriis continere, ipſamq́; adeo antiquam eſſe, ut ex quo ſit, quater ſuos curſus ſidera verterint, Pomponius Mela ſcribit, cujus verba Crinitus 8. *de h. d.* 2. habet. eandem multorum ſeculorum philoſophiam conſervaſſe ſolam, *Plato in Timæo* ait, centum millia annorum Aſtronomiam calluiſſe. Non meretur hîc mendax fama diſquiſitionem, quales nam ſint intelligendi anni. potiùs cum Auguſtino *lib. 8. de C. D. c.* 40. ridere liceat. Obſervandum autem eſt, in S. Codice Ægyptios ornari elogio *ſapientiæ*, cum de rebus phyſicis aliisq́; artibus, quibus excellebant, ſermo inſtituitur, nam cum laudare vellet à ſapientiâ Salomonem Regem multis memoratum in oris ait 1. *Reg.* 4. *verſ.* 30. 31. præceſſiſſe ſapientiam Salomonis, *ſapientiam omnium Orientalium & Aegyptiorum.* Sic de Moſe affirmat *Act. c.* 7. 22. Quod ad variarum rerum naturæ cognitionem attinet, de ea teſtantur teſtantur tot Ægyptiorum obeliſci, tali

inſcri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Plin. l. 35. c. 9. inſcriptione ornati: *Rerum naturæ interpretationem Aegyptiorum opera Philoſophiæ continent.* & quia antiquiſſimam venditabant Philoſophiam, quâ Aſtronomiã comprehendimus, *Sophos* ſe dicebant, ſive, ut Ebræi loquuntur, *Filios Sophorum.* Heliopolitani cives omnium ſapientiſſimi habebantur, teſte Herodoto, *lib.* 2. & Proverbio dicebatur, *exuberare ſapientiâ Aegytios*, apud Syneſium de Calvitio. Revera aliâs barbari in cognitione rerum divinarum, & omnium gentium, quoad ſuperſtitionem, erant ſtolidiſſimi. Sicut ψ 114. *v.* 1. vocantur *populus barbarus*, לוֹעֵז, quod rudes & feroces fuerint nulliſq; religionis inſtitutis mitigati. *Barbaros* לֹעֲזִים *utiq; in contemtum arbitrabor vocatos* Ægyptios, *quia barbari vocari noluerunt. atqui Loes hic potius* ruditatem & hebetudinem *ſigni-*
l. 2. de verb. E. 1. a. *ficat.* ait Reuchlinus. Omniſq; ætas vanæ gentis mores notavit. Vopiſcus in vitâ Saturnini ab initio: *Aegyptii viri ventoſi, furibundi, jactantes, injurioſi atq; adeo vani, & rerum novarum cupientes.* Diogenianus: Λύδοι πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι. apud Eraſmum 2. 10. 38. Phlegon Trallianus Epiſtolâ ob animi levitatem perſtringit, quam vi-
l. 2. de hon. diſc. c. 10. de apud P. Crinitum. atq; apud alios paſſim ob improbitatem & impoſturam malè audiunt. adeo ut etiam apud Comicos Αἰγύπτιος ſignificet πανοῦργον, & αἰγυπτιάζειν, doloſè agere, apud Syneſium d. l. & Euſtath. in ιλ. Hom. p. 214. à qua eorum malitiâ & fraudulentiâ Propheta Eſaias Proverbium ſumſit *cap.* 13. *v.* 12. *Aegyptii adverſus Aegyptios*, quando ſimiles cum ſimilibus, perverſos cum perverſis (τοιοῦτοι γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι, Zenobio teſte) cõmitti ſignificat. Adagium hoc exemplo ſuo quodammodo nobilitavit Pharao σφόδρα αἰγυπτιαζόμενος, quemne de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ne decem plagæ ad meliorem frugem reducere valuerunt. Semper enim nectebat novas & ſtupendas machinas; ut ἐπὶ τῶν σφόδρα πανουργοτάτων Αἰγυπτίων proverbium eſt apud Zenobium. quod exemplis aliis illuſtrari poteſt ex Arnoldi Clapmarii *lib.* 3. *de arcan. Rerump. cap.* 3. & teſtimoniis ex Eraſmo 3. 5. 39. Frenshemio in Curt. 4. 1. 30. *cent. 3. ad 37. p. 36. ed. Schott.*

Eſa. XXIII. ℣. 3.

In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges ejus, & facta eſt negotiatio gentium.

Tyrus, urbs antiquiſſima, ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων Φοινίκων πόλις, orbis nobiliſſimum emporium, tàm à maris quàm à terræ imperio ampliſſimum & remotiſſimum in varias orbis partes ſibi nanciſcebatur dominium; unde eandem ob ornamentorum gloriam, opum & potentiæ affluentiam, aliarumq́; delitiarum ſuavitatem, παράδεισον τῆς τρυφῆς nominat cap. 28. v. 12. Ezechiel. Et Eſaias v. 8. hujus cap. הַמַּעֲטִירָה, i. e. *coronas imponentem ſuis*, aliarum veluti coronam, opibus & potentia præcellentem, quæ mercatores & incolas magnis opibus cumulet & coronet, eosq́; velut Principes & Reges creet; ſequitur n. in hac emporicâ Tyri deſcriptione: *Cujus mercatores Principes ſunt, negotiatores inclyti terræ.* Primi a. Phœnices inter finitimas gentes tentarunt mare, ut inter Græcos teſte Thucydide Corinthii, *Tyrus, πόλις εὐπρόσοδος καὶ φιλέμπορος.*

primiq́; per æquora vecti
Luſtravère ſalum, primi docuère carinis
Ferre cavis orbis commercia.

quod de iis affirmat Ruffus Feſtus Avienus in Dionyſii Periegetæ metricâ paraphraſi v. 907. Magno ſanè fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

animo oportet Tyrios, ſi primi fuerint maris explorato-
od.3.l.1.v.9 res lucri gratia, ut dixerit rectè Horatius, illi *robur & æs triplex fuiſſe circa pectus, qui fragilem truci commiſerit pelago ratem primus.* Non ignobiles obſcurosve terræ mariſq;
1.Reg. 9. 27. filios fuiſſe Tyrios tempore Davidis, exemplo ſit Thalaſſiarcha famigeratiſſimus Hiram, Rex inclytus Tyri, quem LXX. χειρὰμ vocant. De Cananæorum mercaturâ teſtatur Autor Proverbiorum c.31.v.24., qui jam inde à progenitore ſuo Cham Noæ Filio ob maris viciniã negotiationi forſitan deditì fuerunt, unde & כְּנַעֲנִי, *Cananæũ*, Aquila intellexit ἔμπορον, *mercatorem*, quem ſequutus fuit Hieronymus. Seniores d. loc. Salom. de lucris Phœnicum capiunt verba, quæ in textu Ebræo de ſolis Cananæis extant, nam ſic vertunt: Σινδόνας ἐποίησε, καὶ ἀπέδοτο τοῖς Φοίνιξι καὶ περιζώματα τοῖς χαναναίοις. Cananæos autem à Joſua fugatos ſeceſſiſſe maximam partem in Phœniciam, veriſimile eſt. Quicquid ſit de his, hoc conſtat de Phœnicibus ex omni hiſtoria, excelluiſſe eos gloria & diſciplina navali. Euſtathius ad Odyſſ. Homeri o. Οἱ Φοίνικες, ναυσίκλυτοι λέγονται ἄνδρες, ὡς αἱ ἱστορίαι οἴδασι, καὶ τρῶκται ἤγουν κερδαλέοι. ideo eos deſcripturus Ezechiel, ut πυλοπόρων ἐπιβήτορας τρισμεγίστους, ad Tyrum Tyrioſq; θαλαττοκρατουμένους ſic cæpit loqui. *Deſcendent de ſoliis ſuis cuncti Domini maris*, ἄρχοντες τῆς θαλάσσης, נְשִׂיאֵי הַיָּם, quod *Prælatos maris* vertit Arias. v. 17. *& aſſumentes ſuper te lamentum dicent tibi. Quomodo periiſti, quæ habitas in mari. urbs inclyta, quæ fuiſti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant univerſi.* Et c. 27. v. 4. *In medio maris* (ſeu corde maris, בלב ימים ut Exod. 15. 8. ψ. 46. 3. ꝓ quo Jon. 2. 4. בלבב ימים) *ſunt termini tui.* v. 9. *Omnes naves maris & nautæ earum fue-*

runt

vunt tuæ ad negotiandam negotiationem tuam. Arias: *ad fidejuſſionem.* Codd. Græci addunt, ἐπὶ δυσμὰς δυσμῶν, *uſq; ad occidens occidentis*, ut indicarent eorum ἐμπορικὴν ad remotiſſimos etiam & toto diviſos orbe populos fuiſſe. Eſaiæ h. l. v. 4. nominatur מָעוֹז הַיָּם, *munitio maris*, i. e. munitiſſimum ad mare emporium, παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὸν ἐμπόριον, quale ſcimus hodie Venetorum urbem, emporium opum terrâ mariq; allatarum maximum, quo & ipſa Paradiſus delitiarum, quod de Tyro dixit Ezechiel, dici meruit, ut Magnif. Dn. D. Reinkingk notavit. Serior ætas iiſdem elogiis ornavit Tyrum, de qua ſatius eſſe videtur ſilere quàm pauca dicere, quod de Carthagine dixit Salluſtius. Q. Curtius lib. 4. ab Alexandro M. Tyrum oppugnatam ſcripturus, & claritate & magnitudine ante omnes Syriæ Phœnicesq; urbes memorabilem celebrat. *Condita*, inquit inter alia, *ab Agenore diu mare non vicinum modo, ſed quoſcunq; claſſes ejus adierint, ditionis ſuæ facit.* unde & *Tyria maria* abiêre in proverbium, quod docet Afranius apud Feſtum, ubi iſta de Pœnis, naupectices peritiſſimis leguntur: *Tyro oriundi Pæni adeo potentes maris fuêre, ut omnibus mortalibus navigatio eſſet periculoſa.* Amm. Marcellinus lib. XIV. *Acclivius Libano monti Phænice regio, plena gratiarum & venuſtatis, urbibus decorata magnis & pulchris, in quibus amœnitate celebritateq; nominum Tyrus excellit, Sidon & Berithus.* De eadem Tyro Vetus orbis deſcriptor, quem profert Reneſius: ἡ πάντων ἐμπορείαν ζῶσα ἄγουσα μεγαλύνως εὐδαίμων ἐστίν. οὐδεμία γὰρ σχεδὸν πόλις τῆς ἀνατολῆς ἐστιν αὐτῆς πυκνοτέρα ἐν ἐμπορείᾳ, καὶ πλουσίους ἄνδρας ἔχουσα καὶ δυνατεύοντας ἐν πάσαις πύλαις. Cicero lib. 3. de Republ. apud Nonium docet ipſos Græcos à Pœnis ut

de reg. ſec. l. 1. cl. 1. c. 9. n. 68.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

menſuram & nummum ita mercaturam accepiſſe|: *Pœni primi mercaturis ac mercibus ſuis, avaritiam & magnificentiam & inexplebiles cupiditates omnium rerum importaverunt in Græciam.* Maris iſte uſus emporicus opes dedit Tyriis immenſas, & populi frequentia ac ædificiorum ſplendore civitatem maximè auxit. hinc facile intelligi poteſt, quid ſit apud Prophetam: *Tyrus coronata*, vel, ut Junius vertit, *coronaria*, quem Piſcator ſecutus vertit: Krönerin/ *laquelle couronne les ſiens*, ut Genevenſes exponunt. Caſtalio & Italica Deodati verſio habent, *città coronata, civitas coronata*, quomodo etiam Autor verſionis Prophetarum Wormatiæ An. 1525. editæ (de qua editione Lutheri judicium vide T. 5. Germ. Jen. f. 143. b.) interpretatus fuit: befrönte Statt. Pagninus & Anglus reddunt activè: *Coronans*. Coronatam vocat Tyrum, inquit Hieronymus h. l. *quod ſicut Rex in plurimam hominum multitudinem ornatum diademate erigit caput; ita Tyrus fulgens & excelſa opibus, auroq; & gemmis & ſerico ac purpura nitens regina fit in cunctis gentibus æſtimata.* Dicta videtur Tyrus, quod eſſet in petra & rupe marinâ, ut Genfræus vult, extructa, quia צור *petram* ſive *rupem* ſignificat; unde Syris טור *mons*. Eleganti paronomaſiâ Zacharias c. 9. v. 3. luſit de Tyro, ſcribens Tyrum, צור conſtruxiſſe מָצוֹר, *munitionem*. & inde *munitam Aegyptum* dictam מצרים R. David putat ob civitates, quas paſſim habuit juxta aquarum ductus fortiſſimas. Tyrum *munitam* dici 2. *Sam*. 24. 7. Aquila & Symmachus ex מבצר צר melius obſervarũt, quàm Interpp. LXX. qui μάψαρ Τύρου habent, qui tamen idem *Ioſ*. 19. 29. vertunt עיר מבצר צר, πόλιν ὀχυρώματος τῶν Τυρίων. Hîc autem velim Philologos conſiderare etymo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

etymologiam ſtramentitiam Joh. Annii, quam ad Beroſum abs ſe editum f. 39. a. eructavit; *Syri & Ebræi à principatu Phœniciæ ac maris vocant Tyrũ Zor. Or* (הָר) *n. collẽ montemq; ſignificavit. Zi verò à conſilio dignitatis derivationem habet, ut Talmudiſtæ periti aſſerunt. Hinc Zor eſt conſularis collis. Tyrus enim eſt inſula parva in modum magni & ampli collis.* Hæc non intelligo, neq; ipſe fortaſſe, qui ſcripſit. Qui aditum ſibi fecerunt ad Patulcium τῶν φιλολογούντων docent è 14. c. 6. Gellii, Tyrum antiquitus *Sarram* fuiſſe vocatam, quæ appellatio congruit cum Ebræo Tſor, mutata litera ſibilante in Thau & hoc deinde in Sameh; quod etiam in aliis ſimilibus fieri videmus ἀντίστοιχον, ut à צור ſit tum Tyrus tum Sarra, conſueta ἐναλλαγῇ; de qua vide 4. Miſc. 11. Fullerum, 3. Quæſt. 48. Druſium. quemadmodum à צען Tſoan factum Tanis, ſedes quondam Pharaonis & ob ſigna ac miracula celebris Ægypti urbs. *Pſ. 78. 12.* Græci enim & Latini non habent Tſ, ideo & hîc ſibilum non admittunt. Sic ש Ebræorum & Arabum cùm in alienas tranſit linguas, ſæpe ſibilum amittit. A Sarra dicitur *Sarranus* apud Virgil. 2. Georg.

Vt gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro.

Ibi Servius: *Quæ nunc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, à piſce quodam, qui illic abundat, quem lingua ſua Sar appellant.* Fidem hic eãdem meretur de piſce Sar Servius, quam de populis Sarraſtis, quos ad 7. Æneid. à fluvio Campaniæ Sarro voluit dictos, i. e. nullam. Commendatur nobis Sor à feracitate & fœcunditate purpuræ, cùm, teſte Plinio, omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtaret. *5. N. H. 14.* Hinc *Sarrana aulæa*, muricis tyrii rubore tincta, commendat Juvenalis, *Sarranasq;* nominat violas pur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

pureas l. 9. c. 4. Columella, & abſolutè *Tyriæ* dicuntur
veſtes purpura tyria infectæ, ut ex Ovidio & Martiali
L. de re veſtiar. 3. Bayſius probat. Docet autem Propheta Tyrum fru-
mento & annona ex Ægyptio advehi ſolita abundaſſe,
Ægyptum autem ſericum & pannum purpureum à Ty-
riis accepiſſe. unde ab eâ urbe Scharlach dici putant q.
Sarlachen, i. e. pannum de Sar; uti Seiden pro ſerico,
Waſer. 1. de ant. Ebr. num. 4. ex Sidone primùm allato. Oecolampadius h. l. *Semen
Sihor, i. e. Nili, qui eſt in aquis multis, i.e. abundans aqua, nam
poſtea exponit, meſſis fluminis, quod idem valet, quod ſemen Ni-
li eo quod Aegyptum non pluvia, ſed Semen Nili fœcundat, &
propterea fruges Aegypti,* ſemen *&* meſſis Nili *dicuntur. Vult
ergo in Tyro varias merces repoſitas, & proinde totius orbis fu-
iſſe emporium.* Ab hâc mente ſi locus eſt non parum juva-
bit pauca quædam de Nilo, fluvio plurimum ſcriptori-
bus celebrato in medium afferre. Schichor à natura rei
diceretur Nilus, quia eſt niger & turbidus á שָׁחַר, *nigre-
ſcere, nigrum eſſe*, vel quia inundatione oblimans & fœ-
cundans agros turbidas limo aquas ſecum vehat terris
ſuperfuſurus; quâ ratione ſine dubio motus Vetus In-
terpres de Nilo intellexit, ſicut & eundem Jer. 2.18. per
aquam turbidam intellexiſſe Nili aquam 9. Obſer. 18. Dru-
ſius conjectat, quod & Pagninus habet & ſequitur Oſi-
ander; ſed de eo litem movet Matt. Beroaldus 3. Chro-
nic. 7. p. 86. Coincidit illud Joſ. c. 13. 3. ubi iterum Vulga-
tus: *A fluvio turbido, qui Aegyptum rigat*, quod de Nilo ex-
plicuit Vatablus. Huc facit Virgilius 4. Georg. v. 29.

Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arenâ

quomodo etiam à græcis pari ratione *μέλας* dictus Nilus,
& Latinis Mela & Milo, & inde Ægyptus dicta *μελάβω-*

λος,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

λος, *nigrigleba*, quod dudum notavit Politianus. Scali- *Miſc. c. 10.*
ger ad Feſtum : *Græci quum ſcirent ab ipſis Aegyptiis Nilum* שיחור *vocari, h.e.* μέλαν, ἰσοδυνάμως *verbo ſuo* αἰγύπτιον *reddiderunt, cum* αἰγύπτιος *eſt* μέλας. Idem docet Seldenus 1. de Diis Syris 4. p. 148.

Tot verò appellationibus deſcribitur in ſacris Νεῖλος ἑπτάπορος, quod fere ſunt divitis oſtia Nili ; dividitur n. flumen illud in ſeptem oſtia, per quæ in mare mediterraneum ſe exonerat. Maroni & Catullo dicitur *ſeptemgeminus Nilus*; Naſoni, *ſeptemplicis oſtia Nili, ſeptemflua flumina Nili*, inde *Eſa. c.* 11. *v.* 15. ſeptem rivi videntur denominari, è quibus *Num.* 34. *v.* 5. in aſſignatione divinâ territorii Iſraelitici, *Torrens Aegypti* memoratur, oſtium ſc. Peluſiacum, ut videtur ; quod terram Iſraelis ab Ægypto ad mare diſterminabat. inde in ſacris, ut ſupra dictũ, nunc *mare*, nunc *fluvius*, nunc *flumina*, nunc *rivus*, nunc *rivi* de Nilo ἐπιῤῥόῳ dicuntur, varias ob partes, quibus conſtat. ex Æthiopia enim uſque in Ægyptum dilabens, cum ad Syenem uſq; civitatem pervenit, ab illius incolis Nilus cœptus eſt vocari, inde verò totam permeans Ægyptum Boream verſus, multasq; tandem in partes diviſus, oſtiis ſeptem in mare devehitur, univerſam irrigans Ægyptum, ac eam undiq; replens mirabili ubertate, ut Dionyſius Afer *in periegeſi* tradidit. Hic enim eſt maximus ille fluvius & nobiliſs. amnis, quem natura extulit, ut 4. *nat. quæſt.* 2. Seneca ait, ante humani generis oculos, & ita diſpoſuit, ut eo tempore inundaret Ægyptum, quo maximè uſta fervoribus terra undam altius traheret ; tantum hauſtura, quantum ſiccitati annuæ ſufficere poſſit. Cicero l. 2. de naturâ Deorum. *Aegyptum*

Nilus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Nilus irrigat , & cum tota æſtate obrutam oppletamq; tenuit, cùm recedit, mollitos atq; oblimatos relinquit agros. Minutius Felix in Octavio: *Aegypti ſiccitatem temperat Nilus , colit Euphrates Meſopotamiam , Indus ſerere orientem dicitur & rigare.* Claudianus non ſine elegantia *imbres ſerenos* Ægypto tribuit, Niliacam rigationem innuens, quę *ſereno cælo* regionem reficit; quemadmodum aliis locis imbres *cælo nubilo* terram humore ſuo fœcundant.

Epigr. VI. *Aegyptus ſine nube ferax, imbresq; ſerenos*
Sola tenet: ſecura poli, non indiga venti,
Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Niloq; redundat.

R. Kimchi ad c. 19. Eſa. v. 5.

נהר נילוס הוא משקה הארץ עד שלא יצטרכו לגשמים

Fluvius Nilus irrigat terram (Ægygti) *adeo ut non opus habeant pluviis.*

Addo etiam elegantiſs. Plinii locum, qui extat in Panegyrico, quem Imp. Nervæ Trajano ſcripſit: *Aegyptus, alendis augendisq; ſeminibus, ita gloriata eſt , ut nihil imbribus cæloq; deberet. Siquidem proprio ſemper amne perfuſa , nec alio genere aquarum. Solita pingueſcere, quàm quas ipſa devexerat, tantis ſegetibus induebatur , ut cum feraciſſimis terris q. nunquam ceſſura certaret.* Qui loci ad inſtar Commẽtarii poſſunt eſſe ad Deut *cap.* 11. *v.* 10. Ægyptus enim ſola nubes videt rariores & imbrium fere expers eſt, ut apud Moſen habemus, ubi Deus terræ Canaan pluviam tempeſtivam promiſit his verbis: *Terra , ad quam ingrederis , non eſt ſicut terra Aegypti* , in qua cœlum eſt Nilus , ex quo per ſulcos & foſſas deducunt manu atq; induſtriâ hominum aquas irriguas , *in hortorum morem , ſed montuoſa & de cælo expectans pluvias.* in Ebræo & Græco textu*: de cælo bibens*

bens aquas. neque enim, quod dixit Poeta, *pluvio ſupplicat herba Iovi*, ſuisq; contenta rivis Ægyptus.

In ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Rabbini hinc, notante Druſio, duplicem fecerunt agrũ, unum ægypti, alterum terræ Canaan, illum vocant שרה רקיא hunc שרה בעל. Pergit Moſes v. XIV. *Dabit pluviam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, ut colligatis frumentum & vinum & oleum*; quibus doceret, Cananæam non limoſâ & turbidâ Nili aquâ irrigari, ſed ab unius Dei benedictione, datâ cœlitus pluviâ, ditari. De Nili decremento & incremento cubitis menſurato è veteribus videatur Plinius lib. v. c. IX. qui ipſe *lib.* 18. *c.* 18. docet inſuper, quantâ facilitate Nilo recedente tota peragatur in ægypto agrorum cultura. Et è recentioribus Marcellus Saja, qui ſcripſit librũ peculiarẽ de excreſcẽtia Nili ejuſdemq; inundatione. Defectus iſte Nili famẽ importavit Ægypto Anno Hegiræ ſive æræ Arabicæ CCXC., quæ incidit in an. C. 902. cujus meminit Elmacinus *Hiſt. Sarac. l.* 2. *c.* 18. Sic & A. Heg. 482. ſive Chr. 1089. Nilus penuria aquæ laborans magnum terræ & incolis damnum intulit, tandem ſedula proviſione Patriarchæ Alexandrini Michaelis accrevit Nilus unâ nocte ad tria brachia, ita ut eo impleto campi Æpyptii irrigati atq; conſiti fuerint, apud eund. Elmac. *l.* 3. *c.* 8. *ſub fin.* Meminit Bellonius 2. *Obſ.* 36. turris cujuſdam, ex quâ Aegypti fertilitatem ſingulis annis Cairi æſtiment incolæ. Atrium menſuræ nunc vocant, quod notat Gaulminus *in Not. ad* רברי הימים של משה *c.* 10. *p.* 247. de quo etiam vide Razevilii Itinerarium *p.* 156. *ſeq.* Bonfrer. *in Geneſ. pag.* 298. Præterea Aegyptii, aliiq; Nili accolæ, ob hujus

in Deut. p. 510.

fluvii inundationem, qua agri interdum novo limo obruebantur, ſolebant uti lineâ ſive gnomone, quo agrorum ſpatia dimetiebantur, ut ſciret quiſq; quod ſuum erat in finium confuſionibus, quas Nilus auctus efficiebat. quo de dimetiendi more waſcrus 1. *ant. menſ.* 7. unde Eſa. *c.* 18. *v.* 2. גוי קו קו, *gentem linea linea*, eos indigitari ſuſpicatur Sanchez. Frigidè & nihil ad Eſaiam; ut animadvertit bene Cornelius à Lapide. Sumta eſt Metaphora ab architectis, qui lineis & perpendiculis exquiſito menſurant, quæ de ligno decidenda videntur. Similiter Æthiopum regionem à Deo quaſi menſuratam atque deſcriptam ad vaſtationem futuram docet Propheta; quod ad eum optimè explicat Daniel Arcularius, Profeſſor quondam Marpurgenſis. Videatur Wendelinus, in doctiſs. libro de admirandis Nili.

Jer. c. VII. comm. XVIII.

Filii colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libent diis alienis.

Thymimata & Libationes militiæ cœli ſolennia.

Orbium Superiorum luminaria, Solem, Lunam, & reliquum aſtrorum exercitum, quem ſumma Omnipotentis bonitas *Servitio* mortalium, non *cultui*, architectata definivit, apud paganitatem ſuperſtitioſam divinos obtinuiſſe honores, vel centum teſtibus firmari poſſit; & ſi quis cupit ſibi oſtendi, næ

Monſtrari ſolem poſtulat ille ſibi.

Summus Deus, architectus cœli terræq;, cœleſtium terreſtriumq; moderator,

Ovid. l. 1. Metam.

Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre
Juſſit & erectos ad ſidera tollere vultus.

ut

ut iſtud cœlorum opus admirandum, aſtrorum luminibus tam varie interſtinctum, miraretur; non ut cœleſtia illa corpora & quæ viſui obnoxia ſunt mundi membra, pro Diis haberet, *& elevatis oculis ad cœlum videat ſolem lunamq́; & omnia aſtra cœli, quæ creavit Dominus in miniſterium cunctis gentibus, erroreq́; deceptus adoraret ea.* Deut. 4. v. 19. Lumina in viciſſitudinē dierum & noctium eſſe voluit, non autem Numina, luminaria Deus. Pſ. 75. v. 6. Gen. 1. adeo ut & *Plutarchus* id animadvertere potuerit, cum *lib. de Iſid. & Oſirid.* dicit. *Ne adoremus elementa, cœlum, Solem, lunam. Specula ſunt hæc, in quibus artem illius ſingularem intueamur, qui mundum condidit & adornavit. Nec eſt aliud mundus quam templum ejus.* Multò autem eſſe præclariùs & homine dignius *cœlum* potius quam *cœlata* intueri, & hanc pulcherrimam cœli ſtructuram, intermicantibus aſtrorum luminibus, tanquam floribus, ornatam, quàm picta & ficta, vel gemmis diſtincta, mirari Lactantius *l. 6. c. 20.* atteſtatur. Nihil eſt in rebus corporalibus majus & mirabilius cœlo, ſive *molem*, ſive *pulchritudinem*, ſive *efficaciam*, ſive *velocitatem*, ſive *ſtabilitatem* conſideres. de cœlis ſingulariter dicitur: *Cœli enarrant gloriam* DEI. Cœli cœleſtiaq́; corpora gloriam DEI ordine recenſent, enarrantq́; nō tàm magnitudine, lumine & ſplendore, quàm motu ſuo, הַשָּׁמַיִם מְסַפְּרִים כְּבוֹד־אֵל. inquit regius Propheta ψ. 119. ubi ספר emphaticè ponitur; ſiquidem non ſaltem illud διηγεῖσθαι ſed & ἀριθμεῖν ἢ ἐξαριθμεῖν denotat, ſicut LXX. ſæpe reddiderunt. Hoc ſenſu.

Mille viis monumenta Dei Natura dat, ullo
Non ſenſu artificum cultuve imitanda per orbem.

Quàm lata autem per omnem vetuſtatem fuerit Solis

reliquorumq́; ſiderum cultûs propago, vel ex ſacris licebit conjecturã ſumere; ex quibus etiam habemus ipſos *Judæos*, ut erant homines corruptis moribus & in ſuperſtitionem pronis, illuſtria cœli ſidera *diverſis nominibus, variis ritibus ac ceremoniis, ſacrificiis & libaminibus, vino & farinâ confectis, ſtatuis & aris conſecratis* coluiſſe. Eſaias c. 65. v. 11. dicit Judæos *obtuliſſe Gado*, omni Deorum turbæ ſive cœleſti militiæ, *libamen, menſam adornantes & ipſi Meni libamen conſecrantes.* mox ſequitur, quod ſtellis immolarint, menſasq́; implêrint multitudine Deorum. Subjicit etiam, ut ſimiles haberent labra lactucas è veſtigio pœnam, quod ſicuti ingentem numerum Deo-
Ier. c.2.28. rum *ſecundum numerum civitatum* fabricârunt; ita *numeraverit* eos *Dominus ad gladium & ad mactationem*, ita *incurvaturus*, ut illi ſe incurvaverunt, more gentium vicinarum, coram aſtris; nam quod Plato lib. 10. de ll. teſtatur, oriente Sole & Lunâ, iiſdemq́; occidentibus, in terram inclinationes & adorationes græcorum omniumq́; barbarorum erant. Noſter Propheta cap. 19. v. 4. dixit Judæos *alienum reddidiſſe locum ſanctum*, qui eum profanabant inq́; eo ritus alienos exercebant. & in *d. c.* 7. *v.* 17. 18. *& c.* 8. 2. *&* 44. 17. graviſſimè edocet, Judæos ἀντὶ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ σέβοντας, non cœlo tantum, ſoli, lunæ, toti cælorum exercitui, acceptos tuliſſe proventum terræ, ſed etiam coluiſſe ea ſimulacris, ligno & lapide, ubi lignum *eruditionem vanitatis* nominat. *Nonne*, inquit v. 17. *vides quid iſti faciant in civitatibus Iuda & in plateis Ieruſulem. Filii colligant ligna, & patres incendunt ignem, uxores autem farinam aquâ conſperſam ſubigunt, ut placentas faciant machinæ cælorum.* כונים למלכת השמים, i. e. *placentas operi cælorum,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lorum, juxta quoſdam, q. eſſet מַלְכַּת, *Reginæ cœlorum*; quâ
putant intelligi *Lunam*, quæ clariſſimâ luce conſpicua
cœli militiæ præeſſe videtur inſtar Reginæ: quo titulo
ſeu epitheto Beza *in Luc.c.*32. Solem inſignitum conten- *in Ioſ. c.* 2.
dit, quem arguit Serarius. LXX. heîc στρατιὰν, alibi βασί- 116. *p.*290.
λισσαν τοῦ οὐρανοῦ transferunt. unde Suidas ait. ὅτε λέγει ἡ
γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἥλιον
καὶ τοὺς ἀστέρας λέγει. Tranſlatio ſermonis tracta eſt à con-
ſuetudine bellicâ, ſtellæ n. inſtruuntur in cœlo, tanquam
milites in acie: Hinc αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. Act. 7. 24 Matt.
24. 29. i.e. *exercitus cœlorum*, ſunt aſtra. Sic & δυνάμεος vo-
cabulum ſumitur *pro exercitu & copiis militaribus*, apud
Demoſthenem, Xenophontem, & alios. itaq; quando
attribuitur cœlo, notat Solem, Lunam, ſtellas, quod u-
numquodq; in ſtatione eſt ceu miles & vir ſtrenuus in *Pſ.* 19. *v.* 5.
exercitu ad perfungendum officio debito. Sicut in exer-
citu, ſic in cœlo Sol Rex ſive Imperator, ut præeſſet diei
Luna Præfectus ſeu Legatus, ut præeſſet nocti, Duces
Orion Arcturus, & reliqua ſidera, ſatellites & milites. Eum
nunc *cœli ornatum*, *exercitum*, *virtutem*, *turmam*, ſive *mi-
litiam* (ut LXX. & Vulgatus diverſimodè reddidêre) pla-
centis honorabant Judæi gentilizantes, imagines figu-
rasq; illis imprimendo & formando, quas græci καυῶνας
vocant, retinentes nomen Ebræum, nam illæ placentæ,
vino & oleo ſubactæ, ſunt à Propheta כַּוָּנִים, *Cavanim*, di-
ctæ; quas effigiem ſtellæ cujuſdam magnæ, quam nomi-
ne *reginæ cœlorum* honorârint, retuliſſe *Salomon Iarchi* ſcri-
bit. Aſſerit Lyra fuiſſe *panes rotundos, in quibus expreſſa* *in Gen. c.* 48.
fuerat imago Lunæ aut ſtellæ. Eos Fr. Junius *Lucunculos* red- *v. ult.* *in c.* 44. 19.
didit; & vox Ebræa, inquit, ſignificat liba, quæ quaſdam

formas expreſſas habebant pro ratione idolorum, quibus erant offerenda, quod genus liborum Romani appellabant *lucuntes*, ſive per diminutionem *lucunculos*, à Lucumonibus Hetruſcis harum ſuperſtitionum maximis artificibus. De *Athenienſibus* ex Proclo, interprete Platonis, conſtat, illos in libis Deorum effingendis *mulierum* uſos fuiſſe opera, quo de apud Caſaub. *in Athen. p.* 305. *& Doun. in Chryſ. Coloſſ. fol.* 504. vide. Ariſtophanes in Pluto placentas illas ψαιστὰ nominat, item πόπανα d. l. quę ſecundum Suidam ſunt placentę tenues & rotundæ. Eodem ſenſu explicant iſta verba Oſeæ c. 3. v. 1. de pemmatibus in ſacrificium oblatis: *Dilexit Dominus filios Iſrael; & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & amant coctiones cum vinaceis.* Καὶ φιλοῦσι πέμματα μετὰ σταφίδων. ubi S. Hieronymus ſcribit: *Pro* pemmatibus, *quæ* LXX. *tranſtulerunt, & comeduntur cum uvis paſſis ſive vinaciis:* placentas *Latinè poſſumus dicere vel cruſtulas, quæ idolis offeruntur, & Græcè appellantur* πόπανα. Conſentit in Commentario S. Cyrillus in eundem Prophetam *p.* 110. Ἀποβλέποντες δὲ μᾶλλον καὶ εἰς θεοὺς ἀλλοτρίους, οἷς καὶ πέμματα προσῆγον μετὰ σταφίδων, πόπανα &c. Qui apud Jeremiam *Reginam cælorũ* cum Vulgatâ Interpretum turbâ amplectuntur, diffundunt ſeſe in voraginem conjectationũ, ut neſcio quæ Numina invicem componant, quæ *Reginæ cæli*, ſive Uraniæ cœleſti ſatis explicandæ ſuppetias ferrent. Afferunt plurimi ad eum ritum Philaſtrii (qui in fingendo plurimum ſibi fingit) verba *ex c.* 15. *de hæreſ.* quibus *Reginam cæli, Afrorum cæleſtem & fortunam cæli* eandem facit, cum de Threnorũ Jeremiæ argumento diceret: *Eſt*, inquit, *hæreſis in Iudæis, quæ* Reginam, *quin &* fortunam cœli *invocat, quam &* cœle-

V. Laurenb. Antiquarium.

cœleſtem *vocant in Africa, eiq́; ſacrificia offerre non dubitabant tempore Hieremiæ Prophetæ. cujus rei cauſa Hieremias Lamentationes ſuas, i. e. Threnos conſcripſit.* Hinc cognata eſſe Numina *Aſtartem* & Pœnorum *Cæleſtem* Deam, Latinorum & Græcorum *Venerem, Minervam, Iunonem* (*οὐρανίαν* & *οὐρανȣ͂ κύριαν*) Beliſamam, *Lucinam*, Iôa, Aſſyriorum *Mylittam*, Ebræorum *Lilith*, & quæ inde venit Arabum *Alileth*, Perſarum *Mitram*, Hierapolitanorum *Deam Syriam*, ſatis doctè diſputârunt Reineſii, Salmaſii, Seldenii. ſed quid non Satanas in filiis ſeculi operatus fuit? Tria illa, *μαργαίνειν, μωραίνειν, μαίνεσθαι*, cultuum extraneorum quaſi propria & peculiaria epithera ſunt. Memoremné Solis venerationem *ἀλλοπρόσαλλον*? A longinquis oris & temporibus priſcorum ille cultus Solis exeruit ſe, adeo confuſus & diſcerptus in multiplices diſpareſq́; nomenclaturas apud diverſas nationes, ut vix finem reperire liceat. Cicero *lib.* 3. *de Nat. Deorum* plures *Joves* & *Saturnos* & *Mercurios* & *Soles* & *Vulcanos* in diverſis nationibus variisq́; temporibus recenſet. quibus ævi illius moribus cõſpectis quis dicere poſſit & exclamare. ô animum priſci & ferrei illius ævi! Habemus è paganis *Macrobium*, qui ad Jovem Ethnicorum Deos reducit *lib.* 1. *Saturnal. à cap.* 17. uſque ad finem, *Janum* eundem eſſe, quem *Solem*, & ſub *Jani* nomine *Deos* exprimi *omnes*, affirmavit. unde *Apollinem* & *Dianam* loco Jani exſculptos; interdum alterius cujuſdam Dei, ut Saturni, Jovis, Mercurii, Martis, Minervæ, Cereris, Herculis, faciem appoſitam notant, cum hi omnes Dii ad Janum referantur. *Herculem* eundem eſſe cum *Sole* & cum *Jano*, ex veterum arcanis tradit Lud. Demontioſius *in Gallo Romæ hoſpite part.* 1. *fol.* 12. *ſeqq.* eidemq́; XII. labores ſignis Zodiaci XII. à Sole per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

luſtratis denotatas. Jupiter & Saturnus, Deorum Principes, Solis erant, cap. 23. Macrobius. & Saturnus, nobiliſſimus Deus, idem erat qui Sol; quum Phœnices & Aſſyrii eundem eſſe Saturnum cum Sole ſciſcerent, atq; ſub Heli nomine colerent; ut ex Damaſcio, Servio & Photio obſervavit Salmaſius, *Not. ad Vopiſc. Aurel. fol.* 370. Celtis etiã videtur *Saturnus* patrio nomine *Hellus* vocatus. certè Apollinẽ ſeu Phœbũ i. e. Solẽ Heleni nomine à Celtis cultum fuiſſe ex eo etiam conjicitur, quod Francofordiæ ad Mœnum templum ejus extitiſſe tradatur, ubi Druides ei ſacra faciebant. indeq; nomen loco inditum, ut *Helenopolis* diceretur. Nam quem nobis Trithemius ex Hunibaldo, qui ſub Clodoveo Rege Francorũ octodecim librorum Annales Franciæ edidit, *Helenum* Francorum Ducem obtrudit ejus urbis conditorem, eum ſciunt ſictitium eſſe, qui Annales Germanorum cõſcribunt. Dubitârunt neſcio qui Belenum corruptè dici ἀντὶ τοῦ Helenus apud Tertull. *in Apol. cap.* 24. Capitolinum *in Maximinis.* quod & Fr. Junius vidit *in Not. ad Tertull.* putans παρὰ τὸ ἀλαλυνίζοι *Belenum* dici pro *Hemelum*, i. e. cœlũ, qui ſimul cum *Herto* longis retro ſeculis à Germanis cultus fuerit. nam Belenum Germanorum Numen fuiſſe aſſerunt P. Pithæus 1. *Adv.* 4. Scal. 1. *Auſon. lect.* 9. Caſp. Bruſchius *de monaſt. Germ. illuſt. in S. Martin. Trevir.* Kyriander *in Comm. de Auguſt. Trevir. pag.* 3. Brower. *Annal. Trevir. in proparaſc. c.* 11. *f.* 40. Tornæſius *Not. in Petron.* Sylburgius *Indic. in Rom. hiſt. Synt. Græcô-Lat. in Belis.* Cujus originis eſt cedo? Non nemo vir doctus dictum putat παρὰ τὰ βέλη, ac ſi eſſet nomen Græcanicum. quę derivatio nõ magis acuta videtur, quàm Herwarti de Deo

V. Speelm. in Gloſſ. pag. 351.

l. de admirandis The-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

de Deo Celtiberorum *Endovellico*, dicto ab ἔνδον & βέλος. ol. Ethn. c.
Belenum Noricorum Deum facit Tertullianus in Apo- 34.
logetico, cum ait c. 23. *Vnicuiq; provinciæ & civitati ſuus*
Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Dyſares, ut Norici Bele-
nus, ut Africæ Cæleſtis. quem locum tractant Critici ut
cerdones corium aut figuli lutum. Marc. Donatus *Di-*
lucid. in Capitol. p. 914. Bellenum legit, Martemq́; eſſe
cenſet, quem bello præfecerint. Sicuti & Bellonam, De-
am bellorum, fabulata eſt antiquitas, Martis eam ſoro-
rem ſtatuens. Egnatius Ann. in Capit. *Fellenum* legit, &
Aquilejenſium Deum tutelarem ac prēſidem eſſe dicit;
nam fanum ejus Tibileni, ut legunt alii, Aquilejæ fuiſſe
teſtantur Inſcriptiones quondam ibi erectæ, atque à Pi-
ghio *in Hercule Prodicio pag* 182. productæ. Th. Reineſius,
Antiquitatum Celticarũ indagator ſagaciſſimus, *Comm.*
de Deo Endovellico è *Baal* & *Bel Bellin* & inde *Bellinus* ἐπεν-
θέσει τῆς Latinorum terminatione deduxit ingenioſâ cō-
jecturâ. Scaliger *Animadv. ad Guillandinum de Papyro pag.*
25. putat eſſe vocem Gallicam, ac Apollinem ea deno-
tari. Si ſunt conjecturæ aliæ, quibus arietare inter ſe ſo-
lent capita, non jam curamus. Delio natatore indigent;
adeo ſunt obſcuri Dii. atq; ut in ſemitam ex hâc παρεκβά-
σει forſan non ἀκαίρως redeamus, non prætereundum eſt
ex eodem Autore divini Apologetici, totam Perſarum
gentem *Solem in linteo depictum* adoraſſe, nam peculiari-
ter Solem, velut eorum præſidem, venerabantur, ut He-
rodotus *lib.* 1. ſcripſit, juxta interpretem his verbis: *Mo-*
rem habent editiſſimis quibusq; conſcenſis montibus Jovi *hoſti-*
as immolare, omnem gyrum cæli Jovem *appellantes, Soli Lunæ-*
que ſacrificant, & Telluri, igni, aquæ atq; ventis, hisq; Solis ſa-

cra faciunt jam inde ab initio, Vraniæ quoq́ſacrificant, ſic nimirum ab Aſſyriis Arabibusq́ edocti. Mitra Sol Perſis dictus, Curtius lib. 4. *Solem Mitram* (alii malè Martem) *ſacrumq́ & æternum invocans ignem.* De Aſſyriis Macrobius *c.* 23. ſcribit, eos Solem ſub Jovis, quem *Dia Heliopoliten* cognominent, nomine maximis ceremoniis celebraſſe. Eundem Solem ſub nomine Oſiridis coluerunt Ægyptii, quod lib. 1. c. 2. Diodorus tradit. *Primi illi homines olim in Aegypto geniti, hunc mundi ornatū conſpicientes admirantesq́, in univerſorū natura duos eſſe Deos & eos æternos arbitrati ſunt, Solem videl. & Lunam, & hunc quidem Oſiridem, hanc Iſidem certa nominis ratione appellârunt.* Ex eadem Ægyptiorum mente Euſebius *Præpar. Evang. l. 1. c.* 9. fabulam Iſidis, & Oſiridis de Sole & Luna explicat. De Germanis Cæſar lib. VI. de Germanis: *Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum apertè opibus juvantur. Solem Vulcanum & Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt.* De Indis Lucianus *lib. de ſaltatione* ait, eos cùm mane ſurgentes Solem adorent, & manum ad os admovere & ſimul tripudiare. quæ vetus fuit ſuperſtitio gentilium, qui in precatione ſeſe orientem verſus convertebant, manu ad os relatâ, nam ſuperſtitioſos ſuos paganiſmi cultus ad ortum Solis frequentare ſolebant, ut *Claſ. 1. ad Ezech. c. 7. v.* 16. interpretati fuimus. J. Brentius in Levit. cap. 1. fol. 15. a. apertè ſatis ſignificavit, ubi vide. Judæi in exilio palantes, quia hoc epitheton, *Cælorum Dominus*, Deo tribuebant, manibus quoq; vultuq́; in cœlum erectis precabantur, eorumq́; proſeuchæ erant ἐν τόπῳ ὑπαιθρίῳ, inde forte *cæli numen*, ſive, ut alii præſtabilius legunt apud Juvenalem, *lumen adorare* credebantur,

bantur, & proinde per convitium vocabantur cœlicolæ. Perionius:

Iudæus licet & porcinum nomen adoret
Et cœli ſummas advocet auriculas.

Juvenalis Sat. XIV.

Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem,
Nil præter nubes & cœli lumen adorant.

Adſimiles ſunt cœlicolæ, *l.* 12. *Cod. de Iud. & cælic.* de quibus videantur Lipſius *Not. ad Tac. hiſt. l.* 5. *c.* 13. Scaliger *in Elench. Trihæreſii c.* 31. Baron. *ad A. C.* 408. Fullerus 3. *Miſc.* 8. Seldenus *in Syntag. p.* 370. Sam. Petitus 2. *Var. lect.* 11. Gilb. Gaulminus *ad Pſell. Dial. de Dæmonibus.* Barthius 59. *adv.* 10. & 22. *adv.* 4. Scultet. *obſ. Gr. ad hiſt. paſſ. Ch. c.* 4. *in fin.* Sed nos ſatis expatiati ad lineas redeamus, quod dicitur, & in gradum; ne major thylaco acceſſio, ἢ οὕτω γε αὐτὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον εἴη τοῦ κεφαλαίου. Videatur Ph. Cluverius in Germaniâ antiquâ, cui caput inſigne de cultu ſiderum, è Veterum autoritatibus, inſeruit.

Ezech. VIII. ℣. XIV.

וְהִנֵּה־שָׁם הַנָּשִׁים יֹשְׁבוֹת מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז

Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι θρηνοῦσαι τὸν Θαμμοῦς.

Ibi mulieres ſedentes plangentes Adonidem.

Quid ſibi vult τὸ Thammuz? Hieronymus interpretatur *Adonin*, juvenem illum à Venere adamatum, planctuq; ſolenni honoratum. Idem vult Theodoretus, ſimilem eſſe Orientalium Thammuz Adonidi. Ὁ Θαμμοῦς ὁ Ἄδωνίς ἐστι, κατὰ τὴν ἑλλάδα φωνήν. In honorem Veneris memoriæ Adonidis tributum eſt, ut ab omnibus prope populis feſtiva Adoniorum ſolēnitas ageretur. nam Ve-

Thammuz & Adonis.

 neris

neris cultrices Adonin mortuum uno die deplorabant alto ejulatu & tibiarum lugubri ſonitu; altero ceu redivivum acclamationibus excipiebant. ſicut hunc ſacrorum ritum ex autoribus græcis doctè explicat Petrus Caſtellanus *in Syntag. de Feſtis Græcorum pag.3.ſeqq.* Compoſuit *Bion Smyrnæus* dulciſſimum Epitaphium Adonidis, quod unà cum Moſchi Siculi idylliis in rei literariæ bonum, cum ſuccinctis annotationibus primus emendatè reddidit Adolphus Mekerkus, Brugis Flandrorũ, typis Huberti Goltzii. In eo eodem modo, quo apud Ezechielẽ, defletur Adonis; quemadmodum etiã apud Theocritum in Adoniazuſis, ubi τὰ ἀδώνια deſcribunt, *in quibus tenerũ Adonidẽ lugent cum gemitu amores tonſi capillos propter Adonidẽ.* Ptolomæus de orientalibus, qui trigono ſubſunt aquilonari. *Venerẽ adorant & Martem Adonim ſeu aliter eum appellãtes,* καὶ μυστήρια τινὰ μετὰ θρήνων ἀποδιδόντες αὐτοῖς, *& myſteria eorũ cum planctu celebrant.* Lutherus in verſione retinuit Thammuz, cui gloſſam addidit iſtam: Thamus ſoll ſeyn der Abgott Adonis / davon die Poeten vnd Heyden viel haben geſchrieben / vnd iſt Fraw Venus Bule geweſen / darumb jhn die Weiber klagen. mich dünckt es ſey Bacchus der Weingott / wie bey vns S. Vrban. Plauſibiliter Lutherus *Bacchum* intelligit, quem vitibus præfecêre, ut *S. Vrbanum* citerior ætas, de quo vide Molanum *in Hiſtor. imag. l.3. c.19.* ex quo pateret ea ſacra Bacchi etiam in oriente primum, ac potiſſimum à fœminis celebrata. quod ut intelligas accuratiùs; vide Danielis Heinſii *Exercit. ſacr. ad Nonnum cap. 1.* ut ſcias, non tam cultus quàm cultuum nomina, initiis in

oriente

oriente ſumtis, tandem delata fuiſſe ad vicinas gentes, & ipſum de nomine Adonidis, ex אָדוֹן derivatũ, teſtatur Heinſius *Exerc. Sacr. ad N. T. in Matth. c. 26. v. 7. pag. 79.* & de ſacris Adonidis verum eſſe mox apparebit. Joan. Piſcator in Bibliis Herbornenſibus Thammuz quidem vertit, at eo nomine intelligit *Oſiridem*, quem Ægyptii amiſſum deflebant quotannis, ut Plutarchus & alii docent. *lib. de Iſid. & Oſiride.* & utriuſq; Iſidis & Oſiridis, nomen unum multiformi ſpecie, ritu vario, multijugo nomine fuiſſe ſcimus. quam ſententeentiam facit favorabiliorem, cùm plurimi in Judæa ſub id tempus Ægyptii & Judæi Ægyptienſes fuerint; ipſe quoque *Oſiris* dictus fuerit Ægyptiis *Ammuz*, ꝙ quam proximè accedit ad nomẽ Thammuz, unde inquit Plutarchus nomen Jovis Ammonis corruptè fuiſſe derivatum. Et etiam eo ſenſu explicant perſpicaces interpretes, Junius & Tremellius, ex Euſebio & reliquis: *Vocem Ammuz*, inquiunt inter alia, *quam Herodotus & Plutarchus uſurpant, non dubitamus ex corrupto Tammuz derivatam eſſe, cujus vocis duplex eſt ſignificatio; primùm in Aegyptiis abſtruſum & occultum ſignificat, ut Manetho Sebennites apud Plutarchum interpretatur. quamobrem ſacra illius erant opertanea. deinde verò menſem quartum ſignificat, ſolenni feſto Thammuzi ſive Oſiridis requiſiti per ſacerdotes adminiſtras Iſidis, cum ejulatu & planctu maximo.* Quod autem Vulgus Ægyptiorum Oſiridi ſive Ammuz, Ebræorum Thammuz, Babyloniorum Syrorumq; Salamboni, id Adonidi priſci Græci & Romani θρηνῶδες tribuebant, à quibus, Syris nempe & Phœniſſis aut etiam Ægyptiis, accepiſſe Ἀδωνιασμὸν ſeu ſolennis ſuper Adonide planctûs ritum Judæos alioſq;, diverſo licet nomine,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

facilè ſtatuendum. ut rituum ſic vocum ſæpiſſimè vertitur ordo, variasq; per locos tempora & perſonas mutationes ſubeunt veteris memoriæ ritus, qui error cultuum, ut tempora ipſa ſunt fugacia, in plurimis contigit, everſis præſertim & immutatis imperiis; ita ut hodie ſint in Oriente ritus, qui fuêre olim vix nato mundo, ut etiam non ſint. qua de re utinã eſſet, qui peculiari quadã diſſertatione plenius ageret. Exemplum illuſtre hîc cape. Sacra Adonidi à Græcis & τῷ Thammuz à Judæis peragi conſueta, eadem ſunt cum iis, quæ à Syris Salamboni dicebantur. nam Heliogabalo autore Syriacus cultus Salambonis, qui Adonidi ſimilis prorſus, ad Europæos pervenit, ludibria hæc faciente Satana. nam Salambonẽ omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuiſſe Romanis, teſtatur Autor vitæ Heliogabali. & conſtare clarius poteſt ex Julio Firmico, qui cap. x. libri de errore profanarum religionum ſcribit: *In plurimis Orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos* (autore Heliogabalo) *tranſitum fecerit, Adonis quaſi maritus plangitur Veneris & percuſſor ejus vulnusq; monſtratur.* Specioſa conjectura eſt Cl. Thomæ Reneſii, *in Examine Inſcriptionum Luſitanicarum de Deo Endovellico*, non adverſari invicẽ Σαλαμβὼ, ut Heſychio vocatur, *Salambus*, Arabum *Altammuz*; ex hoc exiiſſe nomen Numini *Salammûs* vel Σαλάμβας, quod litera S. aucta Græci Latiniq; ab Orientalibus acceperint. *Sine hæſitatione affirmo*, ait, *etiam appellationes iſtas Salambæ, Salambûs, vel ob labialium b. & m. Symboliſmorum Salammûs & Thammus, quam Arabica verſio Ezech.* Al Tammuz *effert, eſſe eaſdem, & ex una detortam alteram. reſecta enim initiali S. ex illâ, hæc ſe prodit manifeſtiſſimè.* Neq;

appo-

appoſitio literæ S. inſolens eſt, quæ, ſi cui forte videatur audacius hoc, exemplis plurimis probat, quod viri ejus ſingularem in etymologumenis prodit *διςοχίαν*. Eadem numina Adonidis & Thammuz quam inter ſe conveniant, doctiſſimè demonſtrat 2. *Synt.* 10. Cl. Seldenus. Id verò quod Rabbinorum monumenta referunt de Tamuz, viri ex Prophetis idoli cujuſdam, defuncti planctu initio diei primi menſis Tamuz non magis verum, quã Succoth Benoth 2. *Reg.* 17. fuiſſe imaginem Gallinæ cum pullis ſuis, quod Rabbini nugantur. Sunt Rabbini hujus *ἀκριβεστέρας παιδείας*, quæ in gentilium antiquitates inquirit, fere ignari, ut nugamentoſis illorum exemplis part. 1. monſtravimus.

Job. XXXI. ℣. XXVI.

אִם אֶרְאֶה אוה כִּי יָהֵל וְיָרֵחַ יָקָר הֹלֵךְ
וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי וַתִּשַּׁק יָדִי לְפִי

℣. 26. *Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentẽ clarè.*
℣. 27. *Et lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo.*

S. Jobus vir integer & rectus, timensq; DEI c. 1. v. 1. DEI ſervus c. 42. 7. ſtudium & conſtantiam ſuam in colendâ humanitate, pietate, variisq; in DEUM & homines officiis profitens, non ſine adjunctis graviſſimis imprecationibus, omnem quoq; à ſe ſuperſtitionis, idololatriæ ac violatæ Religionis, in videndo ſive fruendo peccatum removet, conſtãter in animo ſuo deteſtatus omnes ſuperſtitioſos cultus, inprimis corporum cœleſtium, affirmans ſeſe nunquam Soli vel Lunæ vel minimo corporis geſtu exhibuiſſe divinos honores; ex ſeculi ſui more, qui

Aſtra pro Diis culta, manuũq; deoſculatione honorata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

qui tum in eo erat poſitus, ut manus ad os, capite incli-
Ovid. l. 6. Metam.
nato, admoverent, & *pavido murmure* pacem & veniam horum Luminarium deprecarentur: uti 1. *Reg.* 19. *v.* 18. adorationi Baalis (ſub cujus nomine cultum Solem dicunt) oſculatio manuum in vulgatâ tranſlatione jungitur. *Reſervavi mihi ſepties mille, quorum os non eſt oſculatum*
Tom. 2. prælect. 225. 1. Adverſ. ſubc. 7.
eum, Baalem ſc. quod dicitur, notante *Rainoldo* & *Pithæo*, diſertiſſimè reſpectu imaginis & ſimulacri, quod exoſculari ſolebant in precibus. adhibita enim in cultu oſcula fuêre, nam Diis veteres adoraturi oſcula libabant. de quo ritu pertractavit J. L. de la Cerda *in Virgilium.* & Læl. Biſciola *Tom.* 1. *lib.* 7. *c.* 14. Cum itaq; oſculum ſive oſculandi actus reverentiæ & adorationis ſignum ſeu adjunctum ſit, inde factum, ut à ſigno hoc ipſum ſignatũ nomen ſuum acceperit & ad id tranſlatum fuerit, ita ut
Hier. contr. Ruf. Tom. 3. f. 93. a.
Ebræis interdum *deoſculatio* ſit ipſa *adoratio.* quod verbũ נשק quando abſolutè ponitur, ſignificat, ut Aben Eſra notavit. ex eo quia manuum oſculatio ſubjectionis erga Deum ſignum fuit. & ſic LXX. καταφιλεῖν, cum προσκυνεῖν & viciſſim (quod Symmachus h. l. obſervavit) eodem modo permutant, ut dicto lib. βασιλείων animadvertimus. nam ubi Ebræus: וְכָל־הַפֶּה אֲשֶׁר לֹא־נָשַׁק לוֹ: LXX. retulerunt, πᾶν στόμα, ὃ οὐ προσεκύνησεν αὐτῷ. & multò clariùs *Oſ. c.* 13. *verſ.* 2. Aquila hanc καταλλαγὴν monſtravit, nam quod Veterum alii de adoratione נשק ibidem verterãt, Aquila de oſculatione interpretatus fuit, ubi Hieronymus ipſe oſculum manus intelligit geſtum adorationis, cujus ſunt. *Pro eo, quod juxta Symmachum & Theodotionem vertimus, adorantes, Aquila interpretatus eſt* καταφιλοῦντες, *id eſt, deoſculantes. Qui adorant, ſolent deoſculari manum ſuam,*

quod

quod Iob feciſſe ſe negat dicens. Si oſculatus ſum manum meam apponens ori meo. Sic ψ. 2. v. 12. נַשְּׁקוּ בַר redditur & *Adorate filium*, & *Oſculamini filium*. Aquila καταφιλήσατε. Symmachus προσκυνήσατε; id quod dici poſſet oſculum pietatis ſeu religionis aut obedientiæ. cum varia ſint oſcula, pietatis, idololatriæ, charitatis, ſubjectionis, reconciliationis, valedictionis, de quibus ſingulari tractatu egit Jacobus Herrenſchmidtius. Oſculum enim erat præſtitæ obedientiæ & obſequii ſymbolum juxta ſolennē apud Ebræos loquēdi modū, quo perinde eſt, *os cujuſq; deoſculari*, ac pręcepta ſeu imperia ejuſd. exequi Gen. 41. 40. *Super os tuum oſculabitur omnis populus.* quod Vulgatus optimè: *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* & quidem juxta hanc ſignificationem videtur eſſe nata illa LXX. Interpp. translatio d. ψ. *Apprehendite diſciplinam* Filii, id eſt, ipſum *audite*, ipſum *colite* & ad imperia ipſius ſitis *diſciplinati* (liceat è Vulgato Interp. ſumere verbum.) Ex eo obſequio alluſivè deducunt rationem verbi ADORARE, tradente Flacio. *Deſumunt*, ait in Clavi S. S. *nominis adorare ab ad & ora, ut ſit adoratio quaſi ad ora inclinatio; ita dicta ab adjuncto orientalium populorum geſtu, qui honorem exhibituri Superioribus ora ad pedes & genua inclinabant, vel manus ad ora movebant.* cui ſubtili etymologiæ adſenſum ſuum non accommodat Voſſius. Ut ita his verbis, נשק, καταφιλεῖν, *adorare*, origine ſua intendatur ad morem receptiſſimum Orientis, & inde ad ipſum venerationis actum divinum & προσκύνησιν; ſicut eodem locutionis tropo verbum γονυπετεῖν *benedicere* accipitur, & cōpluria alia, de quibus, cùm rerum teſtimonia adſint, non opus eſt verbis. Senſus itaq; eſſet. *Si cùm vidi Solem*

4. *Inſt. Orat* 7.

& Lunam, adoravi ea, manu videlicet ori admotâ & ad oſculum relatâ, hoc fuiſſet iniquitas à Iudicibus animadvertenda. nam abnegaſſem Deum fortem ſupernè v. 28. reſpectu habito ad pœnam in idololatras capitaliter latam *Exod. c.* 22. 20. *Deut.* 17. *v.* 5. 6. 7. quicquid enim gloriæ Diis tribuitur, Deo detrahitur. Sicuti autem Spiritus S. cum vult legitimos ſuos cultores deſignare ait, illos *non flexiſſe genua coram Baal*, nec *oſculum dediſſe*, in ſignum obedientiæ & reverentiæ; Ita & *Iobus*, cum á ſe labem idololatriæ amovere vult, dicit ſe *non oſculatum fuiſſe manum* in venerationē luminariũ: nam, quod Hieron. *contra Ruffinum lib.* 1. obſervat, qui adorant, ſolent deoſculari manum & capita ſubmittere, quod ſe Beatus J*o*b elementis & ido-
Tom. 4. oper. f. 763. lis feciſſe negat. Beda Expoſ. in Jobum lib. 2. c. 14. *Non ſolùm, inquit Iobus, quorumcunq; idolorum culturis, verùm etiam nec horum pulchritudine ac ſpecie magnorum luminum delectatus ſum, nec q. adorans ea, in eorum venerationem oſculatus ſum manum meam: nec creaturam pro creatore veneratus ſum* Rainoldus Tom. 2. prælect. in Apoc. libros pag. 1559. *Eſt obſervandum Veteres conſueviſſe, cùm imagines colerent, quemadmodum genua flectere Baali, & corpus inclinare, & quibuſvis geſtibus teſtari amorem ſuum & ſubmiſſionem: Ita etiam aliquando oſculari imagines ipſas. Cum autem Sol & Luna colerentur, aliæq; creaturæ abſentes, admovere manum ori atque oſculari manum, in ſignum amoris. Quoniam igitur admovebat manum ori, ut manus videretur oſculum q. præbere ori; idcirco dicit Iobus.* Si oſculata fuerit manus mea os meum, id eſt, *ſi vel geſtu tantùm externo ſignificem me amore & obedientiâ proſequi cæleſtes illas creaturas: vel ſi coluero, quemadmodum Deum atq; creatorem, cùm vetuerit Deus, ne quis ejuſmodi*

juſmodi cultum deferat, ne genua flectat, ne manum oſculetur, vel quicquam ejuſmodi faciat creatoris iſtis inanimatis. Vide cætera, quæ prolixè in h. l. diſputat eruditiſſimè. De ritu oſculationis manuum Plinius lib. 28. cap. 2. *In adorando dexteram ad oſculum referimus, totumq́ corpus circumagimus.* Lucianus in Encomio Demoſthenis ſub finem ait. *Salutato Deo ſponte ſequar, ego ſperabam ſic futurum, cùm ille manum ori admovet, neq́ ego ſuſpicabar, eum aliud facere, quàm orare Deos.* Demoſthenes Antipatrum hiantem deludit, ille enim manum ori admovens, tanquam Deum ſalutaturus, ſimul & venenum hauſit, occubuitq́; illicò Apulejus *l. 4. Aſin. aur.* Pſyches formoſitatem his depingit verbis. *Multi civium & advenæ copioſi, quos eximius ſpectaculi rumor ſtudioſâ celebritate congregabat, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi & admoventes oribus ſuis dextrã, priore digito in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Minutius Felix, cujus liber elegans circumfertur pro Arnobii octavo. *Cæcilius ſimulacro Serapidis denotato (ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet) manum ori admovens oſculum labiis impreſſit.* Tertullianus. *Pleriq́ veſtrûm affectione aliquando & cæleſtia adorandi, ad Solis ortum labia vibratis.* Ex quibus locis clarum eſt, hunc Orientalium in adorando cum oſculo ritum ad Græcos, Romanos aliasq́; gentes, Orientalium ut plurimum æmulas, dimanaſſe, atq; ab illâ veterum, qui Deos hoc ritu colebant, ſuperſtitione ductum & propagatum videri morem oſculandi manum in honore alicui habendo, Muretus ſcribit. *l. 10. var. lect. cap. 1.* Sol, quod demũ noto, hîc אור i. e. *lux* metonomicè vocatur, quod luce ſuâ cuncta illuſtret; unde & vox Ægyptia ὧρος, Orus,

 qua

qua ſol nominatur, deſcendit. Dicitur Jobo c. 30. 28. Sol חַמָּה à calore, ut *calorem* dixit ignem Lucretius l. 1. meton. effectus pro cauſa. alibi vocatur שֶׁמֶשׁ, à miniſterio, & חֶרֶס à ſiccitate. vide Druſ. 1. Miſcell. 31.

Secundæ Claſſis Interpretes metalepticè explicant, quaſi *oſculari manum* idem ſit ac more hypocritarũ ſuum ipſius opus commendare, celebrare, magnifacere; ſc. Jobum, cum neget manum ſuam oſculatum fuiſſe os ſuum, hoc voluiſſe ſignificare, ſe nunquam ſenſiſſe adeo arroganter de ſuis virtutibus aut operibus, ut manus ſua oſculata fuerit os ſuum, tanquam quicquid opis & facultatis haberet, id ex ſeipſo perfeciſſet; & in ſeipſo ſpem fiduciamq; ob virtutes poſuiſſet. Flacius in Clavi p. 1075. *Si manus mea oſculata eſt os meum pro ſi ego mea opera nimis magnifeci, meamq; fiduciam in eâ collocavi.* Quam an attenderit S. Jobus, non pauci dubitant. ideoq; etiam in talibus nobis nil ſumimus, nec Palæmones magnorum Interpretum eſſe volumus. Hoc tamen addere liceat, priorem ſententiam de adoratione, quæ verba explicat, in ſuis caſtris & partibus litteram videri habere faventiorem, cum inter actus religioſos, cultui Deorum adhibitos, non minimus, *Oſculatio Manuum*. Quorſum verò hęc manuum deoſculatio in ſacris? Ad quandam ſilentii venerationem illud pertinuiſſe aſſerit Iſaacus Caſaubonus. ut ita manu ſuâ ori ſuo ſilentium quaſi imponerent; qui quoq; Deorum ſuorum ſimulacra ſilentio comitata in delubris ponebant, quia eorum facta, quæ ut plurimum nefanda extitiſſent, ſilentio eſſe tegenda arbitrabantur, ut *lib. 2. Emblematum ſuorum* Didacus Covarruvias adnotavit. Veriùs cum Pineda exiſtimamus, ut cùm adoran-

Not. in Laert.

pag. 666.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

adorantes ſæpe manus, pedes, genua, ora, oculos idolorum ſuaviarentur, cum verebantur ore profano Deos vel Principes tangere, eminùs id facerent, porrectâ manu, ſtatimq; ad os relatâ.

Pſalm. LXVIII. ℣. XXX.

גְּעַר חַיַּת קָנֶה.

ἐπιτίμησον τῷ θηρίῳ τοῦ καλάμου.

Increpa feras arundinis.

Divortium hîc interpretationis potius verbalis, quàm ſententiæ, de quâ non difficile eſt ſtatuere. cum חיה indubitatò non *beſtiam* ſolum, ſed præter alia *cætum* ſeu *congregationem* etiam ſignificet: quod per metaphoram fieri *Schindlerus* docet, à feris in unum congregatis ductam h. ſ. *Increpa congregationem arundinis*, i. e. *arundiferam*, uſitato Ebraiſmo. Arabs, qui aliâs in pleriſq; LXX. ſequitur, nunc abs iis diſcedit, & vertit. *Increpa feras, quas poſſediſti.* Incongruè τὸ קנה iſtud verbum putans, quod inter alia non minùs apud Ebręos quàm Arabes *poſſidendi* ſignificatu occurrit, & ab eo קָנֶה quod Pſaltes habet, & de *calamo* & *arundine* dicitur, & metonimicè, de *haſtâ* & *lanceâ* ex arundine factâ, unde ipſum Arabicum Alkana *haſtile* notat. Intendit itaq; procul dubio divinus autor exercitum inſtructum & armatum haſtis & lanceis, gentem armatam longis fuſtibus inſtar arundinis. uti Ariæmontanus *in lib. de idiot. Ebr.* explicat, armatam ſagittis. cùm ſagittæ olim fierent ex arundine: nam in quibuſdam regionibus calami areſcebant, ut conficiinde jacula potuerint, ſicut Plinius prodit, multos *l. 16. c. 36.* arundinibus pro *lanceis* uſos fuiſſe, & toto Oriente bel-

Arundinum in militiâ uſus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ia arundinibus geſta. quemadmodum *in Bali Inſula* geſtant nunc cannas ſagittivomas, ex quibus teretes exilesq́; ſagittulas ex arũdine fabrefactas, in apice intoxicatas, efflant; ſicuti *in Hiſtor. Ind. Orient. part. 3. c. 39.* legere eſt. Virgilius l. IV. Æneid. v. 43. *Hæret lateri lethalis arundo*, i. e. ſagitta, quæ eidem volucris & volans arundo. *l. 5. Aeneid. v. 525.* Et Æneid. 7. *Perq; ilia venit arundo*; ſagittam intelligens, eapropter arundinea dicta in iſtis Poetæ verbis: *Veſtit arundineas & certatura ſagittas.*

Eadem utitur metonymiâ Ovidius X. *Metam.* cum ait:
Nah. 2. 4. *Diſtrinxit arundine pectus.* ſicut in ſacris הַבְּרוֹשִׁים הָרְעָלוּ & *fraxini tremere factæ ſunt* (Ariæm. *& abietes venenatæ fuerunt*) eleganter de lanceis & ſagittis è fraxino ponuntur.
p. 61. opuſc. Antonius Thyleſius de uſu iſto arundinis.

Armat eam ferro, raptimq; per aera torquet
Gnoſius altivolas figens ſub nube volucres
Vel fera montivagis erroribus acta, vel hoſtis
Saucius iniecto cadit eminus ilia telo.

Ex eâ mente παραφράζει Arias Montanus;

Haſtigeras potis es turbas diffundere, tauros
Robuſtos, populorum interq; armenta iuvencos.

Sixtinus Amama in Antibarb. Biblico lib. 3. pag. 787. *Alii melius de Aegyptiis intelligunt infeſtis ab omni ævo Iſraelitarum hoſtibus. Aegyptus autem arundine & carice abundabat, & laudatiſſimos ſemper Aegyptiacos calamos fuiſſe, nullus, opinor, tam in naturali hiſtoria hoſpes eſt, qui ignoret. Carices & calami pro Aegypto hieroglyphicè adhibentur. Et Auguſtus in nummo cuſo, ob victoriam de Antonino & Cleopatra pro Aegypto Crocodilum cum arundine poſuit.* Eadem dixerat D. Rivetus in h. l. pag. 413. teſtatus etiam, nî fallor, Auguſti nummum. Paulò ſecius & ſtrictius Abrahamus Scul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

tetus, qui ad arundinetũ iſtud, quod ad Regiam Pharaonis, reſpici ſentit, atq; ad prædones & Sicarios, quibus ea regio infeſtari ſolet. Explicationem habebis in ejuſdẽ *Oratione de coniungenda Philologiâ cum Theologiâ*; quam ille debet Guevaræ, ut non tam à Sculteto dicta, quàm à Guevara ſcripta eſſe videatur; & iiſdem verbis apud exſcribacem Paratitlorum Theologicorum ſcriptorẽ. ut fera arundinis ſit Rex Ægypti, cujus milites & Duces convenienter per contemtum *Tauros & vitulos* nuncupat Pſaltes, quia inſtar beſtiarum hominibus piis inſidiantur. Βουκόλια, loca inter Nili paludes paſtoribus deſtinata, latrociniis & rapto ſemper infamia fuiſſe 1. *Æthiop.* Heliodorus ſcribit; ubi in alios ferarum inſtar graſſabantur prædones. In propatulo, agi de ſævo quodam Eccleſiæ hoſte. ideoq; à Deo rogat Vates regius, ut adverſarios ſive cœtum haſtatorum edomet, qui ſubinde motis armis hoc regnum delere conentur.

Baruch. VI. 29.

Ὠρύονται δὲ βοῶντες ἐναντίον τῶν Θεῶν αὐτῶν, ὥσπερ τινὲς ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ.

Rugiunt autem clamantes coram Diis ſuis, ſicut in cænâ mortui.

Mos erat pervulgatus paganorum, in honorem defunctorum convivia inſtituere funebria, in quibus potiſſimũ laudes defuncti recitabant, teſte Zenobio, & manes triſti clamore ſalutabant; fuiſſe enim voces lugubres μεγάλῳ ἀλαλητῷ in iis auditas locus præſens καλληγορεῖ, qui τὸ γοῶδες deſcripſit βρυγμῷ λέοντος ἢ ὠρυγῇ λύκου. Τὸ ὠρύεσθαι Iudic. 14. 5. ψ. 21. 13. & 103 22. *Ier.* 2. 15. *Ezech.* 22. 25. *Soph.* 3. 4. leoni tribuitur, ubi in Ebr. eſt שאג, inde transfertur ad Chaldæos, qui coram Diis ſuis miſerè ejulabant, ſicut ſolet audiri luctus in cænâ exequiali alicujus.

Cænæ exequiales & epulæ funebres.

cent. 5. ad 28. p. 124.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cujus demortui. Gentiles namq; ſolebant *cibum potumq;* mortuorum tumulis apponere ſive inferre potius, addito inſolenti clamore, unde *inferiæ* dicebantur res, quæ inferebantur ſepulchro, Græcis χοαὶ dictæ à fundendo; ſicut *exequiæ*, quod multi cadaver ejus, qui efferebatur, inſequebantur. Ab exequiis Manibus defuncti oblatum convivium funebre & apparatum parentale, quod Græci περίδειπνον vocant. Varro Meleagris apud Nonium: *Funus exequiati cum lauſu (lautè) ad ſepulchrum antiquo more* Silicernium *confecimus i. e.* περίδειπνον, *quo pranſi diſcedentes dicimus alius aliis, Vale.* Hieronymus in c. 16. 4. Jerem. *Moris eſt lugentibus ferre cibum & præparare convivium, quæ Græci* περίδειπνα *vocant, & à noſtris vulgo appellantur Parentalia, eò quod parentibus juſta celebrentur.* Etymologus p. 699. περίδειπνον, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι γινομένη ἑστίασις. Pollux 8. Onom. 7. ἡ ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος, περίδειπνον. & hinc verbum περιδειπνέω de funebri epulo poſt Abneris exequias uſurpatũ, 2. Sam. 3. 35. Euſtathius ad Hom. Ιλ. ψ. v. 680. diſtinguit inter epulum, quod in ſepulchro, & quod poſt ſepulturam agitabatur, illudq; vocari ait τάφον, hoc v. περίδειπνον. In hunc ſenſum nonnulli explicant verba Tobiæ c. 4. v. 18. *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam juſti conſtitue,* ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων. Illud quoq; ex hoc ritu deſumtum Eccleſiaſt. 30. 19. *Bona abſcondita in ore clauſo, ſicut appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulcro,* θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ. Epulas rogo & tumulo illatas cum alloquio ad defunctos tali: Ανάστα, φάγε, teſtatur Epiphanius *in Ancorato p.* 505. quem morem adhuc Lithuanos obſervare mihi relatum, cum apud illos degerem; & idem de Livonis ſcripſit Stuckius *in Antiq. Conviv. p.* 75. de Turcis Bart. Georgieuiz *lib. de Turcarum ceremon. c.* 15. Poſt peracta tumuli ſolemnia, *ſalve & vale* dictum, ut *in Notis ad Carmen de peregrinatione & beato obitu Illuſtr. Principis Dn. Henrici, Haſſiæ Landgravii, p.* 153. Bachmannus noſter obſervavit. Plura docebunt de ſepulchralibus epulis & cæna ferali Biſciol. *T.* 1. *hor. ſubc. l.* 11. *c.* 4. Stuck. 1. *de conviv.* 25. Lipſ. *ad* 6. *Annal. Tac. n.* 18. Kirchm. 4. *de fun. Rom* 5. *&* 6. Kornman. *de mirac. viv. & mort. part.* 7. *c.* 36. Lud. Gvyon 5. *var. lect.* 3. Serrar. *in Tob. c.* 4. *p.* 86. *ſeq.* Villalp. *in Ezech. c.* 24. *p.* 513. *ſeqq.* Jan. Douſa. *Plautin. Explic. lib.* 1. *p.* 73. 74.

FINIS PART. II.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ANTIQVITATUM BIBLICARUM,

PARS TERTIA,

Quas

Incaſſum è Sacris Tabulis ad externos ritus ac inſtituta nonnulli trahunt Interpretes,

COLLECTORE

JOHAN. CUNRADO DIETERICHIO, Profeſſore Marp.

MARPURGI,

è Caſparis Chemlini Typographéo.

M. DC. XXXXII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

PERILLUSTRI ac GENEROSISSIMO COMITI ac DOMINO,

DN. JUSTO HERMANNO

Comiti & Nobili Domino Lippienſi &c.

Domino meo gratioſiſſimo

S.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

PERILLUSTRIS ac GENERO-SISSIME COMES ac DOMINE.

POSTQUAM alteram harum Antiquitatũ partem generoſiſsimo Conſanguineò Tuo, Domino JOHANNI, Comiti Waldeccenſi, dedicavi, ſperare incepi non ineptum aut ingratum fore, ſi tertiâ hâc parte Tuæ Generoſ. humilimum affectum meum teſtarer. Mos fuit antiquis temporibus, ut Vegetius ſcribit ad Valentinianum Auguſtum, bonarum artium ſtudia mandare literis atq; in libros redacta offerre Principibus, Comitibus ac Dominis. Neque enim rectè aliquid inchoatur, niſi poſt DEUM faveat Princeps, neque quenquam magis decet vel plura vel meliora ſcire quàm Principem vel alium heroici ſanguinis hæredem. Nam eorum virtus & ſcientia omnibus prodeſſe poteſt ſubjectis. Dum verò mori illi morem gero, miraberis fortaſſe, *Generoſiſs.* DN. COMES, cur non a-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lias Politicas ſed Biblicas has contemplationes, utpote quæ ad Scholam magis pertineant quàm ad aulam, Tuæ Generoſitati offeram ? Sed ſi ingentem Illuſtriſſimæ Matris Tuæ pietatem, quam Collega & amicus meus Schuppius mihi ſæpe pleno ore laudavit, ſi deniq; tuam generoſiſſimam mentem contemplor, ſpem de Te ſingularem concipio, Te aliquando Theologicarum rerum ſcientiâ aliis quoq; profuturum. Olim cùm Arminius in illis ipſis campis, quas nunc Perilluſtris Familia tua poſsidet, tres delevit legiones Romanas, & aſsidua ibi geſsit bella, DEUS in Syriâ Eccleſiæ ſuæ dedit Halcyonia, ut Chriſtus adoleſcens cum matre ſua tutò Jeruſalem ad feſta ire & ſemina doctrinæ ſpargere potuerit. Nunc in Palæſtina tetra eſt barbaries, & dominatur Mahumetica impietas. Et utinam in veſtris quoque cãpis pax floreret & in foro & in choro! Deum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſupplices veneramur, ut cæteros quoq; gratiâ

ſuâ

ſuâ illuminet,ut ad Tuum Illuſtriſsimæ matris tuæ exemplum veritatem & pacem diligant. Cæterùm, *Perilluſtris & Generoſiſs. Dn. Comes*, generoſam mentem tuam adeò ex quotidianâ converſatione novi, ut non opus eſſe putem currenti calcar addere, & majorum tuorum heroica facinora immortalemq; laudem, quam partim calamis, partim gladiis & lanceis felicisſimè ſimul & fortiſsimè ſunt aſſecuti, in publicum producere & ad laudabilē æmulationē Te excitare. Sunt qui perilluſtrē familiā tuam à Romanis & quidem à Sp. Manlio, qui Gallos è Capitolio ejecit, derivant. Sunt quoq;, qui *ab Urſinis* per incertas conjecturas ducūt. Hoc certum eſt, domum Lippienſem jam inde à Caroli M. temporibus in Weſtphalorū Saxonum nobilitate illa primariâ, quæ *Nobilium Dominorum* nomine appellata, ſemper loco & munere illuſtrem floruiſſe, & belli tempore Reges ſæpe dediſſe Saxonibus, poſtea verò inaugurantibus Francis Comitum

aſſumſiſſe titulum. Si M.Juſtinum Lippienſem cogito, qui Anno 1263. *Lippiflorium*, id eſt, res geſtas Comitum Lippienſium carmine pro illa ætate ſatis eleganti ſcripſit, recordor, quot Heroum mater domus illa fuerit. Ut de aliis jam taceam, ſubit quod Albertus Abbas Stadenſis de Bernhardo VI. ſcribit, *fuiſſe eum Principem fortunatum & animoſum, ſatis ad bella fortunatum & omnibus militaribus virtutibus præeminentem.* Licet verò virtus & fortitudo militaris illuſtri familię illi quodam quaſi hęreditatis jure ſemper adhæſerit, non adeo tamen literas deſpexêre, ut non has quoq; excoluerint, & iiſdē immortale decus ſuum auxerint inter literatos. Nam & *Philippo Comiti Lippienſi* Rhetoricā ſuam dedicavit Joh. Sturmius, & ad *Bernhardum VIII. & Hermannum Simonē, Comites Lippienſes*, Epiſtolā dedicatoriā miſit magnus ille Melanchthon, qui duo in aulâ Philippi Magnanimi Heſſorum Landgravii educati & in ſincera religione informati ſunt.

ſunt. Ut nihil jam dicam de innumeris Abbatibus & Epiſcopis, quos gens tua protulit. Nihil de *Simone VI.*, qui à matre Catharina, Comitiſſa Waldeccianâ, miſſus in Academiam Argentinenſem, & glorioſiſſimo Imperatori Rudolpho II. fuit acceptiſſimus, utpote qui ejus cõſiliis & dexteritate in graviſſimis S. R. Imperii negotiis ſæpiſſime uſus, & fidem ejus ſplendidiſſimis privilegiis remuneratus eſt. Soror ejus Domina Magdalena, Comitiſſa Lippienſis, quæ Conjux fuit optimi Principis Georgii I. Haſſię Landgravii, mater Ludovici fidelis, avia Georgii II. Pacifici, Patriæ noſtræ Patris clementiſſimi, tantam apud Heſſos noſtros reliquit pietatis & bonitatis ſuæ memoriam, ut de optimâ Matre Patriæ loquentes nunquam Magdalenæ Lippienſis immemores ſint. Patris tui inclyti, *Simonis VII.* heroicam mentẽ jam olim in primâ adoleſcentiâ Caſſellis obſervavit coluitq; Collegium Adelphicum & ille Literarum Stator Mauritius

Heſſus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Heſſus, ut nobis nuper recenſuit coætaneus ejus & cõmilito vir mente & gente Nobiliſſimus Burchardus Ravv ab Holtzhauſen, Non ſecus ac olim Alexander Macedo felicem pronunciavit Achillem, quod Homerum nactus ſit virtutum ſuarum Prçconem; Ita ego Heroem hunc deploro, quoties virtutes ejus laborioſè quidem, ſed non ſatis feliciter deſcriptas & quadam quaſi obſcurâ rubigine aſperſas video ab eo, qui ſupra omnes ſive Oratores ſive Poëtas ingenio ſuo ſaltare opinatur. Sed quot Comitatus veſter alit homines, tot habet prudentiſsimus ille Comes Præcones. Horum exempla, & illuſtris Heroinæ Dominæ Mariæ Magdalenæ, Matris tuæ honoratiſſimæ, piæ preces ſequacem animum tuum magis magiſq; quotidiè inflammment, ut aut ſuperes, aut (ſi hoc votum nimis avarum videtur) adæques, quicquid cedro & marmore dignum de familia tua fama loquitur. Hoc voto, quod ratum eſſe jubeat DEUS, concludo, & gratiæ Tuæ humilimè me commendo. Exarab. Marpurgi d. 5. Martii 1642.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

PARS III.

ANTIQUITATUM, QUARUM uſus in ſacris videtur eſſe planè falſus, & indubitatò erroneus:

GEN. C. XXX. ℣. XI.

וַתֹּאמֶר לֵאָה בְּגָד

Καὶ εἶπε Λεία. ἐν τύχῃ.

Et dixit Lea: FELICITER.

Da ſprach Lea: Ruſtig.

Maſora. בא גד *Codd. Regii* εὐτύχηκα.

JACOBO Patriarchæ ex Zilpa ancillâ, quam aſſumſerat ſobolis procreandi causâ ſociam tori hortatu & ſuaſu uxoris Leæ, progenitus filius à præſenti rerum ſtatu futuroq; eventu, *GAD* nominatur; nam nato ex Zilpa Gado, Lea bene auſpicata ſibi fauſta hâc acclamatione dixit: בגד; *& vocavit nomen ejus Gad.* Gad quid ſit, dubitari ſcimus. Qui ſub fato ſtellarum hominis Geneſin ponunt, quam Juvenalis dicit Mathematicos exercere artem, illi volunt eſſe nomen Numinis commentitii; Fortunam ſeu Δαίμονα γενέθλιον, μυσταγωγὸν βίου, ut à Menandro dicitur, à Lea imploratum, quaſi partui ancillæ bene eſſet ominata ex majorum ſuperſtitione, qua proles & alia fauſta ſideribus tribuebantur hoc ſenſu, אֲתָא מַזָּלָא טָבָא, ut Jonathan reddit, בָּא מזל טוֹב i.e. *venit fortuna bona*, ſive benignius aſtrũ, ſidus fauſtum, bonus Dæmon, ἀγαθὸς δαίμων. cui oppo-

ap. Euſeb. l.13. de præpar. Evang.

nitur מַזָּל בִּישׁ. Docuêre quippe priſci Chaldæi ab aſtris dependere fata ſive bona ſive mala, felicitatem & infelicitatem inferiorũ, *Lunam* ad caſtitatem & conjugii uſum diſponere, ad fortitudinem verò *Martem* inclinare, eloquentiam dare *Mercurium*, magnanimitatem & ſublimes quoſdam ſpiritus, *Jovem*; *Venerem* autem amorem effundere in ſubjectas ſibi ſuoq́; imperio animas; quemadmodum etiam Planetarum ſortes ita conſtituêre, ut vocarent partem Solis, ἀγαθὸν δαίμονα, Jovis νίκην, Mercurii ἀνάγκην, Veneris ἔρωτα, Martis τόλμαν, Saturni νέμεσιν, diſtantiam verò, quæ eſt Solis in qualibet genitura à Lunâ, κλῆρον τυχῆς, ſortem fortunæ, appellarent. creditum autem fuit, cuilibet à primâ nativitate genium certum, quem implorabant, attribui, qui perpetuus individuusq́ue prolis ſit comes. Ejuſmodi genium ſive Angelum γενέσεως, δαίμονα ἀποτρόπαιον, ἀλεξίκακον, φύσιον, λύσιον appellarunt; cujus Antagoniſta ſit מלאך החבלה, i.e. *Angelus excidii*, quem Latini *adverſum Genium* dixêre. Servius in 1. Georg. f. 85. *Genium dicebant antiqui naturalem Deum uniuscujuſq́; loci, vel rei aut hominis.* Macrobius 1. *Saturn.* 19. Deos præſtites homini naſcenti quatuor adeſſe memorat, δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην. Ut ita quorundam opinione Leæ ſermo ad gentilitios ejus gentis mores referendus ſit, quippe quæ Chaldæorum ſuperſtitionibus adſueta adhuc gentilitatis conſuetudinem retinuiſſet, quæ in hoc conſtabat, ut exiſtimarit, ſortem fortunæ ſeu fortunam bonam & vitæ & bonorum externorum velut Præſidem ſeu ἔφορον adfuiſſe in lucem prodeunti Gado, nec prolem
Sat. 10. v. 103. recentem *Dîs adverſis genitum fatoq́; ſiniſtro*, ut Juvenalis ſunt verba, ad quem naſcentem *placido lumine aſpexerit aquus*

quus Jupiter. ὀλβιοδαίμονα vocaret Homerus Ιλ. *γ. υ.* 182. & μοιρηγενέα, i.e. lætis fatis natum. Nec ignotum, à ſcriptoribus optima & peſſima quæq; hujus orbis inferioris arcanis cœleſtibus deputari; & quemlibet trahere de cœlo fata creditum. de quo ipſi Rabini hîc diſputant, &, ut ſolent in voce obſcurâ, ad Arabicam confugiunt linguam, in qua, ajunt, ſidus illud Jovis beneficum ſive *Mazal Tob* גד appellatur. Ita Aben Ezra & alii certè גיד Gad Arabibus *bonus* & *beneficus* eſt, adeoq; Jovis ſtellam denotat, quod notavêre Fullerus 5. *Miſc.* 17. Druſius 2. *de tribus ſectis Iudæorum* c. 21. Seldenus 1, *de Diis Syris* 1. Etiam Jovis illa ſtella dicitur כוכב צֶדֶק, *ſtella iuſtitiæ*, & צדק ſimpliciter ab æquitate ſic nominata, quia omnia fauſta indicet, nam *hominum generi proſperus & ſalutaris eſt fulgor ille, qui dicitur Jovis*, dicente Cicerone; noxius autem Saturni & Martis, juxta illud; כּוֹכָבִים הַמַּזִּיקִים שַׁבְּתַאי וּמַאְדִּים i. e. *ſtellæ noxiæ ſunt Saturnus & Mars.* Non verò, quam illi dedêre expoſitionem, eſt commoda; *major namq; fuit pietas* (ſunt verba Theologi Wolf. Muſculi) *Leæ, quàm ut more gentilium* *Fortunæ divinitatem tribueret, illiq; natam filiam acceptam ferret, & nuncupatione nominis proprii conſecraret; etenim quomodo fortunæ donum fœcunditatis in ancilla tribuiſſet, quod antea in ſeipſa gratiæ Dei acceptum tulit?* nam ex quo erat cum Jacobo, adeo honorificè meminit in quatuor filiis primis Dei providentiæ, ut nuſpiam legatur pia fœmina tribuiſſe prolem τύχῃ ἀγαθῇ aut cœcæ fortunæ, quam Deo, omnis fortunæ datori unico, aſcribendam unicè cenſebat. Itaq; alio intelligimus ſenſu oportet τὸ Gad. Eleganti ſanè παρονομασίᾳ & παρηχήσει, quam Ebræi צחות הלשון, *politiē linguæ vocant*, τὸ גד *turma, exercitus*, ſeu *procinctus* ad R. גָּדַד, quod

Horat. l. 4. od. 3.

Comm. in Gen. p. 629.

quod eſt, *cogere exercitum* vel *turmam, turmatim concurrere*, reducitur; deducta originationis ratione ex cap. *Geneſ.* 49. *verſ.* 19. ubi verba habent Jacobi morituri poſtrema: גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ וְהוּא יָגֻד. *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.* Quis enim neſcit plerasq; Ebræorum ὀνοματοθεσίας fuiſſe ominoſas atq; alluſivas? cujus exempla ex auguſtiſſimo ſtilo Canonis affatim ſunt. Hinc *Num.* 33. *v.* 32. גִּדְגָּד *Gidgad* locus, in quo caſtra metati ſunt Iſraelitæ, dicitur; & 2. *Reg.* 5. 2. de Syris dictum גְּדוּדִים, quod Genevenſes reddunt; *Les Bandes*, i. e. militum manipulos; quos Vulgatus *Latrunculos*, à Latrone ſumtâ voce, ſolet appellare. Sic expoſuit Philo de nominibus Ebraicis. ſive Hieronymus Interpres: *Gad tentatio ſive latrunculus vel fortuna.* Latrunculos uſurpat Vulgatus de militibus. *Latrones* enim primâ ſignificatione *milites*, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν dicti quaſi laterones, quod latus tuerentur Dominorum, quâ de voce vide Victor. *lib.* 16. *c.* 17. Eâ ex antiquis Plautus utitur in Pyrgopolon. ſive milite glorioſo *act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 75. quem locum etiam citat Servius ad Æneid. XII.

Nam Rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Ut ſibi latrones *cogerem & conſcriberem.*

Germanicè dicimus: Streiſende Rotten. Senſus igitur foret, quod exultabunda quaſi Lea ſibi gratularetur de filio recens ex Zilpa nato, qui aliis, quos prius pepererat, junctus efficere debeat turmam, quo enixo ea ſit habitura גדוד בנים, turmam ſive exercitum filiorum; ὡς ἐμφαίνει καὶ τοὔνομα ἐτυμολολούμενον. ex quo ſenſus erit optimus & faciliima derivatio, &, quam hæc parit, applicatio; ut non ſit opus ad ignotam Arabiæ tellurem confugere, quum ante pedes obviam habeamus Palæſtinam. Nobis itaq; ex ſen-

tentia,

tentia, qua גד ad *exercitū, copiam* ſive *turmā* accomodatur, cōmodior & verior & loco huic negotioq́; videtur; ἐλέγχει δὲ ταὐτὸ ἡ προσηγορία. ut ita à liberorū ſperatâ multitudine, aut etiam à cogendis copiis, à virtute bellicâ, ab expeditione militari hunc filiū nominare voluerit. quę ſententia eſt germanior, & quoq; ad hiſtoriam tribus hujus accedit quamproximè, ſi ſpectes Gaditarum probè accinctorum ordinem militarem ante fratres ſuos collocatorum, *Ioſ.* 1. *&* 4. *capp.* unde etiam exponit Aquila: *Venit accinctio*, teſte Hieron. Quæſt. in Geneſ. *Bagad Aquila interpretatur*, Venit accinctio: *Nos autem dicere poſſumus* in procinctu. *Ba enim poteſt præpoſitionem ſonare in & venit. Ab eventu ergo ſive procinctu qui Gad dicitur, Zelphæ filius nomen invenit.* Contra Grammaticam peccat Hieronymus, quę docet ב cum Scheva vel cum Pattach ſeq. dages eſſe præpoſitionem. LXX. ב præpoſ. quoq; eſſe putârunt; Lutherus in Comm. ad Geneſ. fol. 417. b. explicavit, *accinctum, armatum, inſtructum ad bellum, qui vincat & familiam propaget*; & in notis marginalibus verſionis Germanicæ addit: **Gad heiſt rüſtig zum Streit/** quaſi diceret Lea. **dapfer dran/ auff die weiß werde ich viel Söhne bekommen:** Piſcator reddidit. **Ein Schwader oder hauffen Reuter.** Nec diſſimularunt hoc ſensûs in verſionibus Junius, Genevenſes, Angli, Belgæ. Ratum itaq; ſit, ἀδαπάνητον τῆς ἄνωθεν εὐεργεσίας καὶ εὐπαιΐας πλοῦτον in mente habuiſſe fœminam, cum diceret prolem ominans numeroſam: בא גד, בא גד, poſt partum terq́; quaterq́; feliciſſimè peractum. *Felicem me & fortunatam*, exclamat, *ſingulari Dei beneficio, cujus auxilio proſpere ſuccedunt filiorum* γενέθλια; *nunc autem nato Gado non deficiet è familia mea ullus, nec deficient de domo Gad fortes, &, qui*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

naſcentur ab eo, inclyti terræ. Gadum quidẽ turma Ammonitica turmatim invadet, *ſed ipſe* turmatim invadet rurſus, *& tandem armatâ manu coercebit feram prædonum turbam.* Gaditæ à finitimorum incurſionibus malè vexati: his enim Ammonitarum regio vicina erat, cum quibus ipſis erat perpetuum bellum, ut de Gaditarum tetritorio fere dici queat, quod olim de Macedoniâ Cicero: *Macedonia tantis barbarorum gentibus attingitur, ut ſemper Macedonibus Imperatoribus* (Gaditanorum Principibus) *iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum & pilorum.* Id cuivis nunc patere arbitror, auſpicatas fuiſſe nuptias Jacobi cum Zilpa; & inde alluſum à Lea & Jacobo ad nomen Gad, quo ipſa ſterilitatem ſuam ope ancillæ, è qua tanquam è fonte uberrimo ſuſceperat filium, prœmio copioſiſſimo inſuperabili Dei bonitate compenſari innuere voluit. neq; heîc quadraret alluſio in vero nominis etymo fundata, quam poſuit Jacob d. c. *exercitu eum invadet*, niſi conſiliũ fuiſſet de filiorum & ſimul poſterorum turbâ ſobole q; numeroſa, quam ſibi certò ex fide in fidẽ promittebat, ſibi gratulari. Exemplum ſimile vide *Gen. c.* 41. *v.* 52. in v. *Ephraim* addita è veſtigio ratione nominis: *quia creſcere me fecit Deus.* ac ſi jam abunde eſſet filiis cumulatus Joſeph; ita & hîc Lea ἀμήχανον εὐδαιμονίαν περὶ τεκνοποιΐας celebrat in filio Gad. Sic etiam inſculpſit Lea in perſonâ Filii Ruben *c.* 29. *v.* 32. μνημόσυνον, quo ſe ad Dei laudem incitet. Atq; ita pia fœmina nominibus filiorum ſuorum exprimit & agnoſcit Jehovæ donum eſſe hanc fœcunditatem, ſimulq́; gratias agit. ut impium ſit ex ſuperſtitione gentilitia gentiumq́; vanitate vanitates ultrò petere, quod Interpretum Criticorum quorundam vitium hodie maximè vulgare eſt.

Quid

Quid enim, quæſo, attinet citra neceſſitatem bonã iſtam effatis Ethnicorum onerare Leam, quæ tot annos Jacobum non maritum ſolum pientiſſimum, ſed & procul dubio Pædagogum habuerat? ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα, ex Theocrito concludo. *Idyll. 15. v. 24.*

Deut. XXII. ℣. V.

Non induetur mulier veſte virili: nec vir utetur veſte fœminea. abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hoc.

Mulier veſte virili non utatur, nec vir muliebri. Veſtimentorum commutationem, quâ ſexum mentiebantur viri fœminæq;, vetat Deus Opt. Max. iſta lege, cujus cauſa graviſſima fuit ea, ut non ſolùm unus ſexus ab aliâ hâc veſtium notâ diſcriminaretur, verum etiam libidinibus aliisq; inhoneſtis actionibus confusâ ratione patrari ſolitis feneſtra clauderetur. Interpretes nõnulli curioſiores legis illius de ementito veſtimenti habitu textum de idololatrico quodam ſchemate, quod ſub vocabulo generali כלי includi queat, exponunt, atq; illud hoc loco prohiberi, ne mulier portet Celi, *vaſa ſeu arma viri*, Mans-gewehr/ ut editio Jacobi Liesvelt habet. atque ſpectari cultum illum, quo in venerationem Deæ Veneris mulieres, in honorem Martis viri, arma veſtesq; commutabant; idque ex eo nituntur probare, quod βδέλυγμα, cujus mentio eſt, communiter in ſacris accipiatur, cum de idololatria ſeu de re quâvis ad idololatriam ſermo ſit. Hujus expoſitionis ſtrategus eſt R. Moſes Ben Maimon, *in opere ſuo More Nebochim part.* 3. *c.* 38. quem ſequuntur alii. *Syra Venus*, non nemo ſcribit, *& maſculinum & fœmininum*

Numen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Numen putabatur. Sacra ei variè ſolennia faciebant, ſacrorumque pro ritu aut viriles aut muliebres veſtes induebant. Hinc ſanè lux ſcripturæ, quæ veſtimentorum commutationem vetat. Cæterum præcepto de utriusq; ſexûs habitu ritus aliquis prophanus vetari videtur, tùm quod arma viri bellica ſumere mulieri prohibetur, non veſtimenta, quæ alio nomine שמלת *ſingulariter denotantur, tum quia ſolennis illa cauſa additur,* βδέλυγμα *id eſſe ſeu rem Domino execrandam, quod plerunq; idololatriam in ſacris ſpectat.* Fr. Vatablus h. l. כלי *inſtrumenta bellica ſignificat. Vetat, ne mulieres ad militiam cum viris proficiſcantur, more Orientalium mulierum. exponunt enim ſe periculo violandæ pudicitiæ. Simul præcipitur, ne vir utatur veſtibus muliebribus, propter honeſtatem publicè tutandam & cavendas ſcortationes. alioqui enim imberbis adoleſcens muliebri veſtitu inter mulieres facilè lateret.* Quod lex prohibet, כלי, vocabulo generali, geſtare viris fœminísq;, neſcio quomodo ad ſequiorem ſexum tantùm arma Mavortia, quæ incommodè nimium tractat virili togâ, traduci poſſint; neque Diis propria fuëre, quæ hîc negantur. Nec reſtrictionem ea verba recipiunt, ut ad ſolos idololatricos mores referenda ſint; כלי hic, ut Sirac. *c.* 45. *v.* 21. τὰ σκέυη, de veſtibus dicuntur; ut & Druſius ibidem teſtatur, quod & perſpecialius שמלת explicatur hoc loco; ut non probanda ſit doctiſs. Seldeni ſententia 2. *de Diis Syr.* 4. de armis viri bellicis mulieri ꝓhibitis ex neſcio quo ritu, quam improbat D. Danhawerus in Colleg. Decal. diſp. 9. §. 3. Generalior lex eſt majorisq; ambitûs, quæ uſum promiſcuum, ne ludicrum quidem, veſtimentorum in utroq; ſexu non fert, habetq; divina lex iſta non tam in militiâ locum, quàm domi & in pace, cultumque perverti aut confundi Deus immortalis, pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

lis, propterea quod execrandum eſſet facinus , maximè contrarium pudori & caſtitati. optimum namq; pudicitiæ ſignum & cuſtodia veſtitus & modeſtia habitûs; ſicut Poeta innuit; turpe eſſe mulieri tractare arma , omiſſis domeſticis officiis: *Iuvenal. Sat.6.v. 251.*

Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem,
Quæ fugit à ſexu.

Sardanapalum, Aſſyriorum Regem , poſtremum molles delitiæ ita corruperant, ut relictâ majeſtate regiâ muliebrem habitum vir ſumeret, fœminamq; mentitus inter puellas & Eunuchos deliteſceret. Suetonius *ſtolã* in Caligula reprehendit, quâ vir ſine reprehenſione uti non poterat; teſte Ulpiano *l. Veſtis ff. de auro & argento* , in quam extat variæ eruditionis Commentarius Lazari Bayſii ante centum annos Baſileæ editus. *Muliebria ſunt*, ait Jctus, *quæ matrisfam. cauſa parata ſunt , quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione* , *veluti* ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, *quæ magis capitis tegendi quàm ornandi cauſa comparata ſunt*, plagulæ, penulæ. *Communia ſunt, quibus promiſcuè utitur mulier cum viro , veluti ſi ejuſmodi* penula pallium ve *eſt & reliqua ejuſmodi, quæ ſine reprehenſione vel vir vel uxor utatur.* Nec enim *ſtola* Romanorum ævo numerabatur inter virilia veſtimenta, apud quos nefas erat ſtolam cum virili toga commutare, nec aſſumebatur, niſi qui eſſet effœminatus Caligula aut Heliogabalus. In eandem reprehenſionem incurrebant, qui *mitram* geſtabant, muliebre geſtamen, viris probroſum, quod probat è Lucano Gallorum doctiſſimus Turnebus 4. *adv.* 14. P. Clodius Pompejæ uxoris C. Cæſaris amore captus , cum bonæ Deæ in domo Cæſaris pro populo fieret, in opertum, poſitis *Plutarch. in Cæſare.*

ſitis ſexus maſculi veſtimentis, cum veſte muliebri venit, ſperans ſe, quod imberbis eſſet, ad Pompejam perventurum, ut attentaret mulieris pudicitiam. Quod genus alia videre eſt *in Cent. 2. oper. ſubciſ. c. 42.* Camerarii, & in Comm. ad Deuter. D. Pelargi p. 319. Bonfrerii pag. 995. item apud Tiraquell. *in 3. leg. connub. Gloſ. 1. part. 3. n. 58. ſeqq.*

JUDITH. C. XVI. ℣. 8.

Ὀυδὲ υἱοὶ Τιτάνων ἐπάταξεν αὐτὸν, ὀυδὲ ὑψηλοὶ γίγαντες ἐπέθεντο αὐτῷ.

Nec filii Titanum percuſſerunt eum, nec excelſi Gigantes impoſuerunt ſe illi.

Gigantes & Titanes. ERat olim receptum, ut piorum hominum decantaretur exitus panegyri ſolenni, improborum infelix carmine & cantico quodam contumelioſo pro exequiis irrideretur, quod etiam inter Judæos ex laudatâ conſuetudine erat uſitatum, ut inter Græcos conſtitutione. Judith, Hebraidum Heroina, caput Holofernis ad cives ſuos reportans ἐπ' ἐυτυχίαισι canticum canit. Philiſtæi devicto Samſone, Pæana cecinêrunt. Græci duos Pæanes habebant, alterum Martis, quo utebantur initio pugnæ; alterum Apollinis, quem fuſis cæſisq; hoſtibus decantabant, notante Fr. Luiſino. *2. Parerg. 12* Eundem Pæana triumphalem edidit Judith, mulier minime muliebris animi, cùm comicâ facie peregiſſet tragœdias. in quo ſimul legere eſt *fabulam Titanum & Gigantum*, quæ planè oſtendit, hunc librum à recentiore aliquo autore fuiſſe conſcriptū, qui ſe Græculum potiùs quàm Ebræum prodat, cum nuſpiam ſic loquatur in libris authenticis Sanctus DEI Spiritus, ut nos ad inania Chimærarum figmenta amandet. tantum

abeſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

abeſt, ut res adeo profanas & exoticas inſerat, cœlumq; terræ miſceat; quicquid etiam dicant alii, conſultò alluſum ad gentilium fabulas barbarasque nænias in canticis adeo ſacris. Fingũtur a. *Titanes*, Jovis hoſtes, à Jove fulminibus detruſi ſub terrã; dehinc devictis ſcribunt Titanibus ſorte mundũ diviſiſſe fratres, Jovẽ, Plutonẽ, Neptunũ, illi cœlũ, iſti infernũ huic mare ceſſiſſe; de quibus adi N. Comitẽ 6. *Mythol.* 21. nã de his fabulis ad fabuloſũ noſtrũ locũ piget plura ex fabulis colligere. Gigantes videamus. Gigantes ſimiliter dicuntur è terrâ cœliq; ſanguine nati, quo tempore Saturnus pudenda (pudendũ!) patris abſciderat; ut Heſiodus nugipolyloquides *in Theogonia* indicat, ipſumque nominis eymon probat. Gigas enim à γένεσις & γῆ; ut idem ſit ac γηγενὴς terrigena, è terrâ natus, terræ filius, ut τὸ רְפָאִים Chaldæus *Prov.c.*21.*v.*16. reddidit & γηγενεῖς dici *Prov.c.*9.*v.*18. invenies. Hoc ſenſu de robuſtis dicitur. Baſilius M. in ψ. 32. Γίγας, ὁ φυσικῇ δυνάμει καὶ τόνῳ σωματικῷ κεχρημένος. Chryſoſtomus Hom. 22. in Gen. Γίγαντας ἐνταῦθα τοὺς ἰσχυροὺς τὸ σῶμα οἶμαι λέγειν τὴν γραφήν. Diodorus Siculus lib. IV. Μυθολογοῦνται δ᾽ οἱ γίγαντες γηγενεῖς γεγονέναι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους. Solẽt aliâs LXX. Interpp. vocem illam ſæpiſſimè ſuæ inſerere verſioni. Sic *Gen.c.*6.*v.*4. & *Num.*13. 34. נְפִילִים, γίγαντες illis ſunt. Sic בני ענקים *Deut.* 1.28. etiam גבורים *Gen.*6.4.*c.*10.8.9.1.*Par.* 1.10. aliisq; locis apud Eſaiam & Ezechielem. item רפאים à רפא, quod ſignificat non ſolùm *curare* aut *ſanare*, ſed etiam *roborare*; unde etiam רפאים, *potentes*, *fortes*, & quia nihil potentius Gigantibus, qui cum ipſis Diis effera moviſſe bella finguntur, Symmachus *Iob.*26.5. & *Prov.c.*9.18. & *c.*21.16. θεομάχους tranſtulit; nam quod ait Ovidius. 1. *Metam.*

affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes.

Nihili cocio eſt, qui credit eodem in libro Judith vera eſſe, quæ de *Nabuchodonoſor*, *Arphaxad* Medorum primo Rege, qui non alius eſſe creditur, quàm Dejoces Herodoti atq; Cteſiæ; de *Ecbatanis* à Dejoce ædificatis &c. narrantur. Vide Joh. Rainoldum *Tom.* 1. *Prælect. ad libros Apocryphos prælect.* 65. *uſq; ad* 73. eruditè oſtendentem, hiſtoriam ejus libri eſſe vanam.

JOB. XLII. ℣. 14.

קֶרֶן הַפּוּךְ

Κέρας Αμαλθείας.

Cornu Stibii.

NOmina filiarum Jobi recenſentur hoc verſu ita: *Et vocavit nomen unius* יְמִימָה. Vulgatus tranſcribens nomen proprium in appellativum reddidit *Diem.* & eodem vitio LXX. ἡμέραν, puto, quia *Iemimah* convenientiam habet cum Ebræo יוֹם. *Nomen ſecundæ* קְצִיעָה, *Keziah, & nomen tertiæ* קֶרֶן הַפּוּךְ. *Cornu ſtibii* edidit Interpres noſter antiquus, quia קרן cornu eſt, & פּוּךְ *Stibium, fucus*, quo fucari ſolebant & infici quondam mulieres, quarum continebatur mundus, teſte Ulpiano d. l. ſpeculis, matulis, unguentis, vaſis unguentariis, & ſi quæ ſimilia dici poſſunt. Stibium ſerviiſſe venuſtandis, imo & curandis oculis, vetus traditio eſt, apud Plinium extans *lib.* 33. *c.* 6. elegantique etymologiâ vel potius alluſione Ebræis inde dicitur, quod eo vultus & facies qnaſi invertatur ac immutetur, ex ſignificatione verbi הָפַךְ. Septuaginta Interpretes pari modo Grecam ſignificationem, eamq; omnino incongruã, ponunt; atq; unam è tribus filiabus vocatam fuiſſe

Cornu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Cornu Amalthea, interpretatione ex conſuetudine & vulgi opininione ſumta & accommodatâ, tanquam notiore εἰς παράστασιν τῆς εὐδαιμονίας, ut notavit Olympiodorus *in h.l.* id eſt, ad declarandam ac repræſentandam felicitatem S. Jobi, cui DEUS fortunas omnes duplicavit in re œconomicâ, dando etiam filias venuſtiſſimas. quæ ipſarum pulchritudo ℣. XV. indicatur: nempe quod pulchritudine nō habuerint pares in iſtâ regione. unde Chaldæus horum nominum reddens rationem παραφράζει. *Iemimah fuit dicta, quod pretioſa eſſet, ut Kezia. Kerenhappuch, quod copioſa eſſet ſplendore & pulchritudine faciei inſtar Smaragdi.* Mira autem μεταμόρφωσις τοῦ *Keren-happuch, in cornu Amalthea.* Quam nemo aſſequetur verſionem, qui in literis exterorum hoſpes: nam intendit gentilium figmenta, quorum origo ſic habet. Libycæ terræ tractus quondam fuit generoſis vinis ac cæteris fructibus perquam ferax, dono datus Amaltheæ filię ab Ammone: unde ortæ de Amalthio cornu Poetarum fabulæ: nam finxit antiquitas fabuloſa Amaltheam capram Jovis: à quâ ferunt lactatum, poſtquam illum Rhea clam Adreſtæ & Iſdæ, nutriendum dedit: cujus cornu omnium rerum copiâ abundaſſe ferunt. alterum etiam hujus capræ cornu Jupiter adultus officii præmium Nymphis fertur dediſſe, ubi capram inter ſidera collocaſſet, illamque adjeciſſe facultatem in rebus Ætolis, ut quicquid ab eo optaretur, qui illud haberet, ſive potus eſſet ſive cibus, continuò naſceretur. Pelle verò capræ Amaltheæ clypeum Jovis obductum ferunt, cujus concuſſu excitaret pluvias; quo de ſcuto à Vulcano Jovi cuſo Homerus Ιλ. ο. v. 310. videatur. Virgilius *l.* 8. *Aeneidos* de Arcadibus v. 353.

 Credunt

Credunt ſe vidiſſe Jovem, *quum ſæpe nigrantem*
Ægida concuteret dextrâ, nimbosq; cieret.

Servius ibidem exponit αἰγίδα pellem Amaltheæ capræ, à qua nutritus eſt. unde Jovem ἐπιθετίζουσι, αἰγίοχον, ægiferum, Homerus *odyſſ. ε. v.* 103. *ι. v.* 275. ut Heſiodum taceam. Proverbii explicationem vide in Eraſmi adagiis de Amaltheæ cornu: quod ſimile eſt illi: *Capra cæleſtis*, apud Zenobium *cent.* 1. *ad.* 26. *& cent.* 2. *ad.* 48. ubi Schottum *in Notis p.* 7. *&* 39. conſule. Auguſtinus Steuchus in h. l. f. 267. a. *Septuaginta neſcio cur dixerint*, Ἀμαλθείας κέρας. *Cornu Amalthea. Docent Graci, quid ſit cornu Amalthea. Vocaſſe priſcos Amalthea cornu, bonorum copiam. Amaltheam nutricem Iovis eſſe: quem capra ſuppoſuerit, ejus capra unum cornu Iovem Amalthea dediſſe, quo cuncta bona, qua quis optare poſſet continerentur. Sed cornu Amalthea in Hebraico non eſt.* Attendant, qui mordicus defendũt Septuaginta Interpretum Tranſlationem. Non poſſumus facere, quin addamus ex eorundum Verſione locum Job. *c.* IX. ℣. IX. de *Orione & Arcturo*, & *Hyadibus*: cujus & appellationes certæ fontibus non videntur ineſſe; præſumtione tamen Vulgati Interpretis tranſlata leguntur, ex ſcientiâ de libris gentilium collecta, & ab impuriſſimis hominum & beſtiarum fabulis petita. *Qui facit Arcturum & Oriona & Hyadas, & interiora Auſtri.* LXX. ὁ ποιῶν πλειάδα, καὶ ἕσπερον, καὶ ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα νότου. Textus Ebræus habet:

עֹשֶׂה עָשׁ כְּסִיל וְכִימָה וְחַדְרֵי תֵימָן

Faciens Hus, Cheſil, Chima & penetralia Auſtri.

Suſpicio hîc Eucherium, qui difficiliores Quæſtiones in Vetus & Novum Teſtamentum edidit. & in Jobum interrogat: *Quid ſibi vult, quod illic auctorum ſecularium cõ-*

ſuetudine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ſuetudine legimus, *Pleiades*, *Oriona vel Arcturum?* Reſpondet. *Non quod his apud Hebraeos nominibus cenſeantur, ſed ut apud nos horum ſiderum ſignificantia poſſet eſſe manifeſtior, ita hac translator appellare voluit, ut uſus gentilitatis invenerat.* Nos paucis per nomenclaturas ibimus. Arcturus, Orion, Hyades ſunt ſidera in cœlis è variis formata ſtellis, inſignita nominibus iſtis fabuloſis, ut & aliis, quæ ſuperſtitioſa ſignorum cœli obſervatio poſtea cauſam prębuit idololatriæ, uti ex Auguſtino, Lactantio, Cælio Rhodigino declaravit Caſmannus. *Orionem* fingebant à tribus Diis, Jove, Neptuno, Mercurio, genitum, eo modo, quo puduit Ovidium (nedum Chriſtianum) narrare. Velis a fabulã Orionis cognoſcere, facili poteris eam negotio petere ex Mythologicis Natalis Comitis; ut & ex Tractatu Decimatoris de ſtellis. Tantùm obſervare velimus vocum collationem non injucundam. עָשׁ *Arcturus, Urſa*, ſi cupis *congregationem* dicere & *collectionem* à R. עוש, plauſtratim cõgregari. Sidus illud, teſte Ralbag, erit, צירות בגלגלי הרוכים Hinc עש *plauſtrum ſeptem ſtellarum congregatarum*, quę nunquam ſeparantur, juxta *Aben Eſram*; & formam plauſtri repræſentant, eumque in modum ſe circumagit. Inde Græcis id aſtrum ἅμαξαν dictum legimus apud Homerum Ιλ. ε. v. 273.

Ἄρκλον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Latinis *plauſtrum*, quia habet partem quandam temonis ſpecie, juxta Scalig. in Feſtum p. 171. Germanis der Heerwagen. q. d. *Currus Hermanni*; unde nomen impoſitum tenent juxta quoſdam; nam priſcos illos Germanos credidiſſe putant, Hermionem ſive Hermannum poſt mortem eò devolaſſe, & apud hoc ſidus requieſcere. כְּסִיל *Orion* eſſet,

Kornm. de mirac. c. 4. c. 173.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

on eſſet, dictus ab inconſtantia & mutabilitate tempeſtatis, atque meatu fluxuoſo. כסיל enim appellativè ſumtum, *inconſtantem*, *ſtultum*, ſolet ſignificare. Targum pro כסיל habet נִפְלָא à ruendo, quia mare & terras tempeſtatibus variè turbat, & velut eruit ſedibus imis, quemadmodum Græcum ὀρίνω, *concito* idem indicat; vel, quod Sabino ad Ovid. placet, ab ὀυρεῖν, quia ortus & occaſus ejus ſideris tempeſtates ciet; χαλεπὸν γὰρ ὁ οὐρίων ἀνατέλλων καὶ δύνων, teſte Ariſtotele. Ex quo Virgilius *l.* 7. *Æneid. v.* 719.

Sævus ubi hybernus Orion conditur undis

Et iterum: *fluctu nimboſus Orion.*

Sideris enim hujus ortus & occaſus formidabilis erat nautis ob tempeſtates, grandines & procellas, quæ ab

l. 18. *c.* 28. horridis ſideribus, Arcturo, Orione & hœdis teſte Plinio, exeunt. Et eadem ſerie occurrunt in Virgilio, ac in Jobi Interprete, *l.* 3. *Æneid. v.* 516.

idem ſtichos eſt ſub fin. 1. Æneid.

Arcturum, pluviasq́ue Hyadas, geminosq́ue Triones
Armatumq́ue auro circumſpicit Oriona.

Reſtant Hyades; quas ſtellas rectè Aratus ἐν τῷ μετώπῳ

V. Biſciol. Tom. 2. lib. 7. cap. 1. Tauri conſtituit; παρὰ τὸ ὕειν, *pluere*, dictæ, quod ortu ſuo pluvias largosq́; imbres cieant. inde *ſuculas* & *ſuccidas* dicunt, quia ortu & occaſu coſmico, multos ſuccos ſive pluvias inducere ſolent. Quam originationem Plinius obſervat, ait enim *l.* 2. *c.* 39. eſſe *ſuccularum nomen pluvium* & l. 18. c. 26. *nimboſum.* & Ovidius *V. Faſtorum* dicit,

Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis
Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.

Er. Schmid in pind. Nem. p. 38. Pleiades, Græcis πλειάδες, q. πελείαδες, Septiſtellium. Sex tamen apparent ſtellæ in dorſo tauri. Ovidius 4. Faſtorũ:

Pleiades incipient humeros relevare paternos
Quæ Septem dici, ſex tamen eſſe ſolent.

כִּימָה nomen haberet à ſtellarum iſtarum *συμπλήξει* & conjunctione. Sunt enim in ſe conglobatæ, ut minimum ſpatium occupent. unde Valerius Flaccus *l.* 5. dixit *plejadumq; globos*, & Manilius *glomerabile ſidus*. Earum ortus æſtatis nuntius eſt, & caloris; כְּסִיל autem frigoris. Arcturus eſt frigidus, Orion nimboſus, Hyades ut ipſum nomen declarat, pluvioſæ. Penetralia Auſtri de polo Antarctico explicat Fr. Baconus *l. 1. de augmentis ſcientiarum p.* 25. quid ſint, vide in Fullero 1. Miſc. 15.

JOB. C. XXXVII. ℣. VII.

Qui in manu omnium hominum ſignat, ut noverint ſinguli opera ſua.

INeptè ex his verbis Chiromantiam ſatagunt defendere, qui divinatoriam illam artem ex manus inſpectione non abſque fæce ethniciſmi ad nos delatam probant. Si enim literaturam inſpicias Ebraicam, nullum ibi deprehendes argumentum, prout id dedêre demonſtratum Auguſtinus Steuchus *fol. 156. b.* Tarnovius *in Exerc. Biblicis pag.* 349. *ſeqq.* & Amama *in Antibarbaro lib. 3. p.* 679. Ebræis dicitur חכמת שוטוטי הידים, i. e. *ſcientia linearum manuum*, notante Buxt in Lex. Chald. Talm. p. 2677. Vitium cum lupo Æſopico comūne habent illi homines, nā ſicut ille ad ſingulas Alphabeti literas OVEM ingeminabat. Sic ubi illi, *ſignare in manu*, ſimilesq; phraſes, reperiunt, ocyus ad ſuum inſtitutū chiromanticum accommodant.

PROVERB. XXV. ℣. XI.

תַּפּוּחֵי זָהָב בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף דָּבָר דָּבֻר עַל-אָפְנָיו

Μῆλον χρυσοῦν ὁρμίσκῳ σαρδίου, οὕτως εἰπεῖν λόγον, ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ.

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore.

 Memo-

MEmoriam Amuleti Iſidis cujuſdam, cum Inſcriptione Urim & Thumim, in mente habuiſſe Sapientem, Joh. Ximenius in Diſputatione, quam *de malis citriis* edidit, ait: Sumta enim metaphora, *inquit*, ab Amuleto Iſidis Ægyptiorum Deæ, quo geſtando ſeipſos ab omni malo & veneno tutos judicabant, in quo inſcriptionem habebāt Thumim & Urim, quæ verba interpretabantur. Vox vera cuſtodiens juſtum, & decorum redde. Spiritus Sanctus ſubſtituit loco ſuperſtitioſi amuleti valde bonū & perfectum plenum amuletum, aliud divinum, à DEO Opt. Max. derivatum, certius, quàm ſi citrum cum folio & inſcriptione Thumim & Urim appenſum collo in capſulis argenteis portetis. Hæc ille ἀλλοτρίως. Quid enim, quæſo, commentum iſtud ad Agurem? Quorſum attinet Ethnicorum huc converſare συγχύσει neſcio quæ nugamenta, ut rem divinam funeſtes. Silurus putris in quadrâ argenteâ. Unde & meritò rejicitur à Martino Roa in ſingul. S. Scripturæ part. 2. cap. 2. his verbis: *Quis unquam legit citria mala capſulis argenteis incluſa veteres Ægyptios pro amuleto geſtaſſe? Sed ut geſtârint, nonne Indi, Perſæ, Medi, Babylonii, Romani, ipſi etiam Hebræi ac fere omnes gentes amuleta ſua periapta ſive phylacteria habebant, malorum, ut putabant, averruncatoria. Quî igitur fit, cur Salomon, quæ habebat obvia & quotidiana prætereat, & ad Iſidis amuleta tam longè petita, tam coactè, tam inſulsè peregrinetur? Ecquæ tandem in opportuno ſermone vis medica, tam occulta, tam potens pollensq;?* Sed nihil eſt, quod in his figmentis refellendis immoremur, cùm ſatis ipſa ſe prodant valde abſurda, &, ut ille ait,

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Senſus dicti verus eſt & genuinus: *Sicut poma aurea in cælatura*

tura argentea collocata ſunt aſpectu jucundiora; Ita etiam ſermo εὔκαιρος *cum omnibus in rebus ingens adfert decus, tum verò maximè in admonendo.* Dicere & rem agere conducit, quando temporis ratio poſtulat, τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν. etenim ut per occaſionem, quæ eſt flos ipſe temporis, dicta optima ſunt; ita quę poſt illam dicuntur & aguntur, vitioſa & inutilia, καιροὶ γὰρ, quod Demoſthenes ait, τῶν πραγμάτων οὐ μένουσι τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα. quam quoq; εὐκαιρίαν in precum ad Deum effuſione laudat Pſaltes in ψ. 32. 6. *Oraturus eſt ad te omnis Sanctus in tempore oportuno,* לְעֵת מְצֹא, ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, ſc. quo tempore obvenerit malum. *Verùm in inudatione aquarum multarum ad eum non pertingent*, i. e. cùm ingruerit divinæ iræ diluvium, ibi ſero & fruſtra precabitur. Gręci καιρὸν dicunt frequenter de momento agendæ cuipiam rei idoneo, ut recte convenienter & aptè fiat. Hinc Heſiodus 2. ἐργ. v. 312. Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, quod totidem verbis habet Theognis v. 401. Phocylides v. 115. dixit καιρῷ λατρεύειν, quod Cicero 2. *famil.* explicat: *Neceſſe eſt tempori ſervire, & non amittere tempus, cùm ſit datum.* Ad hunc modum præcipit & Nazianzenus *ad Nicob. v.* 101.

Isocr. paræn. ad Demon. p. 16.

Philip. 1. f. 19. a.

ψ. 32. 6.

καιροῖο λαβώμεθα, ὃν προσιόντα
ἔστιν ἑλεῖν. ζητεῖν δὲ παραθρέξαντα μάταιον.

Eleganter Sophocles *in Prol. Elect. v.* 22. illam agendorũ ῥοπὴν vocat ἔργων ἀκμὴν, cùm ait:

οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Sanctus Scriptor noſter potiſſimum loquitur de illa occaſione, quæ eſt pars temporis habens in ſe idoneam dicendi aut non dicendi opportunitatem, de quâ optimè Iſocrates d. Paræneſi. Δύω ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

θαι σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν, ἢ λέγειν. Quam non ignoravit ſententiam *Baſilius Imper.*, perſedulus Iſocratis imitator, cùm ad Filium *ſub finem cap.* 35. περὶ λόγου καὶ σιωπῆς diſſerit. Plutarchus περὶ παιδαγωγῆς ſub fin. Σοφὸν εὔκαιρος σιγὴ, καὶ παντὸς λόγου κρείττων. nihil enim gratum, quod intempeſtivum, omnia verò tempeſtiva, pulchra, πάντα δὲ καιρῷ καλὰ, quod Sophocles præcipit, & illuſtriori ſententiâ oſtendit *Proverbiorum liber*, qui nil niſi *Ethica Chriſtiana* eſt, proponens ſententias varias, plenas ubertate facumine ſententiarũ, refertas copia & verborum rerumq; elegantiâ, in quâ invenies paſſim, *quæ cultus edoceant bonos, quæ juſta monſtrent, quæ pudicas expoliant pietate mentes*; neque enim virtus moralis eſt, de quâ non exactè agat, adeo ut eo libro ne in externâ quidem ſapientia, quod librorum profanorũ heluo Lipſius affirmat, apud omnes ſapientes extet melior. Sententia certè hâc περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν nihil dici potuit nec venuſtius nec moralius, quam ex earum numero fuiſſe, quę in conviviis olim jactari & diſceptari ſolebant, cenſet Ferdinandus de Salazar, cùm de more iſto *in Iſagoge Comm. ad Proverb.* latiſſimè agit, multis hinc & inde aſcitis teſtimoniis. Uſitatus enim fuit convivarum mos, eruditis ſermonibus ſe exercere, quod etiam Chytræus *in cap.* 14. *Iudic. pag.* 377. monſtrat.

cent. 1. *Miſc ep.* 49.

PROVERB. XXVI. ℣. VII.

כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה כֵּן נוֹתֵן לִכְסִיל כָּבוֹד

Ὃσ ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιός ἐστι τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν.

Sicut

Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit inſipienti honorem.

GRaviſſimâ illa parœmiâ præpoſteram & inconſideram iſtam honores titulosq; & officia conferendi facilitatem redarguit Salomon, idemq; ait, quod Mimus Publii Syri, loco ignominiæ eſt apud indignum dignitatem; honos n. indigno habitus non honeſtat eum ſed dehoneſtat. In hanc ſententiam Plinius 7. Ep. 29. *Maximè tamen hic me titulus admonuit, quàm eſſent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum in has ſordes abjicerentur.* in libertum indignum tanto honore. Maximè etiam hîc nos *Mercurii tumulus* admoneat, quàm eſſent irrita, quæ in hoc cœnum abjicerẽtur; tantâ id veneratione, ut nemo eum pertranſierit, quin ſaltem lapide, ſi aliud nil haberet, augeret. Hinc à Vulgato Interprete alluſione ſumta *à jactu lapidum ad ſtatuas Mercuriales*, quas ad demonſtrandam viam iter facientibus olim erexerant κατὰ χώρας, & *Mercuriales* indigetârant à Mercurio, qui peregrinationum, viarum & itinerum credebatur Deus, quem viatores & vicurum & viarum præſidem lapidum honorabant acervis, quos Græci ἕρμακας appellant; ut teſtis eſt Nicander in Theriacis. Iſidorus in Gloſſis: *Mercurius, lapidum congeries in cacumine montium.* Vincentius Chartarius Rhegienſis *de imag. Deorum pag.* 224. juxta Interpretem Verderium: *Mercurii ſtatuis viatores ſolebant lapidum acervos accumulare, ut ſinguli ſingulos adjicerent, id innuentes, ut ita Deum honorandum, re ſc. eâ, quæ ad præſens ſit in promtu & obvia; vel quod ita viam videbatur repurgare, ne ad lapides cæteri viatores offenderent; vel quod eo lapidem cumulo ſtatua Dei notior prætereuntibus fieret.* Unde ad explicandum illud veteris In-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

quæſt. Ebr. l.3. q.66. Lex. Chaldæo Talm. p. 1263.

terpretis docent *Ioh. Druſius* & *Ioh. Buxtorfius*, Antiquitatis Judaicæ & doctrinæ ſecretioris coryphæi, ſumtam phraſin ex ſcriptis Ebræorum, qui ſic expoſuerint verba Salomonis: *Si quis lapidem jacit in Mercolis.* de quo etiam *in Tr.* de idololatria gloſſa Thalmudica extet: *Sunt gentes, quæ lapidum colunt acervum, quem Mercolis vocant. Cultus autem hujuſmodi eſt: quiſquis venit, projicit lapidem in acervum illum.* Cultum ejuſmodi tangunt R. Elias *in Thisbi*, R. Nathan *in Lexico Iuris*, R. Iſmael *in Gemara.* & poſt eos Vincentius Beluacenſis *lib.* 24. *ſpeculi hiſtorialis*, cujus verba omnia exſcripſit Barthius 9. *adverſ.* 5. & recenſuit Scaliger *l.* 5. *de Emend. Temp. pag.* 486. 487. Veteri id more alii. Mahumetanos *Venerem* coluiſſe, eiq́; humanas immolaſſe hoſtias, docent Sophron. *in Prato ſpiritual. c.* 155. Evagrius *lib.* 6. *hiſt. Eccl. c.* 33. Dauroultius *in Florib. Exempl. tit.* 19. *ex.* 10. *p.* 42. Eoſdem ſuggeſtis lapidibus extra urbem Mecham Venerem expiaſſe lego; neque hodie adhuc apud eos veteris moris lapides coacervandi veſtigia evanuiſſe audio; plurimosq́; extare ſcio in Curlandia, regione olim ſuperſtitionis feraciſſimâ, acervos, quibus olim Deos honorârint; & etiamnum in eâ ſuperſtitione quoſdam perſeverare. In Daniâ vidi paſſim in viâ & agris projectos lapidum magnitudinis juſtæ acervos; quos in honorem defunctorum olim erexerunt; neſcio an etiam Deorum. Piaculum fuiſſet iſtos lapides ſuſtuliſſe aut etiam ejeciſſe, multis etiam pòſt annis. Si in Arabiam trajicere velimus, videbimus ſurrexiſſe ſeveriſſimo more novam lapidum molem; quæ in agris inimici ponebatur, cujus meminit nomine σκοπελισμοῦ Ulpianus l. ſunt quædam de extraord. crim. *Plerique*, inquit, *inimicorum ſolent prædium inimici*

σκοπελίζειν, *i. e. lapides ponere indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo letho periturus eſſet inſidiis eorum, qui ſcopulos poſuiſſent, quæ res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui ſcopeliſmon fecerunt.* Ad chomata illa lapidea ſive ſaxea ſigna, in inimici fundo poſita, applicant nonnulli verba Jobi de *c. 5. 23.* fœdere facto cum lapidibus; in quâ locutione explicandâ jam non hærebimus. certè diu poſt Jobum inceperat pœna illa, ut hîc ſit prorſus alienus futurus σκοπελισμὸς. Conferre quidem licet, ſed non dicere eò alluſum, quæ multis demum pôſt ſeculis cœpere. anne infans poteſt de iis teſtari, quæ ſe nondum nato facta ſunt? Suidas autor eſt Arabes lapidem nigrum informem pro Marte coluiſſe. Locus eſt ab Elmenhorſtio laudatus ad Arnob *lib. 6. p. 112.* Quid ſibi velit *acervus Mercurii* ad eos tranſlatus, qui inſipienti honorem defert omnino inutili operâ, breviter enarrat Juſtus Lipſius Ep. 5. cent. 5. Miſc. *Mercurius, viarũ præſes, & Græcis ὅδιος, ἐνόδιος, ὁδηγὸς, in biviis aut triviis effingebatur trunco habitu, & in lapidẽ rudẽ, quadratũ, quos Hermas Græci vocabãt. Ii ſignũ erant & indicina viæ: atq; ubi non illi, moris, ut lapides aliquot acervarent, qui vicẽ eorũ & uſum ſupplerẽt. Ita pauci illi conjecti aut diſpoſiti augebantur pietate an ſuperſtitione tranſeuntiũ: & Hebræus ille ſapiens nunc dicit: Beneficium aut honorẽ inſcipienti dare, aſſimile eſſe illi, ſi quis in acervũ talem lapidem velit jeciſſe. nam beneficium quidem eſt, viatori puta: ſed nemo imputat, quia dator ignoratur: tale in fatuo, cui beneficium confers, perdis.* In eundem ſenſum ſcripſit J. Seldenus 2. Syntag. 15. Alio deducit modo Joh. Arboreus *in Comment. ſuper Prov. f. 91. b.* cùm ſcribit: *Mercurius fingitur eſſe Deus mercaturæ & Deorũ interpres, ideo à Græcis Hermes dictus,* *edit. Pariſ. a. 1549.*

insipienti

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, *quod eſt* interpretari. *Hic palæſtram docuit, lyram invenit, & quia gentiles ſuis ſuperſtitionibus addicti conſueverant ſummum honorem deferre Mercurio, qui tamen uni vero & maximo Deo deferendus erat, eiq; ſacram ædem conſecrabant, conferendus eſt honor, qui tribuitur indocto & ſtulto, illi qui deferebatur Mercurio, quia uterq; vanus eſt & inanis. & qui mittit lapidem in acervum materiæ, ex qua extruitur templum Mercurio, ſimilis eſt illi, qui infantiſſimo & ignaviſſimo primas honoris partes defert, ſiquidem utriuſq; conatus eſt irritus & inutilis.* Nicolaus Lyra per acervum Mercurii *numerarios calculos* ſeu lapillos intelligit: *Mercurius apud gentiles dicitur ratiocinationis Deus. ratiocinatio verò computus dicitur, in quo antiquitus utebantur lapillis.* Quem Mercurium, dum Ebræum textum lego, nondum mihi videre contigit; aliud v. innuit vox מַרְגֵּמָה, quàm ut ad Mercurium applicari debeat, רָגַם eſt *obruere lapidibus*, inde רִגְמָה, *collectio cœtus*, & רְגָמָה, *obrutio, quæ fit lapidibus.* adjunctum ferè habet nomen אבן, inde uno verbo LXX. λιθοβολεῖν ubiq; exprimunt, & ſemel *Num.* 14. 10. καταλιθοβολεῖν. Ly Margemah v. σφενδόνην vertunt, ut pro *funda* capiatur, machinulâ è funibus facta, qua rotando emittuntur lapides, & ſenſus emergat: *Sicut qui ligatur lapis à funditore in funda, ſtatim projicitur & perit, ſic qui tribuitur ſtulto gloria & honos, cito evaneſcit, nec permanens eſt iſtiuſmodi honoris diribitio ſtolida.* Simplicior nobis videtur ſenſus iſte, quem etiam Eraſmus ad Adagia tranſtulit, *Illorum eſt argutiſſima ſententia, qui verterunt* fundam. *non n. tantùm perit officium tuum, ſed & in tuum malum reſilit; veluti ſi ſtulto lapidem innectas fundæ, dediſti, quo te feriat.* Alii lapidem accipiunt non quodvis ſaxum, ſed gemmam; aut alium lapidem pretioſum, unde Aben Eſra: *ut*

Chil. 4. cent 7. ad. 4. p. 974.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ra: *Vt ligamen lapidis pretioſi in acervo lapidum vulgarium; ita honoris exhibitio ſtolido.* Lapis κατ᾽ ἐξοχὴν pro lapide pretioſo, etiam Lutheri ſententiâ. Sic apud profanos. Plutarchus *in præceptis connubialibus:* χρυσῷ καὶ λίθοις, *auro & gemmis.* Sic Synesius *Epiſt.* 3. χρυσία καὶ λίθους ἐξήρτη. *Aurum & gemmas ſibi aptaverat.* Militarem machinam, quâ muri cõcutiuntur, intellexit Junius & ejus adminiſter Tremellius, qui reddidêre: *Qui applicat lapidem baliſtæ; ita qui præbet ſtolido honorem, facit.* quorum verba, ut ſolet, ſequitur Piſcator. Lutherus autem & J. Forſterus de πολυανδρείῳ & ſepulchreto explicant, ubi ſontium & damnatorum cadavera ingenti lapidum cumulo tegebantur. Gloſſæ: *Strages,* πολυάνδριον, σωρὸς νεκρῶν. Papias: *Polyandrion, tumulus mortuorum.* Forſteri verba ſunt in Lexico Ebr. f. 766. *Loquitur de lapide pretioſo in funeſtum acervum lapidum projecto, qui deſtinatus erat, ut eo damnati obruerentur, atq; ideo huic populo abominabilis erat.* Utraq; explicatio vocis cum reipſa de indigna ſtulti dignatione congruit, etſi de voce non conveniant, qui arbitrario jure decidunt, Interpretes. Laur. Ramirez *in Pentecontarcho cap.* 49. & Ferdinandus de Salazar *ad h. l. pag.* 735. *usq; ad pag.* 747. ut utriq; translationi conſulant, more ſuo valde operoſi ſunt. Fruſtra ſunt, multumq; eos fugit ratio, ſi habitu alato Deum eloquentiæ adducunt, ut *inſipientis honorem*, merè inanem illudant. E pomœrio Ebræorum Mercurium furcillis ejiciendum cenſemus.

Esa. 2. ℣. 20.

In die illa projiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi, ut adoraret talpas & veſpertiliones.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

VUlgatus Interpres impoſuit hîc Pierio Sturmio & aliis, qui ex iſto loco malè verſo talpas & veſpertiliones apud imperitam rerum vetuſtatem in cultu fuiſſe, volunt probare. Nihil horum cultuum ibidem contineri non fugiet lectorem textum accuratius conſiderantem; ſive explicet verba εἰρωνικῶς, q. d. cœcis & luſciosis; ſive enarret, Iſraelitas abjecturos eſſe ſua idola argentea & aurea, quæ ſibi fecerant in cultum, in cavernas talparum & veſpertilionum. Nec uſpiam, quod ſcio, legas talpas & veſpertiliones ab illa gente, ne quidem à ſuperſtitioſiſſimis Ægyptiis, fuiſſe adoratas. Non autem neſcimus, Ramban *More Neboch cap.* 29. tradere, fuiſſe Soli oblatos ſeptem veſpertiliones, ſeptem mures, & ſeptem reptilia. Hieron. in Comment. *Pro* talpis, *quas nos interpretati ſumus* LXX. Vana, i. e. τοῖς ματαίοις, Aquila, ὀρυγὰς, *Symmachus*, infructuoſa, *Theodotio ipſum verbum Ebraicum poſuit Hapharpheroth.* Verba Ebræa ſunt חֲפַר פֵּרוֹת, ab effodienda terrâ ſic dictæ talpæ, à חָפַר, *fodit, effodit*, quod terram effoſſam roſtro ſuper ſe cumulent. hinc & credo Aquilam ὀρυγὰς tranſtuliſſe, quæ vox *foſſionem* ſignificat, ab ὀρύττειν vel διορύττειν, quod de foſſione illa talparum uſurpavit Ælianus 17. *hiſt. an.* 10. talpa n. ὀρύγματα facit, & *ſemper* (ſunt verba Hieronymi) *terrã fodit & humum egerit, & radices ſubter comedens frugibus noxiũ eſt animal, quod Græci ἀσπάλακα vocant.* Ἀσπάλαξ Etymologo pag. 161. dicitur à σπᾶν, h. e. à vellendo, eo quod ſemper terram revellat & roſtro fodiat. τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο, inquit, ἀποσπᾷ τὴν γῆν καὶ ποιεῖ βάθος, καὶ οὕτως εἰσέρχεται. Schnepfius in Commentario: *Sumtum, qui in idola collatus eſt, venerationemq́, cum turpi & infami eorundem abjectione comparat, nam ex auro & argento confe-*

confecerunt imagines, & eas etiam coluerunt & collocaverunt locis conſpicuis, imo templa ſumtuoſa ipſis ædificaverunt. Iam autem abjiciunt ea, & quidem in cloacas & foramina talparum. Georgius Wicelius, qui Vulgatam verſionem acriter defendit, hîc nonnihil de fervore remiſit, *in Annot. ad Germ. Lutheri verſ. An.* 1536. *Lipſiæ editis fol.* 4. *b. part.* 2. ſcribens: Dieſer Orth iſt nicht der leichſten einer im Propheten. Nach d. LXX. vnd Hieronymi Dolmetſchung wirds vom anbeten dieſer vngeachten lecherlichten ſchedlichen Thierlein geſagt. Dabey bleiben wir noch/wie viel andere anderſt meynen/ welche ich doch in keinem weg verachte. Quæ hîc difficultas? Manifeſto ſenſu vult Propheta idololatras talpis & veſpertilionibus cæciores, abjecturos eſſe ſimulacra ſua, *in hiatus & foramina terræ*, ubi talpæ perpetuam agunt noctem, *in parietes*, ubi veſpertilionum latibula. ſitaq; *adorare* ad *idola* referendum eſt, *non ad talpas*; ſicut in Ebræo monſtrat diſtinctio, quæ eſt poſt verbum, ubi ſimul ἀπὸ κοινοῦ ex verſ. præced. repetenda venit vox *ſpeluncæ*; ut ea ſuppletur ab Oſiandro, & quoq; à Luthero in verſione Germanicâ, cum qua coincidit Piſcatoriana, obſervatum fuit. Qui fontibus omiſſis rivulos conſectantur, illi ſuperſtitioſè vertunt ſe in omnes formas, ut laboranti Interpreti, aliena interdum & minus ad textum pertinentia dicenti, ex antiquitate ſubveniant. Sic in Eſaia, neſcio *cap.*18.*v.*2. cujus cymbali clangore motus Carpentejus, Siſtro cre- *l.*2.*Paraph metr.c.*61. *pag.* 83. pitanti & inani cymbalo Apis, tribuit verba Prophetæ abnormi explicatione, & pipulo ſiſtroq; dignâ.

ESA. XIII. ℣. ult.

וענה איים באלמנותיו ותנים בהיכלי ענג.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Καὶ ὀνοκένταυροι ἐκεῖ κατοικήσουσι καὶ νοσσοποιήσουσιν ἐχῖνοι ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν.

Et reſpondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & Sirenes in delubris voluptatis.

DE Babylonis, urbis maximæ, calamitate, atq; ipſius Chaldaicæ gentis excidio Propheta Eſaias cum alibi vaticinatur, tum maximè capite decimo tertio. Interpretes cùm caput illud explicant in re quidem conſentiunt, ſed in re certâ incerta eſſe nomina adſignant. Nomina *avium & cæterarum animantium, itemq; plantarum*, quę in libris Ebræorum leguntur, explicare, dura provincia eſt, ut hîc dicere quandoq; oporteat: *Exeſte, Cluſius ego ſum vobis.* Nec mirum in rebus à ſcriptorum illorum ætate remotiſſimis, ubi Interpretes ſępius neceſſe habent deprecari culpam ignorationis διὰ τῶν θηρίων τὸ ἄγνωστον, quæ apud Ebræos, Græcos & Latinos ſunt quandoq; confuſiſſima, *ſic ut ex generibus & ſpeciebus animalium nos oporteat divinare*, dicente Luthero, poſt quem de eadem difficultate in vertendis animaliũ vocabulis conqueruntur Bibliander *de optimo genere Grammat. p.* 45. 46. Chytræus *in Levit. p.* 216. 225. Frantz. *hiſtor. animal. p.* 582. Caſaubonus *in l.* 9. *Athen. c.* 13. & qui ſunt alii: Sed ut de difficultate illâ convenit, ita diſconvenit, quando Interpretes nonnulli ex gentilium figmẽtis ſpurciſſimis vocum illarum explicationes ruſpantur, inter quos mihi videtur parum εὐστόχως verſatus Vulgatus ille Interpres, ut taceam τοὺς ό. Dum ille tenebras diſcutere vult, tenebras facit, ex Ethniciſmo frigido adducens neſcio quos Satyros, Faunos, Panes, Sirenes aliosq; id genus piloſos & villoſos Deos. Non ſemel impingit bonus Interpres in hunc ſcopulum, ut id, quod

T. 1. *Epiſt. f.* 171. *a.*

quod à Cæſare in primo de Analogia libro ſcriptum eſt, in memoria habendum cenſeam, *ut tanquam ſcopulum ſic fugias inaudita illa atq; inſolentia verba*, quorum neq; veſtigium neq; volam reperies in textu ſacro. Faciamus periculum in Eſaia. Apud eum quid nomine Ebræo תַּנִּים intelligi oporteat, diſputatur multis. Tantum hîc ab invicem diſcrepant, quantum quatuor elementa. Vetus Interpres *Sirenes* vertit; quomodo etiam לְתַנִּים *Iob*. 30. 29. transferunt LXX, & cum iis Suidas, de Sirenibus, Latinus autem de Draconibus. Sic & iidem idem verbum de Sirenibus capiunt *Eſa. c*. 34. 13. *& c*. 43. 20. aliâs de Draconibus *Eſa*. 27. 1. *c*. 51. 9. ſed h. c. 13. 22. de *echino*, quod eſt animal cute aculeatâ præditum, vocaturq; eleganti compoſitione ἀκανθόχοιρος Heſychio. Hieronymus in h. l. p. 65. *Vbi* LXX. *dixerunt*, Cubilia facient hericii in domibus eorum, *& in Ebraico poſitum eſt* תנים, *Aquila, Symmachus, & Theodotio* Sirenas *interpretati ſunt, ſignificantes vel beſtias aliquas eſſe, vel Dæmones, juxta errorem gentilium, dulce cantantes & decipientes homines, qui hujus ſeculi naufragium clauſis auribus tranſire non poſſunt*. Procopius h. l. Τινὲς δὲ Σειρῆνας ἐξηγήσαντο, τὰ δύσομεῖν εἰδότα πτηνὰ ἢ κατά γε φασὶ τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν τὸν γλαῦκα. Vox Ebræa magis animantes ſignificat, quę anguinea ſpecie & formâ ſunt, quàm γλαῦκας ſive *noctuas* aut etiam *ululas*; cumq; inter ſerpentis ſpecies *Dracones* numerentur, placuit hæc vox Luthero, Caſtalioni, Tremellio, Tigurinis, Wormatienſi, Anglo, Gallo, qui omnes per *Thannim* Draconum genus intelligunt. De תַּנִּים (quod per ſyncopen dicitur pro תַּנִּינִים) hoc firmum, Scripturam accommodare animalibus, loca ab hominum habitatione remota incolentibus; ſicut Jeremias *c*. 10. 22.

Gell. lib. 1. *c*. 10.

 ſimi-

ſimilitudinem ſumit *ab habitaculo Draconum* (מְעוֹן תַּנִּים) in locis deſolatis ad indicandam Judææ ſolitudinem atque vaſtitatem. Quemadmodum etiam Malach 1. 3. dicitur regio Edomæorum montoſa *poſita in deſolationem & poſſeſſio ejus* tradita ad inhabitandum לְתַנּוֹת מִדְבָּר, *draconibus deſerti.* & Pſaltes ψ. 44. 19. locum deſolatum nominat מְקוֹם תַּנִּים, *locum Draconum*, h. e. interprete Symmacho, *τόπον ἀοίκητον*, *locum inhabitatum*, quia Dracones habitant in locis deſertis, ibiq; lamentabilem edunt luctum. Itaq; apprime etiam hîc convenit eadem locutio deſolationi Babylonicæ indicandæ, quod nimirum Babylon in locũ incultum & inacceſſum ſit mutanda, Draconibus & feralibus beſtiis complenda; id quod certò eventus docuit, cùm nihil de veteri formâ poſſideat, quàm ruinas & cubilia ferarum; hoc quippe tempore tota in ruinis jacet, factaq; *μεγάλη πόλις μεγάλη ἐρημία*, inacceſſa ob venenatarum beſtiarum habitacula, quas Perſico nomine *Eglo* vocari, easq; lacertis majores, bicipites & coloribus variegatas eſſe *Dreſſerus* & *wenc. à Budovviz* perhibent. Imo Hieronymus ſuo tempore omnis generis beſtias murorum Babylonis ambitu fuiſſe teſtatus fuit. nec aliud teſtatur Benjamin Tutel. *in Itinerario p.* 76. ubi vide Conſt. Empererii pag. 199. notas. Nunc etiam ingens Babylon, Bagdado vicina, ita extincta eſt, ut vix veſtigium aliquod appareat, nil habens præter cicatrices atq; veſtigia priſcę calamitatis, ut dicere oporteat: *Iam ſeges eſt & habitaculum Draconum, ubi Babylon fuit.* Sed unde vox *Sirenum*? Videtur inde profecta, ubi mures ferrum rodunt. Sed de Interprete Latino nil miramur nunc, cùm & à Gręcis Interpretibus in verſu, qui ultimum præcedit, vocabulum יַעֲנָה redda-

Iſag. hiſt. mill. p. 109. *Ep. de Com. Buchol.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

reddatur σειρήν. Nota eſt omnibus, qui *μυθολογημάτων πλάσματα* primoribus tantùm labris deguſtârunt, Sirenum à Poetis fabula tradita. Alii ſub eo Sirenum nomine voluptates Venereas, alii Muſicas illecebras, alii loca maris ſtridula, ubi naves pereunt, intellexerunt. ideo *cantus ſuaviſs. & dulciſsimus*, ad irretiendos homines aptus, illis tribuitur. Sed hanc λογοποιΐαν ad Eſaiam applicare, aut in eâ mentem quærere, tondere aſinum eſſet. Neq; enim convenit, cùm vox Sirenum, ut ajunt, ſuavis & blandus, Tannim verò aut Jaanoth ſive Jeenim (nam utraq; forma reperitur) quo Eſaias ſpectat, ſit horribilis, ut ſolet eſſe avium & ferarum deſerta inſolentium. Hinc etiam notio arceſſenda vocis יַעֲנָה, à voce reſonante & mœſto ululatu, nam עָנָה *canere & clamare* ſignificat; inde קול ענות Exod. 32. 18. *vox cantantium*. Non incommodè *ululam* aut *ſtrigem*, quæ ululæ quædam ſpecies, redderes, ſolitudinis amantes aves, de quibus etiam Micheas c. 1. v. 8. capiendus in his verbis. *Faciam planctum velut Draconum*, כתנים, *& luctum veluti filiarum ululæ*. nam in Ebr. בְּנוֹת יַעֲנָה *filiæ ululæ*, de ululis, ut etiam *Levit*. 11. 16. *Iob*. 30. 29. & in Prophetæ noſtri loco, quem jam tractamus, verſ. 21. Sic ψ. 147. 9. בְּנֵי עֹרֵב, *filii corvi*, de corvis, quem idiotiſmum qui non capiunt, neſcio quam ἀστοργίαν corvis tribuunt erga pullos, quam Albertiſtarum opinionem bene ridet Rollenhagius *in Veris-Mendaciis*, ut vocat, *cap*. 21. Næ multa ſunt, quæ ſancita ſunt ex unius vetuſtatis deerrantis fide alioqui falſa, & ſenſibus ipſis repugnantia. Multa hujuſmodi invenire eſt in Veteri Interprete, quiſquis ille ſit, quæ abhorrent à veritate textus Ebraici non magis, quàm ſtriges à Sirenibus, & invenias tamen paſſim, qui

omnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

omnia ab eo profecta albâ notant lineâ, neſcio quo pietatis prætextu. Hinc diſputant, an Satyri, Fauni, & alia ejuſmodi monſtra à Vulgato Interp. authentizata fuerint in arca Noæ. Atqui cùm in omni pugna literariâ ad originalem veritatem ſit confugiendum, quâ inconſultâ nihil ſtatuendum eſt, quilibet æquus rerum æſtimator de Vulgato Interprete æquè judicabit. Solet Interpres ille in vocum implicatione & difficultate ad gentilium quãdoq; confugere fabulas, quæ ne ab ipſis quidem Ethnicis fidem impetrare potuerunt, & tamen patiuntur ſe his urgeri hodie, qui nævos quoſvis in illo adorant. Sed adeſt *Nicetas*, qui de ejuſmodi verſione ſententiam fert, ſub fabuloſis iſtis nominibus veritatem latere, cum ad v. 14. c. 42. Jobi ſcribit: *Cum Scriptura ait, Cornu copiæ, aut Sirenum aut Vallis Titanum mentionem facit, tantùm utilitatem illis fabulis ſignificatam, non verò falſitatem ullam nobis propinat.* Hieronymus in Epiſt. ad Galat. c. 3. *De communi opinione eſt ſumtum, Vallis Titanorum, in regnorum libris. Syrenæ & Onocentauri in Eſaia. Arcturus & Orion & Plejades in Iob & cætera his ſimilia, quæ utiq; vocabula gentiliũ fabularum & cauſas & origines habent.* Sed non neceſſe puto ex Theologia gentilium nugaciſſimâ earundemq; abominationibus deſumere verba, ubi verba alia ſuppetunt. Quæ neceſſitas verba צִיִּים אֶת-אִיִּים *cap.* 34. *v.* 14. ad Onocentauros, quos
17. *de hiſt. anim.* 9. ipſe Ælianus in dubium vocat, cogere. Hoc certe eſt gryphes equis jungere, & aquam è pumice poſtulare. Verba textus ſic habent.

וּפָגְשׁוּ צִיִּים אֶת-אִיִּים וְשָׂעִיר עַל-רֵעֵהוּ יִקְרָא.

Et occurrent Dæmonia, Onocentaurus, & piloſus clamabit alter ad alterum.

Centau-

Centauri, Onocentauri, Hippocentauri, finguntur ſemihomines & ſemiferi. Interpres *Zijim* & *Iiim* alio loco *Ier.c.*50. *v.*39. reddidit *Dracones cum Faunis ſicariis.* ubi quidam pro *Fauni* legebant *Fatui*, ut notant Romani Correctores. Lectione illâ nil fatuius, niſi *Capellam* in ſubſidium voces, qui *lib.*2.*pag.*41.ſcribit: *Ipſam quoq; terram, quæ hominibus invia eſt, referciunt longævorum chori, qui habitant ſylvas, lucos, lacus, fontes ac fluvios, appellanturq; Panes, Fauni, Satyri, Sylvani, Nymphæ, Fatui Fatuæq; vel Fantuæ.* Quos LXX. dixerunt *Onocentauros*, eos nominat *Trichiontas* Aquila, ut Heſychius opinatur. Sed videtur illud τριχιῶν Aquila Ebræo שָׂעִיר exprimendo attuliſſe. שעיר autem à שֵׂעָר, *pilus*, quaſi dicas *piloſos*, quales ſunt Poetis capripedes Satyri Fauniq; ſalaces. Hinc R. Kimchi in Radicum Codice ſcribit Sahir vocari Diabolum, qui ſoleat hirci piloſi effigie ſe conſpiciendum & adorandum Veneficis præbere. Sumitur itaq; pro ſpectris horrificis. unde *monti Seir Gen.* 36.8. nomen manſiſſe *Lutherus* & *Mercerus d.l.p.*351.*b.&*596 notatum reliquêre. In Levitico *cap.*17.7. Deus vetat, ne more Ethnicorum Judæi ſacrificent לַשְּׂעִירִים, quod Græcus vertit: τοῖς ματαίοις. Chaldæus: שדים, quod à שָׁדַד, *vaſtavit*, derivant nonnulli, alii ab Arab. שָׂאַר, quod *de dominio* dicitur. Aquila rurſus τριχιῶντας vertit. Pagninus *Dæmonem* tranſtulit, Arias verò *Satyros*, quos in Ægypto cultos fuiſſe, & inde eorum cultum accepiſſe Judæos, Brentius in Levit. conjectat, quam quoq; opinionem ſequitur Fr. Vatablus. Seb. Munſterus *Faunos piloſos* intelligit. Junius ad *Scopes*, aves deformes noctuarum è genere, accõmodat, quem *in Notis* conſule. Diſplicet viri docti ea verſio Joh. Wouwerio, quem *in Syntag. de Interp. Bibliorum*

Lud. Dieu in Matt. 9. 32.

pag. 14. vide. Vulgatus, & qui cum eo faciunt, *piloſos* pro Sylvanis ſpectris capit, puta Panibus, Faunis, Satyris, taliq; petulcorum figmentorum choro, quem antiquitas pagana formis ſaltitantium & piloſorum hircoſorumq; Dæmoniorum effigiavit, ut vidimus. Dæmones verò Faunos & Satyros per loca deſerta & tenebricoſa vagari, apud Veteres obtinuit, ac eò Vulgatus Interpres alluſit. Lucretius lib. 4. *noctivagum ſtrepitum* Satyris tribuit. Eucherius l. 2. Formularum Spiritalis intelligentiæ c. ix. *Piloſi in Eſaia genera Dæmonum. Hos nonnulli etiam doctiſsimorũ Incubones vel Satyros aut quoſdã Sylveſtres homines putaverũt.* Eum Eucherii librum Mat. Flacius part. 1. Clavis Scripturæ annexit, ſed Eucherii fœtum eſſe negat Sixtus Senenſis Biblioth. l. 4. t. Eucher. Nicolaus Minorita in Mammotrecto ad Eſaiam: *Piloſi, monſtra ſunt ad ſimilitudinem hominum, quorum forma ab humana effigie incipit, ſed beſtiali extremitate terminatur. Vel ſunt Dæmones incubones, vel Dæmones Sylveſtres.* Multa ab antiquitate gentili *de Satyris, Faunis, Onocentauris* conficta heîc compingunt Interpretes; ne autem lectorem gravioribus occupatum, in nugas avocare videamur, ideo vulgati memores: *Manum de tabula.* Vide, ſi placet, Martinium in Lexico Philologico, ſub titulis: *Piloſus, Lamia, Satyrus, Onocentaurus, Ficarius, Scops.* Nemo facile dixerit expoſitiones firmas de nominibus beſtiarum, in quibus hæſiſſe Lutherum ex propriâ confeſſione ſcimus. nec verò larvâ Onocentaurorum & Satyrorum oculos nobis perſtringi patiemur, ut Satyri eſſe videantur, cùm infauſtæ beſtiæ ſint.

JER.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Jer. c. XXIX. ℣. 26.

וְנָתַתָּה אתו אֶל־הַמַּהְפֶּכֶת וְאֶל־הַצִּינֹק

Καὶ δώσεις αὐτὸν εἰσ τὸ ἀπόκλεισμα ϗ εἰσ τὸν καταῤῥάκτην.

Vt mittas eum in nervum & in carcerem.

DIrum, execrabile & novum carceris genus cudunt ex nomine צִינֹק, nam exiſtimant nomen compoſitum ex צִי & יָנַק, quaſi *naviculam ſugentem* dicas. Quæ quid ſit & unde ſit, tam anxiè quærunt, ut ille parciſſimè parcus Senex Euclio follem. Supplicium autem hujuſmodi eſſe ſcribunt: Homo reus binis naviculis inditus alebatur ſuctu mellis oculis aſſidue verſus cœlum obverſis, ut incubantium muſcarum examine tota integatur facies. Ad hunc cruciatûs modum Mithridatem necari ſcaphis juſſit Artaxerxes, eò quod de nece Cyri ſibi fuiſſet gratulatus; ut Plutarchus tradit. Quis audeat dicere tam horrendum ſupplicii genus à Sacerdote adhibitum, aut etiam eò alluſum nomine? *in Artax.* neque unquam in Iſraele fuiſſe vel nomine vel re notum arbitror, eâq; ſimul de cauſa nullum ex notione nominis, quæ in re fundari debet, robur accipiet. Quædam in etymologumenis ignorare, inter Philologorum virtutes numeramus. quantum enim eſt, quod neſciunt illi. Sanè qui etymologiam vocum quarumlibet venantur, non poſſunt non plurimum ineptire & fallere, præſertim in longo uſu antiquatis vocabulis & rerum ac hominum mutationibus. Quæ Mercerus ad R. צנן dixit: *Nos ſæpe nominum cauſas ignoramus, ubi ſatius eſſe puto noſtram inſcitiam profiteri, quàm temere divinare*, meritò hîc habebit locum. Eo nomine etiam Piſcatoris verſio, contra quam Paulus Roderus ſcripſit, vapulat.

pulat, qui ſuo more hîc melius ſapit, quàm cæteri Interpretes, nam curioſo & monſtroſo vocabulo, Saugſchiff/ reddidit, quod ego verbum non emerim titivillitio, nec ullus intelliget Germanorum, niſi ſpiſſa è Plutarcho explicatio aſſuatur. Loquere cum Germanis, ut te videant & intelligant, exemplo Lutheri noſtri. Sed Interpretem noſtrum Latinum adeo, qui hîc ut c. 20. 1. 2. voce probiori *Nervi* utitur. Sanè multa ineſſe boni pretii & veteris notæ vocabula Vulgatæ Verſioni, exemplis part. 1. declaravimus, id quod etiam confirmat præſens vox, *Nervus*, quâ vinculi aliquod genus, vel ad collum vel ad pedes, ſontibus coercendis paratum priſci Latini indicât. Sext. Pomp. Feſtus de verbornm ſignif. p. 121. ed. Scalig. *Nervum etiam appellamus ferreum vinculum, quo pedes vel etiam cervices impediuntur.* Idem confirmat Iſidorus *l. 5. cap. ult.* totidem verbis. *Nervus eſt vinculum ferreum, quo pedes vel cervices impediuntur.* Optimus loquendi Magiſter Plautus eo uſus fuit Aulul. act. 4. ſc. 10. v. 13. *At ego Deos credo voluiſſe, ut apud te me in nervo enicem*, i. e. ut apud te mihi laqueo ſeu potius ferreo vinculo interſtringam gulam, explicante Lambino. In Aſinar. 3. 2. 5. conjungit *nervos, catenas, numellas, pedicas, bojas.* & idem Comicus ap. Feſtū d. l. *Perfidioſè captus, edepol nervo cervices probas.* Tertull. ad
ad Marc. c. 2. Martyres in carceribus detentos eleganter & nervosè: *Nihil crus ſentit in nervo, cùm animus in cælo eſt.* Cato apud Gellium l. 11. c. ult. *Fures privatorum furtorum in nervo atq; compedibus ætatem agunt, fures publici in auro atq; purpurâ.* Terent. in Phorm. 4. 4. 14. *Cum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in nervum potius ibit.* Gloſſarium: *Nervus*, ξυλοπέδη. Utraq; vox extat *Iob.* 13. 27. & *c.* 33. 11. בַּסַּד רַגְלַי, quod vertit Aquila:

Aquila: ἐν ξυλοπέδῃ. LXX. ἐν κωλύματι. Hier. *in nervo*. Grę-
cam vocem ſi ſuis ſimplicibus reddas, & ξύλον, & πέδη, de pedum vinculis dicta inveniemus. De utroq; videamus. Πέδη de compedibus extat ψ. 105. 18. & 149. 8. ubi Chaldæus שֵׁיר, quæ eſt ipſa vox græca σειρὰ, *catena*; multæ enim voces græcæ à Chaldæis & Rabbinis aſſumtæ, & ab iis quoq; quædam derivatæ, quas diligenter collegit Buxtorf. *in Lexico Chald-Talmud.* ubi tamen hanc prætermiſit in v. שיר. Τὸ ξύλον ſimpliciter pro cataſta ſumitur *Act.* 16. 24., quando Apoſtoli Paulus & Silas in carceris cuſtodiam dati ſunt. Chryſoſtomus (ſi is autor eſt, nam de eo inter doctos magna controverſia) *hom.* 35. *in Acta* expoſuit per *nervum*: ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον, ὡς ἂν εἴποι τις εἰς τὸν νέρβον. Sic & idem Autor σπεῖραν explicat per Latinam vocem νούμερον, *in hom.* 22. *ad Acta*. Ariſtoph. νεφελ. Εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Nicod. Friſchlinus, qui Poetæ iſtius carmina carmine Latino ad antiqui ſermonis faciẽ Plautinam atq; Terentianam tranſtulit, pag. 339. vertit: *Gulamq; ligno interſtringatis*. Scholiaſtes ad ἱππ. Ariſt. ſic explicuit: Εἶδος δεσμωτηρίου τὸ ξύλον, ἣν ποδοκάκην λέγουσι καὶ ποδοστράβην. Vocem ποδοκάκην quod attinet, non illam invenire licet in Græca Bibliorum editione, qualem hodie habemus. Sed Scholion ad d. Job. c. 13. eâ uſus fuit, ubi V. V. habuit *nervi* vocabulum. Ulpianus *in Demoſth. Orat. contr. Timocr. p.* 235. ait eſſe inſtrumentum quoddam tortorium, in quo reus torqueatur ligatis manibus & pedibus: Ποδοκάκη βασανιστήριόν τι ἐστιν ὄργανον, εἰς ὃ στρεβλοῦνται τις, δεσμούμενος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Dicebatur etiam de cõpedibus ἔγκαλον, atque etiam κᾶλον, Scal. ad Feſtum: *Simpliciter veteres Attici nervum vocabant κᾶλον, i.e. lignum. unde*

T.4.p.808. edit.Eton.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

qui ex lege nexi erant, dicebantur ἐγκαλοσκελεῖς *in legibus Athenienſium.* Quò etiam accedunt eodem ſignificatu κύφων & κλοιός. Κύφων Etymologo p. 349. dicta numella παρὰ τὸ κύπτειν, cujus uſus eſt in ſignificatione *inflexionis*; ut & Ebræum כָּפַף, è quo Caſaub. *ad Athen. p.* 802. deduxit eam vocem græcam. Ariſtoph. *in Pluto* 2.4.62. Ω τύμπανα καὶ κύφωνες. Friſchlinus in Latium id verbi deduxit *Cyphonem* vertens pag. 101. 111. Lucian. in Menippo: Καὶ στρέβλαι καὶ κύφωνες ἢ τροχοί. Tormenta olim erant ad exprimendam veritatem, *rota, flagella, equuleus, aculeus.* De trocho eſt in Hiſtor. Maccabæorum ſeptem fratrum, eorum *tertium & quartum* in rotam actos & diſtentos fuiſſe, quod tormẽti Cerda *in 6. Æneid. Virg. ad v. 616. p. 696. ſeq.* prolixè deſcribit. De tympano legitur 2. *Macc.* 6. 19. in hiſtoria Eleazari ſenis, quem ad carnes ſuillas guſtandas cogere volebant milites ἐπὶ τὸ τύμπανον ἄγοντες, ut ſc. flagris cæderent, ſequitur enim in cap. fine: μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν, i. e. *cum prope eſſet, ut cruciatu plagarum deficeret.* atq; hoc genus videtur ſpectaſſe Apoſtolus ad *Ebr. c.* 11. *v.* 35. Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν. *Alii verò diſtenti ſunt.* videl. ut corpus validiſſimè conſtrictum acerbius cruciaretur flagris, ſicut ſequitur, eos *ludibria & verbera expertos.* De verbi expoſitione vide quæ habent Biſciola *T.* 2. *hor. ſubc. l.* 12. *c.* 9. Magius *de equuleo c.* 9. *& in Notis p.* 75. Dounæus *ad Chryſoſt. p.* 614. Lud. de la Cerda *in Adverſ. ſacris. p.* 113. Xyland. *ad Plutarch. T.* 2. *p.* 822. Tympanum *Etymologus p.* 771. explicat τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους διαχειρίζεται. Tandem videamus, quid ſit κλοιός. Vox ea extat *Deut.* 28. 48. 1. *Reg* 12. 4. *Eccleſiaſt.* 6. 26. de inſtrumento, quod collo & manibus, vel etiam pedibus, applicatur in pœnam, quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

etiam oſtendi poteſt ex Jeremia *c.* 27. 2. ubi Deus Prophetam jubet ſibi facere δεσμοὺς καὶ κλοιοὺς, καὶ περιθεῖναι περὶ τὸν τράχηλον ἑαυτοῦ. item ex Xenophonte 3. ἑλληνικ. *p.* 290. *ed. H. Steph.* cùm inquit: ἐκ τούτου μέντοι ἤδη δεδεμένος καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ, μαστιγούμενος καὶ κεντούμενος. Etymologus p. 521. Κλοιὸς, σημαίνει τὰ σίδηρα, ἃ φοροῦσιν οἱ κατάδικοι. Lexicon Græco Latinum vetus. Κλοιὸς, *boja, eculeum.* Hieronym. in Jer. c. 27. 2. Κλοιοὺς *ſermone vulgari bojas vocant.* Hinc vertit Druſius *in Eccleſ. c.* 6. *v.* 31. κλοιοὺς bojas. Feſtus p. 25. *Bojæ, id eſt, genus vinculorum, tam ligneæ quàm ferreæ dicuntur.* ubi Scaliger p. 31. *Boja* κλοιὸς, *& imbojo,* κλοιὸν περιτίθημι. *Sæpius in veteribus hiſtoriis* Mſς. *legitur, ut, tolle bojam de collo meo.* Aldhelmus de laudibus Virginitatis: *Ad calumniam Pontificis & infamiam cleri bojas in collo & compedes in cruribus nectant.* Heſychius: Κλοιὸς, περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον ἤτοι μανιάκης. Vox μανιάκης extat *Dan.* 5. *v.* 5. 31. ubi Chaldæus habet: מַנִּיכָא. & *Eſd.* 3. 6. Gloſſarium Philonis: Κλοιὸς, *torques damnatorum, quam vulgo bojam vocant.* Puto teſtimoniorum ſat eſſe ad tortoris equuleum & bojas, aliaque torturarum genera explicanda. Nihil autem ignotius σκαφισμῷ, imò ineptius, ſi huc torſeris.

Jer. XLIV. ℣. 30.

הִנְנִי נֹתֵן אֶת פַּרְעֹה חָפְרַע

Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι τὸν Οὐαφρῆ.

Ecce ego tradam Pharaonem Ephree.

ÆGyptios nominaſſe ſuos Reges Pharaones, ſupra declaratum. Quæ quidem denominatio deſiit in Aprie, quem Jeremias Propheta *Cophra* vocat, qui poſtremus Pharaonum in manum Nebucadnezar Regis Babel traditur. *Pharaonem Hophra* punctis tantùm mutatis Ἀπρίην vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

ην vocat Herodotus,narrans *lib.* 2. Regem illum tantâ fuiſſe ſuperbia,ut gloriari non metueret, validius regnum ſe poſſidere, quàm ut ullâ vi, divina ſive humanâ, everti aut ſibi eripi poſſit, quod eum impune haud dixiſſe eventus docuit,quippe ab eo propter Cyrenaicam expeditionem funeſtam defecerunt Ægyptii, ad quos placandos miſſum ait Herodotus Amaſim præfectum,qui conciliatis ſibi rebellibus regnum invaſit ipſe,& Apriem in cuſtodia detentum,poſtulantibus Ægyptiis,neci dedit. Quem itaq; Propheta nominat חָפְרַע,eundem leviter inflexâ voce Ἀπρίης ſolet appellare laudatus Hiſtoricus. Hâc motus diſcrepātia quali quali vocum non-nemo Dictator cœpit excuſſores in partes ſuas vocare, affirmans puncta Ebrææ voci à Maſoretis, Ebræorum Criticis ad miraculum uſque ſolicitis, non fuiſſe rite ſubjecta, legendumq; eſſe *Haprea* חַפְּרֵעַ, ut cum Ἀπρίης conveniat. Acumen certè parum criticum Viri magni, cujus multi verentur autoritatem. Cicero, cùm in cauſa L. Murenæ autoritatem Catonis ſibi obſtare videret, *tolle mihi*, inquit, *è cauſâ nomen Catonis,remove ac prætermitte autoritatem*. valde infirmum eſſe à Catonis autoritate præſidium ratus. Ita & hîc dicere neceſſum eſt. Cedat profanus autor Sacris Scriptoribus, qui non ſemel aliis apicibus perſonas & loca nominant,quàm autores ſeculares;neq; inſolens eſt nomina quarundam urbium, regionum, perſonarum alio modo inveniri ſæpe ſcriptos, quàm in Sacris. Ergonè ad profanos reformabis lectionem in ſcripturis receptā? Solent Romani vocabula Ebræa & græca paululum variando ſæpe adſciſcere,nec iiſdem literis aut ſyllabis aut ſono admetiri,ut probant Latialis eloquii cenſores. *Indi-*

getes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

getes, ἰνδικῆται Stephano, ἐνδίγετοι Ptolomæo, *Endigetes* Avieno dicuntur. Sic *Bruttii, Bryttii, Brettii, Brentii*; *Sanites, Sannites, Saunites, Samnites*; *Abraam*, ἀβεαὰς, ἀβεαάμης. *Bogud*, Βόγες, & quæ ſunt infinita alia. Quælibet lingua ſuo more peregrina effert nomina, nec mirum, ſi Romani Græca, Graii Latina, Ebræi barbara, cùm recenſent, more quiſq; ſuo inflectunt, omiſſis ſæpe ac mutatis literis aliquot, quod docto opuſculo Druſius oſtendit. Ut ridere liceat eos, qui offenduntur levi quapiam mutatione vocalium, in vocibus præſertim exoticis, quas Græci & Latini variè enunciant.

EZECH. XXVII. ℣. XI.

וְגַמָּדִים בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ הָיוּ

Φύλακες ἐν τοῖς πύργοις σου ἦσαν.

Pygmæi, qui erant in turribus.

QUi humilem corpore popellum, qui inter ſtrepitus
& clangores gruū vix internoſci queat, ſtatuunt, ut πυγμομαχία.
in vulgus probent, locum Ezechielis, ubi τῶν גמדים inter viros militares Tyriorum fit mentio, ex Vulgatæ Verſionis præſumtione adducere ſolent contra ſcripturæ mentem. *Quam bene* (ſunt verba Tremellii) *conveniat ludicra hæc expoſitio cum re militari, ipſi viderint. Nos Gammadæos quidem exiſtimamus à cubito dictos eſſe, ſed quia regio fuit Phœniciæ, cubitali formâ projecta in mare, quæ poſtea devorata eſt à mari, Gammadem putamus dictam, ut ſcribit Plinius. Sed quid ſi robuſtos viros & lacertoſos intelligamus ex vocis etymologiâ, certè adpoſitiſſima futura eſt interpretatio.* Ὅμοια λαλεῖ Caſpar waſerus *lib. 1. de antiquis menſuris Ebræorum cap. 6.* Ipſe Marcus Marinus *in Arca Noæ fol. 102. a*, arbitratur, gentis cujuſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

dam eſſe nomen, Gamadenſes forſan dictos. Idem ſentit Sixt. Amama *in c.35. Num.* Quid enim profuiſſent homunciones Tyriis & corpore & vultu vaſtioribus? niſi ſi forte adfuerint in voluptatem, quam ex eorundem irriſione dicax populus capere potuiſſet. Sed in ſummâ difficultate rerum, quâ tum premebâtur Tyrii, permagni intererat, quos admitterent ad deterrendos hoſtes, qui metum, non qui riſum & jocos moverent. Certè incolis Tyri, qui ſuaſiſſet conſilio ſuo iſtos milites præſidiarios adduci, næ ille furere inter ſanos & q. apud ſobrios bacchari vinolentus viſus fuiſſet. Credo homines eos, qui homulos hîc fingunt, cùm hoc ſtatuerunt, indormiiſſe inſtructæ aciei gruum & Pygmæorum, & illinc Pygmæos, qui magis turpem fugam quàm bellum probant, ſumſiſſe. In ludicro certamine ludere licet & ridere, nec in ridiculis ſeriò, nec in ſeriis ridiculè agendum, *μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα*
Paran. ad Dem. p. 16. *σπουδάζειν, μηδὲ περὶ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν*, ut *Iſocrates* præcipit. Non enim ſciamachiis Pygmæorum opus erat eo tempore, quo ſeriis tantùm ſtudebant homines, & Vulcanus enſibus & telis fabricandis erat intentus. nam quid, quęſo, Tyriis in munitiſſimâ civitate cum Pygmæis? Quid Pygmęis ad ſcuta ineptiſſimis cum vigilibus ad bella doctiſſimis? Quid *clypei* in circuitu turrium, niſi indices armaturæ fortium? Turres erant ut fortitudinis ita fortiſſimorum quorumq; *τεκμήρια*, de quibus vide *Cant.* 4. 4. *Iudic.* 9. 51. *Iudith.* 1. 14. & 7. 5. 2. *Sam.* 11. 20. 24. Ideò cum *in turribus conſtituti dicantur bellatores Gammadenſes*, pugnaces debemus interpretari milites, ut viderunt etiam *Læl.*
T. 2. hor. ſubc. l. 4. c. 1 de partu c. 17. *Biſciola* & *Caranza* præ illo naſutulo wizelio, qui ſibi ſuis annotationibus in Lutheri verſionem plurimum ſapere videtur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

videtur. Robuſtiores enim milites olim *in mœniis*, præſertim *in turribus*, conſtituti ſoliti ſunt in hoſtes jaculari ferrum ignemq;, quo non ſolum vulnere, ſed etiam flammâ ipsâ læderent. Pygmæi autem nihilo plus in turribus illis, ad quas evertendas erant Helepoles, quâm *Sophrona Terentiana* promovisſent. Quin ipſe quoq; *Aquila* ad robur iſtorum Vigilum reſpexerit verſione ſuâ, dubium fere nullum. Solet n. Interpres ille non tàm verba transferre quàm ipſas verborũ etymologias, quod, ut in multis vocibus obſervant, ita etiam hîc locum poteſt habere. πυγμαῖος enim à πυγμὴ deſcendit, ſicut juxta quoſdam גַּמָּדִים à גּוֹמֶד, *cubitus*, q. d. *cubitales homines*, *cubito valentes*, Månner die ſtårcke in jhren Fåuſten vnd Armen hatten / cùm robur *in brachio* conſiſtat; ſicut & πυγμαῖος *in Veteri Lexico* πηχυαῖος, *cubitalis*, explicatur. Parum itaq; abeſt, quin dicam, etiam *Veterem Interp.* huc potius reſpexiſſe, quàm ad gentem iſtam Poeticam, nihil tamen affirmo, hoc tãtum, quod diximus, ſi Pygmæi homuli fuiſſent φύλακες, perdidiſſent potius cives quàm ſervaſſent, & ridiculum fuiſſet in turre habere cuſtodes, qui ipſi indiguiſſent cuſtodibus. nam Pygmæi imbelles & bellicoſi Tyrii quomodo hîc inter ſe cohæreant, ego non video; & videntur, qui è Gammadæis hîc fingunt homunculos, ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν, i. e. minima maximis adaptare. Olim cùm videret quidam *C. Caligulam* habitu Jovis ſe oſtentantem, in riſum ſolvebatur, inquiens; Μέγα παραλήρημα. Credite mihi, hoſtes hîc non aliter dixiſſent Tyriis, ſi adfuiſſent,

O Pygmæorum ſervum pecus, ut mihi ſæpe
Riſum ſæpe bilem veſtri movere tumultus.

Eunuch. act. 5. ſc. 3. v. 4.

Iudith. 9. 9.

 Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Iuven.ſat. 3. v.233.

Quid enim præſidii ab iſtis expectandum fuiſſet ἀνθρωπίσκοις, *ubi tota cohors pede non eſt altior uno.*

Bene Ivarus Stubæus diſp.5. de doctr. Chriſt. §. 273. *Si Pygmæi hîc homunculi ſunt iſti cubitales, de quibus multa apud autores literis prodita extant, non deeſſe poteſt ex iiſdem luculenta expoſitio huic loco. Sed quis credat, aut Tyrios ſuam ſalutem hujuſmodi militibus committere voluiſſe, ſive cominus ſive eminus gerenda res eſſet, aut ipſos Pygmæos foris militare potuiſſe, quibus domi tam triſtia cum gruibus bella eſſent? Ridiculum! Conſentaneum eſt iſtos Gammadim, cujuſq; nationis fuerint, fuiſſe milites nulla parte poſteriores vel inferiores reliquis, qui ibidem recẽſentur, Perſis, Lydis, Lybiis, Arvadis.* Itaque talem cubitalis ſtaturæ populum aliquem totamq; gentem σμικρῶν πυγμελῶς ἀνθρώπων uſq; fuiſſe *fabuloſum forte eſt & inane, quæ ut Deimacho & Megaſtheni cæteriſq; mendaciorum ac fabularum architectis conveniant, certè veritatis amantes & viros Eccleſiaſticos neutiquam decent, nedum ſanctiſſimum Prophetam, &*

6. Miſc. 3.

Scripturas divinitus inſpiratas; quæ ſunt verba Fulleri. Sunt quidem inter homines exiguæ ſtaturæ homunciones, *ipſi*

l.4. el.9. v. 13.

ſuos breviter concreti in artus, ut cum Propertio dicam. Pictorius *l.7. pol. c.2.* refert ſe in aulâ Archiducis Auſtriæ inter aulicos vidiſſe Pygmæum, qui *trium ſolummodo palmarum longitudine* fuerit. Platerus 3. *Obſerv. med. p.* 546. narrat in aula quadam *nanum in artocreate cum brevi haſta &*

not. ad Ovid. Metã.

gladio occultatum, conviviis riſum præbuiſſe. G. Sabinus in Italiâ vidit virum (ſi nominare ſic fas eſt) juſta ætate *non*

Coſm. Orient. c. 40.

majorem cubito circumferre in cavea Pſittaci. And. Thevetus, in multis mendax ſcriptor, ſcribit ſe in Ægypto quinq; Pygmæos (crediderim fuiſſe Cercopithecos) ſpectaſſe. In Dreſdenſi aulâ oſtendunt *ſceleton Pygmæi*, quale

quoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

quoq; in ædibus Fel. Plateri *ſpithama longitudine* vidiſſe ſe ſe Heinznerus retulit. Nanos eſſe nemo negaverit, na- *Itin. p. 259.*
norum totam gentem alicubi deliteſcere & cum gruibus bella cruenta miſcere quis affirmaret? Patronis itaq; Pygmæorum puto idem eveniet, quod iſti *Batto Ovidiano*, qui *ſub illis* *2. Metam. v. 703.*

Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.

Itaq; in Tyro Pygmæos captare, nil aliud erit, quàm lepores in Ithaca quęrere, muſtelas in Bœotia, lupos in Anglia aut vulpes in Creta. Ut mirer Theologum profundè doctum C. B., dum ex hoc textu Prophetico conatus fuit perſuadere eſſe Pygmæos. Malo ego profiteri me ignorare, quid ſint Gammadæi, quàm exhibere, quod non ſint.

Ose. c. 2. ℣. 2.

Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum.

OLim in more poſitum fuit, ut quæ maximè cordi eſſent, in tabulis aut laminis aureis & argenteis exarata & inciſa, ad pectus appenderentur, cum quibus ritibus confert verba Sapientis *Prov. c.* 3. 3. *c.* 6. 3. *c.* 22. 20. Ferdinandus de Salazar. Quibus addunt *Oſeam*, quem de imaginibus ejuſmodi, quibus idolum inſculptum, idolorumque phylacteriis capiendum Ludovicus de la Cerda *in Adverſariis ſacris c.* 80. putat; quam ille ſententiam ſine dubio hauſit ex traditione Veterum, inter quos & Auguſtinus, qui ſic interpretatus fuit. *Auferat idola, h. e. idola, cum quibus ſpiritualiter fornicatur, ſua de medio uberum ſuorum, quia inter ubera & ſupra cor laminam geſtabat aut bullam, in qua idolum celatum erat, ut oſtentaret ſe cultricem eſſe talis idoli.* Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

& idem Pater putat Jacobum inaures ſuorum defodiſſe, quod in iis geſtarint effigies idolorum ſuorum. *Quæritur,* inquit ſuper Gen. *quare & inaures dederint, quæ ſi ornamenta erant, ad idololatriam non pertinebant, niſi quia intelligendum eſt phylacteria fuiſſe Deorum ſuorum. Nam Rebeccam à ſervo Abrahæ inaures accepiſſe Scriptura teſtatur, quod non fieret, ſi eis inaures habere ornamenti gratia non liceret. Ergo illæ inaures, quæ cum idolis datæ ſunt, idolorum phylacteria fuerant.* Cui explicationi aſſentitur Chryſoſt. Homil. in Geneſ. 35. *Et dederunt Iacob Deos alienos, non enim erant ſui, & inaures, quæ erant in auribus eorum. Fortè n. hæc ſigna erant iſtorum idolorũ, ideo hæc cum Diis afferantur Iacobo.* Rabbini, ut ſunt ingenioſi in fabulis, fabulantur in collo geſtaſſe ejuſmodi effigiẽ Abrahamũ, ut refert Buxt. *in Lexic. Chald-Thalm. p.* 2106. Eorundem quoq; παράδοσις eſt, Hamanem effigiem quãdam auream aut argenteam ex collo pendentem geſtaſſe, ideoq; *Mardochæum*, ne videretur idolum adorare, noluiſſe ſe incurvare ante Hamanem, nec ullo externo ſymbolo reverentiam ipſi exhibere. Sed fidei ſubleſtæ eſſe, precatio Mardochæi, quæ legitur *in additis ad Eſther*, teſtatur. Elegans teſtimonium de inauribus, in quibus eſſent Deorum imagines, in Auguſtino Epiſt. 73. habemus, cùm de Afris ſic ſcribit. *Execranda ſuperſtitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in ſummis ex una parte auriculis; ſuſpenſæ deputantur, non ad placendum hominibus, ſed ad ſerviendum Dæmonibus adhibetur.* Conſtat aliâs ex antiquis nummis & annulis, imagines varias Deorum Dearumq; habuiſſe, quibus utebantur ſępe pro amoletis ſuperſtitioſi homines & ad faſcinum prohibendum; id quod etiam ex illo Pythagoræ ſymbolo, quod vetat in annulo Deum

cælari,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cælari, probatur à Sanchezio *in Eſa. c.* 44. 5. cui adde alia ex Kirchmanni *Commentariolo de annulis cap.* 11. Cruſ. *obſer. in Heliod. p.* 257. Sanè idolorum facies in annulis Ægyptiorum fuiſſe frequentiſſimas, Laur. Pignorius *Epiſt.* 1. *Symbol.* affirmat. imo & *morbis curandis* adhibitas, Alex. Trallianus *l,* 10. *in fin.* ſuggerit, ubi ait, Herculis erecti Leonem ſuffocantis imaginẽ lapidi inſculptam ac annulo aureo, quem quaſi rem ſacram commendat, incluſam colicæ mederi. Sic de Aſclepiade Philoſopho Am. Marcellinus l. 22. narrat, ipſum *Deæ cœleſtis argenteum breve figmentum, quocunq; ibat, ſecum ſolitum efferre.* nempe quo Deam propitiam ſibi reddi crederet, ſicut Achates commemoratur, geſtantem Diis gratum reddere. Byzantii effigies Deorum nummis ex ferro cuſis impreſſas habuêre, teſte Heſychio his verbis: Σιδάρεοι Θεοὶ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ, ἔτι εἰσὶν ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι. Quicquid ſit de illis imaginibus in ferro aut auro cuſis & ſculptis, de verbis Oſeæ nos non aliter ſentimus, quàm diximus prolixè *part.* 1. *pag.* 72. *ſeqq.* ſub phraſibus adulterii & ſcortationis idololatriam quamlibet reprehendiſſe Prophetam. Mos erat meretricum colore aſcititio inficere vultum & ubera ornare aut etiam denudare ad amatores alliciendos. Medium illud uberum Græci exprimunt per μεσαμάζιον, quod eſt ſpatium inter duas mammillas, de quo interſtitio monilibus ornato in Targ. Hieroſol. Num. 31. 50. וּמְעוֹכַיָּא מִן בֵּית תְּדַיְהֶן, i. e. *& monilia de domo uberum ſuorum.* Pro בית in Aruch ſcribitur בֵּי quod etiam poteſt eſſe, pro בֵּין, *inter.* מְעוֹךְ explicatur ornamentum pectoris muliebre ad comprimendas mammas, ut Elias cenſet, eſt enim מְעַךְ, *comprimere*, uſitatum de libidinoſâ compreſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

compreſſione, de quâ vide *Ezech.* 23. 2. Eſt autem pro Ebręo כּוּמָז (quod *cingulum pendulum* vertit Junius, Caſtalio *torquem*) apud Onkeloſiũ מָחוֹךְ, & ſic in Jonathane מְחוֹכִין, qui addit fuiſſe ornamentum pectoris *pendens à domo uberum*, מחוכיא מן בית תדיהן. Rabbini hic ſpurci ſunt in explicando illo ornamento. Fr. Vatabli expoſitionem ſequor & addo: *Alludit Propheta ad ritum ſcortorum, quæ nimio ornatu allicere ſolent amatores ſuos, q. d. deponat à ſe mundum muliebrem & ornatum meretricum allicientem & invitantem ſcortatores ad fornicationem & adulteria, ornatum ſc. faciei capitis & pectoris.* Hæc expoſitio textui congrua eſt & genuina, quam etiam D. Rivetus *Comm. in Oſeam p.* 38.39. doctè ſequitur, reliquasq́; plus habere acuminis quàm ſoliditatis rectè affirmat.

2. Macc. 3. ℣. 19.

Αἱ δὲ καταάκλειστοι τῶν παρθένων, αἱ μὲν συνέτρεχον ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, αἱ δὲ ἐπὶ τὰ τείχη.

Virgines, quæ concluſæ erant procurrebant, aliæ ad muros.

IN more laudabili poſitum fuit Veteribus, Virgines in interiori quadam domûs parte, quam παρθενῶνα vocabant, ſolicitè admodum cuſtodire, unde & καταάκλειστοι, *concluſæ* dicebantur Græcis, & Ebræis in eundem ſenſum elegantiſſimâ appellatione עֲלָמוֹת, *abſcondita*, ab עָלַם, quod eſt κρύπτειν, κατακλείειν, eò quòd ἐν θαλάμῳ, antequam viro jungerentur, concluderentur quaſi, & ἔνδον μίμνουσι, quod de talibus virginibus dixit Poeta Aſcræus, non facile prodirent in publicum. Inter *Phocylidis* præcepta & hoc eſt virginem ἐν θαλάμῳ ſive, ut Homerus loquitur, ἐν μυχῷ δόμων diligenter ſervare, ne foris conſpiciatur uſq; ad diem nuptialem, v. 213.

Παρθε-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.

Θάλαμον vocat Poeta, ut ante eum Homerus, locum illum, ubi virgines ante nuptiarum tempus deliteſcebant virum expectantes, quas ideo *μενάνδρους* & *θαλαμευομένας* vocabant, & *ἀποκρύφους ἢ κατακλείστους* à latebris, **die nicht vnder die Leut gehen/die drinnen behütet werden/** ut vertunt *Melanchthon*, autor verſionis noſtræ Germ. in Maccab. *&* *Tigurini*. Hinc intelliges Theocritum, qui *idyll*. 2. *v*. 136. *παρθένον ἐκ θαλάμοιο* vocat virginem intactam & illibatam, *παρθένον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ ἀναστρεφομένην*, quæ adhuc in ædibus paternis occultata & cuſtodita latebat. *Incluſam* vocat *& virginem abditam* Horatius de Danae Acriſii Argivorum Regis filia locutus 3. *carm. od*. 16. *v*. 1. *&* 4. ne forte alicui jungeretur. Eam ſic deſcribit Heſiod. 2. ἐργ. v. 10.

Ἥτε δόμων ἔντοσθι φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
οὔπω ἔργ᾽ εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Inde apud Euripidem Pædagogus Antigonen ita alloquitur in Phœniſſ. v. 187.

ὦ τέκνον εἴσβα δῶμα, καὶ κατὰ στέγας
ἐν παρθενῶσι μίμνε σοῖς, ἐπεὶ πόθου
εἰς τέρψιν ἦλθες.

Poſtea ipſa Antigone Jocaſtæ matri dicenti: ἔσω, reſpondet v. 263. *ποῖ παρθενῶνας ἐκλιποῦσ᾽*; Quocirca ex eâ Veterum diſciplinâ acerbe Electram filiam reprehendit Clytemneſtra apud Senecam in Agamemn. v. 950. *Quo more cœtus publicos virgo petis? Quis eſſe credet virginem?* ſc. foras vagantem, nam foras puellæ ut prodirent, in vitio, quod etiam docet Euripides in Oreſte v. 108.

εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Inde apud antiquos rarus mulierum & virginum aſpectus in publico, & ſi foret, ut tecta facie eſſet, quòd part. 1. habuimus. Hanc *οἰκουρίαν* innuebat Teſtudo domiporta Phidiacæ Veneris pedibus ſuppoſita, ut eo ſigno admonerentur domi degendum eſſe. Plutarchi *de præcept. conjug. p.* 142. præceptum, etiam ad virgines debet referri: Τὴν ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Ut meritò in vitio ponatur, ſi οἴκοθεν οἴκαδε diſcurrunt & neſcio quas ὁμηγύρεις inſtituunt, quibus illud Heſiodi l. 1. v. 363. deberent imprimere matres,

Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Scimus malè ceſſiſſe *Dinæ Iacobi filiæ* diſcurſitationem, quod circumvagis virginibus exemplum ſedulo notandum, ut & illud proverbium vulgare noſtratium: *Gallinæ & fœminæ ſi procul abſceſſerint à domo, facilè aberrant.* Videre hoc eſt in Sabinis virginibus, quæ ad Romana profectę ſpectacula, ex virginibus factæ ſunt matronæ. Virgo pudica domi oculos & pedes habet, & cùm prodit fert jacentes in terram oculos; impudica verò quietis neſcia modo huc modo illuc, ut illa meretrix in Proverbiis ſacris, ſe deflectit, & ut Plautus in Mercatore loquitur, nũquam bene quit quieſcere, *cujus domi cum eſt foris eſt animus, & cum foris eſt, animus eſt domi.* Inde etiam Chaldæis vocatur meretrix נְפָקָא, à נְפַק *egredi, prodire*, cujus domi, ut Salomo loquitur, non manent pedes, ſed quæ vagando libidinem quærit. *Virgines non virgines* diceres cum Horatio, qui ſororem interfecerat domo indecenter & contra morẽ egreſſam apud Halicarnaſſeum. *l. 3. p. 238.* Diſcimus hinc ſenſum loci illius, quem lemma indicat è libris Maccabaicis,

cabaicis, *de virginibus concluſis* in ædibus parentum, quæ, cùm Heliodorus urbem eſſet ingreſſus ad diripiendos templi theſauros, oblitæ moris virginei relictis œcis virgineis partim ad veſtibula & portas concurrebant, aliæ ad parietes, quædam per feneſtras exerto collo proſpectabant, nimirum attonitæ rei novitate, ut rectè ſcripſerit Autor Gloſſæ ordinariæ: *Virgines quæ concluſæ erant, i.e. de domibus parentum non exibant, ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis, tamen in illa turbatione exibant præter morem ſolitum.* Ut ita ſit magis mirum, doctos quoſpiam viros παραληρῶν λεπτολογήματα, de virginibus votis, quas moniales dicunt, obtrudere, hucq; accommodare Athenienſium *Virgines Dianæ Munichiæ conſecratas* in miniſterium, quæ ἄρκτοι & ἀρκτευόμεναι dicebantur, & hinc ἀρκτεῖα ἡ τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελετὴ, quibus de vide Luiſin. 1. *Parerg.* 25. Has enim κατακλείστους non fuiſſe virgines voto adſtrictas in ſacro quodam miniſterio, Caſaubonus contra Baronium rectè oſtendit *Exercit.* 1. *n.* 53. *p.* 87. 88, Addo de οἰκουρία illa puellari Montacut. *appar.* 9. *Orig. Eccleſ. n.* 21. *p.* 322. Hug. Grotium *Annotat. in libros Evangel. ad Matt. c.* 1. *v.* 23. *p.* 26. Spanhem. *in Dubiis Evangel. p.* 298. Dauſquejum *in Calabri lib.* 12. *p.* 242. Gebhard. 3. *Crepund.* 15. Heinſium *lect. Theocrit. c.* 6. *p.* 314. Quemadmodum autem virgines decet ἔνδον μένειν; Sic etiam *matronas domi abditas tueri decet tectum pudorem*, ut *Macrobius* rectè monet. Hoc docet 7. Saturn. 1. teſtimonio inſigni Euripides in ἡρακλ. v. 477.

> Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
> κάλλιστον, ἔισω δ᾽ ἥσυχον μένειν δόμων.

Officia mulierum *intra tectum* pleraq; ſunt & *ad focum*, nam ea quæ *ad forum* ſunt negotia decet curare viros. A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

certam. maſculo fam. c.26. p. 248.

quo etiam dictæ ſunt Latinis *caſariæ* & *focariæ*, notante Rolbagio, ὀικωφελεῖς & οἰκουργικοὶ Græcis; nam Matronarum ſunt virtutes, *cuſtodire ædes*, *rem familiarem adminiſtrare, non ultro linum & colum ſapere*, quod Homerus dicit οἶκον ὀφέλλειν ὀδ. ο. v. 21. δῶμα κομίζειν, ὀδυσ. ϖ. 74. ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν, ὀδ. λ. 176. Unde & οἰκουρὸς ſpeciali epitheto dicta uxor, quæ domi ſe continet & negotia domeſtica curat, *Tit.* 2. *c.* 5. eaq́; optimè deſcribitur à Salomone *c.* 31. *Proverb.* quod *de nocte ſurgat*, v. 13. *cogitet de fundo* v. 14. *quærat linum & lanam* v. 11. *admoveat colo manus* v. 17. *familiæ ſuæ ſtatum conſideret* v. 25. Hanc οἰκουρίαν quoq; commendat apud Libanium Sophiſtam *in Declamatione* Oreſtes uxori valedicens: Οἰκούρει καὶ φύλαξ ἔσο τῆς οἰκίας πιστή. Laus magna Sunamitidis eſt 2. *Reg.* 4. 13. quod dicit, ſe eſſe οἴκῳ ἡσυχάζουσαν (ut in Græco eſt), ſe intra tecta ſe continere, nihilq́; foris cum quoquam, vel in aulâ, vel in foro litigii habere. Noſtrates in hanc rem generaliter dicunt: Wer will haben gemach/der bleib vnter ſeinem Dach. Et apud Græcos illius rugoſæ animantis celebre dictum: Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, quod Cercides recitat *in hemijambis ap. Stobæum ſerm.* 56. *n.* 224. & Æſopus *fab.* 105. Ideo bona materfamiliâs aſſimilatur *viti*, quæ fructum fert *in lateribus domûs* ψ. 120. 3. quâ etiam utitur ſimilitudine Catullus, ſed in virum, cùm *nuptias Iuliæ & Manlii* deſcribit, ajens v. 106.

Lenta quin velut aſſitas
Vitis implicat arbores
Implicabitur in tuum
Complexum.

De hâc virtute œcuricâ convenientiori loco egimus *ad Ariſtotelis Oeconomicum libellum*, quem cum Deo aliquando publici usûs faciemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Loci Nov. Teſtam.

MATTH. III. ℣. IV. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. Johannis Baptiſtæ locuſtarum eſum ſunt, qui in dubium vocent, ſecum non reputantes, & *Levit. c. 11. v. 22.* locuſtas inter animalia munda, quibus veſci liceret Iſraelitis, numeratas, Pliniumq; teſtari locuſtis partem quandam Æthiopum vivere, fumo & ſale duratis in annua alimenta. Qualis enim fuiſſet cibus, inquiunt? Non Evangeliſtæ, ſed librario (pergunt ineptire) fidem derogamus, eum ἀκρίδας pro ἀχράδας, quo nomine Græci ἀπίους ἀγρίους, *pyra Sylveſtria*, (Holtzbirn) vocant, vel aliâ quadam voce ſcripſiſſe. Nec prius de illâ deduci ſententiâ potuerunt, quàm varii ex variis autoribus externis loci prolati ſunt, qui de locuſtarum eſu mentionem fecerunt, ut Henricus Stephanus *in Apol. pro Herod.* indicat. Labantem ſcilicet Sacrorum librorum hâc in parte fidem teſtimonio profanorum fulciri oportebat, addit inſuper λαμπρότατος Criticus. Matthiolus in lib. 2. Dioſcor. c. 46. *Locuſtæ Parthis in cibo gratæ. quamobrem admirandum non eſt, ſi ſacris literis mandatũ ſit, ut Levit. c. 11. legitur, à Moſe probatas eſſe in cibis. Nec mirum etiã Divum Iohannem Baptiſtã iis & ſylveſtri melle victitaſſe in deſerto, tametſi non deſint Interpretes, qui velint pro locuſtis* quaſdam herbarum radices intelligi, *alii verò nonnullas arborum ſummitates. At mehercule in horum ſententiã devenire nunquam potui: quin potius crediderim, ipſum, nempe legis Moſaicæ ſectatorem accerrimum, hiſce locuſtis animantibus victitaſſe, quemadmodum etiam ſentit D. Auguſtinus.* Eraſmus h. l. *Cogor hoc loco deſiderare prudentiam in nonnullis ſcriptoribus, quorum de numero eſt* Nicolaus Perottus,

Ἀκριδοφαγία.

l. 6. c. 30.

tus, *qui nolunt locuſtas hoc loco animal eſſe, ſed fruticē neſcio quē, aut ſurculum delicatū, & ceu rem vehementer impiam execrantur, ſi Ioannes vir tantus, tam vili cibo paſtus dicatur. Atq; hîc Deum immortalem, quàm inſulsè rhetoricatur* Calepinus, *rogans, cur amicus Dei non eadem operâ muſcas ederit, & cætera portenta, quibus Deus afflixit inimicos ſuos. Primùm conſtat nō Parthos ſolùm, ſed & alias nationes locuſtarum eſu victitaſſe. Siquidem Plinius teſtatur hoc iſtis tam abominandum animal, Parthis in delitiis etiam fuiſſe.* Eandem Africæ populorum ἀκριδοφαγίαν ex fide dignorum autorum ſcriptis intulit Joan. Boemus ſuis de ritibus gentium libris, *cap.6.pag.*60. *lib.*1. Immo & hodierno die apud Africanos venales corbibus & ſtragulis incluſas à ruſticis in urbes exportari pro tenuioribus fortunæ hominibus Leo Afric. *in deſcript. Africæ lib.* 9. teſtatur. Fruticem neſcio quem Athanaſius ipſe intellexit, ſicuti ex eo Turrianus *pro defenſ. Can. Apoſt. l.*5. *cap.*6. *fol.*385. retulit. Hic certe Athanaſium in Athanaſio deſiderarem, ſi ita ſcripſerit. Et neſcio ubi Cujacii acumen tum fuerit, cum *ad tit. de glande legenda in parat.* eſitaſſe illum τὰ ἀκρόδρυα, i. e. *ſummitates arborum*, ſcribit. Miratus hoc fuit in viro eruditiſs. Mornacius, quem vide *in Obſervat. ad Cod. l.* 4. *p.* 344. Vid. P. Kirſtenius *in Not. ad Arab. Matth. d. c pag.* 11. Caſaubonus *exerc.*13. *ad Annales Baronii c.* 7. Moufetus *in Theatro Inſectorum c.* 16. *p.* 122. Barradius *Tom* 2 *pag.* 11. Beza *in Matthæum fol.* 18. Druſius *in præteritorum lib.*1. *pag.*5.

Matth. c. XXI. ℣. XII. Καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς. *Et cathedras vendentium columbas.* Narrat S. Matthæus Chriſtum evertiſſe τῶν κολλυβιστῶν τραπέζας, *menſas nummulariorum*, & τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς

ςερὰς ſc. pro ſacrificiis, & id id quidem in templo, per quod atria & porticus ejus hîc intelliguntur. Non poſſumus τῷ δεῖνα aſſentiri, à quo locus hic parùm ſanè explicatur de mercatu columbarum ad volandum & perferendas literas inſtructarum. Φεῦ τῆς δεινότητος. De columbis enim ad ſacrificium adhibendis intelligi verba dubium eſſe debet nemini, cui Antiquitates Iſraeliticæ ſunt notæ, & nuper de iſtâ venditione & emtione in loco ſacro doctè diſſeruit Fautor noſter Dn. D. Conſtantinus L'Empereur *in Cod. Middoth cap. 2. ſect. 3. pag.* 49. *&* 50. ubi lege. Columbas quod attinet internuntias, erudiebantur illæ moſcho roſtris illitæ, ut ad miſſa comitatiores redirent; ſicut in obſidione Mutinenſi olim, & citeriori ævo, columbæ teſtes erunt; memorant enim & noſtri ævi homines, columbas in obſidione Leydenſi *An.* 1574. obſeſſis civibus vicem tabellariorum ad Delphenſes præſtitiſſe, ad cujus rei memoriam exuvias columbæ in curiâ diu vidimus aſſervatas, ut hæc obiter. *V. Scalig. in. V. Man.*

Matth. XXIV. ℣. XV. βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. *Abominatio deſolationis.* Prædicitur à Christo abominanda deſolatio Hieroſolymitana, quæ à Romanorum copiis, quę ribus profanis & idololatricis abominabiles erāt Judæis, Tito duce civitati ſanctæ, ſententiante divinâ juſtitiâ inferri debeat, ut appareret ob unius Filii DEI indigniſſimam necem pænas fuiſſe iſtas perſolutas. Legiones autem Romanorum Judæam *intrantes*, & urbem Hieroſolymorum ſanctam *circumdantes*, dicuntur *legiones abominationum*, quoniam idolis ſervierunt, & dicuntur *deſolantes*, quoniam Hieroſolymam ſint vaſtaturæ, uti Tremellius *in Dan. c. 9. v. ult.* obſervat. Ea clades Judaicæ gentiâ Ve-

ti à Veſpaſiano illata eſt, urbs deniq; ſolo æquata, cui & aratrum, quod urbibus vaſtatis fieri ſolebat, Victor in-
l. 7. c. 24. v. 2. duxit, teſte Joſepho, juxta Servatoris vaticinium: *Non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui nòn deſtruatur.* ubi ex Jo-
in Vitâ Traj. ſepho & Dione intelligere eſt, quàm verè hæc à Domino prædicta fuerint. Poſt iſtam everſionem extremam Hieroſolymæ, adeoq; totius Judææ, miſerrima ſors erat gentis; nam

Judæi domiti ferro fumoque fameque.

ſervituti Romanorum deſtinabantur; atq; hinc inde palantes gentibus ludibrium debebant; nam, ut ex ψ. 79. dicamus, *poſtquam venerunt Ethnici uſq; in hæreditatem, & redegerunt Hieruſalem in acervos lapidum*, ℣. 1. *ludibrio fuerunt vicinis, irriſui & ſubſannatio iis, qui habitârunt circum eos.* ℣. 4. unde etiam *in ſatyram tertiam Iuvenalis* incurrit eorum paupertas, ſervitus atq; miſeria, utpote qui everſis Hieroſolymis per orbem profugi ſtipis petendæ cauſa errare cum cophino cogerentur, & neceſſum fuerit poſt edictum Domitiani vaſtas incolere ſylvas, manusq; eorum, ut cum Pſalmiſta loquar, *in cophino* ſervire.

℣. 13. *Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur*
Iudæis; quorum cophinus fænumq; ſupellex.
Omnis enim populo mercedem pendere juſſa eſt
Arbor, & ejectis mendicat Sylva Camœnis.

Magnis nempe delictis Judæorum magnas pænas decreverat DEUS, quibus earum ingratitudinem punivit, ut, quod Herodotus de Troja ait, Hieroſolyma funditus deleta toti humano generi declaret, ὅτι τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Hanc abominationem deſolationis falsò referunt nonnulli ad ſtatuã

Hadri-

Hadriani Imperatoris in ſancto ſanctorum poſitam , de
quâ Zvvingerus volum. 17. lib. 9. *Seipſam*, inquit Fran- *de Interp.*
tzius, *deſtruit illa ſententia.* Abominatio *enim* vaſtitatis *de-* *SS. p.1133.*
bet præcedere interitum Hieroſo ymæ, ut pii fugere poſſint. Sed hæc ſtatua Adriani incidit poſt annum centeſimum, cum jamdudum interitus Hieroſolymæ & politiæ contigiſſet. Alii *ad imaginem Cæſaris*, quam *Pilatus* in templo poſuit, referunt; quam opinionem refutat Chryſoſtomus *Hom.* 49. *in Matt.* ubi juxta verſionis Latinæ autorem ita lego: *Quidam dicunt*, abominationem deſolationis *eſſe imaginem Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo. Verius autem quid ſit* abominatio deſolationis *Lucas Evangeliſta interpretatur.* cujus verbis ſubjunctis concludit. *Fuit enim exercitus alienigenarum, & Romani Imperatoris ſtans circa Hieruſalem, quæ uſque tunc fuerat ſancta.* Signum itaque excidium Hieroſolymitanum proximè præceſſurum eſt juxta ipſum Chryſoſtomum *Exercitus alienigenarum* ſive Romanorum; quod ſignum Servator noſter 1. confirmat *prophetico Danielis teſtimonio* v. xv. qui de hâc abominatione deſolationis ex inſpiratione Spiritus S. prędixerit 2. amplificat *à diligenti ejus ſcrutinio:* quod qui idipſum lecturus ſit, ita illud legere debeat, ut intelligat: v. eod. Lege Joſephum luculenter deſcribentem excidium gentis & triumphi ob devictos Judæos pompam, poſt cujus ſimulacra & pegmata aliaq; geſtamina Veſpaſianus prior iverat & Titus deinde ſecutus fuerat.

Joh. xi. ℣. 2. Ραββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. *Rabbi quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur.* Perſuaſum fuit multis, quæſtionem illam Diſcipulorum Chriſti *de cauſa immiſſæ cæcitatis ejus, quià*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nativitate erat cæcus, niti noto illo inter Pythagoræos & Phariſæos גלגול, ſive μετεμψυχώσεως & παλιγγενεσίας delirio; ob peccatum in alio corpore commiſſum, animas ſc. defunctorum in nova tranſmigrare corpora, juſtorum quidem in nova corpora juſtorum viventium, impiorum verò in corpora belluarum, quemadmodum ex placitis illorum plurimis exponunt Laertius *in vita Pythagoræ*. Barthol. Mayerus *in part. 1. Prodrom. philol. ſacr. pag. 228. ſeqq.* R. Menaſſeh Ben Iſrael *lib. 2. de Reſurrectione mortuorum cap.* 18. Ric. Montacutius *Apparat. 7. Orig. Eccleſiaſt. n.* 37. 38. *p.* 260. Fruſtra hęc ita ſtatuunt. *non enim neceſſe eſt* (ſunt verba Cameronis) *hîc ad Metempſychoſin recurrere, quæ id non admittit. Solæ enim juſtorum animæ ex ſententia Phariſæorum traducuntur in nova corpora. Diſcipuli autem ſuſpicantur, iſtum fuiſſe impium.* Dubitari hæc & plura, quæ in Tomis Prçlectionum recenſet, nos jubent, an illam tot viris decantatam μετεμψύχωσιν abſque hæſitatione poſſimus impingere. quod ut melius intelligatur, ſi quis cauſam ζητήσεως illius quærat, non ad terram alienigenarum abeundum eſt, cum ab iiſdem Magiſtris in proprio ſolo cauſa reddatur, ut egregiè inprimis Benedictus Ariæmontanus ex Traditionibus Judæorum *ad Matth. cap.* 15. animadvertit. *Non ex palingeneſiâ*, inquit, *Pythagoræ (ut quidam ajunt) hæc à diſcipulis rogantur. ſed ex doctrina traditionum & Miſnajoth in lib. de Benedictionibus, ubi variæ gratiarum actiones ſive ſupplicationes dictantur pro variis rerum oblatarum argumẽtis, ex quibus unum caput ita habet.* Qui viderit mutilum, cœ-
de bened. c. 9. cum, lato capite, claudum, eriſypela affectum, albuginoſum, dicat. Benedictus ſit judex veritatis. *Ex quâ oratione arguitur omnem hujuſmodi affectionem pœnam eſſe vero Dei*

judicio

judicio illatam. Cum ergo occurret cæcus, quem ſciebant, non factum, ſed natum cæcum (nam de facto cæco apertè traditio ipſis declarabat, quod culpa ſua id accideret) quærunt, cujus culpa factum eſſet, ut cæcus naſceretur, ſuane: atq; ſua non videbatur, antequã natus eſſet: ut benedictio illa conveniret. Benedictus, qui judicat veritatẽ, ſive judex veritatis. *maximè cum expoſitores interpretẽtur illud debere intelligi de cæco facto, claudo facto, & de iis, qui hoc modo nati ſunt ex utero. Quod ſi cæco quocunq; obvio dicendum erat.* Benedictus judex veritatis, *reliquum erat cognoſcere, an illud judicium veritatis adverſus parentes eſſet, ut cæcum filium procrearent. Hoc quoniam in Miſnajot non eſſet declaratum, neq; à Scribis expoſitum à Magiſtro doceri cupiunt diſcipuli.* Multò minus error ille vulgi *Matt.* 16.14. de Chriſti perſonâ, q. fuerit *Helias*, vel *Ioh. Baptiſta* (cujus decollatio incidit in annum ætatis Chriſti trigeſimum.) vel *unus de numero Prophetarum*, ad μετεμψύχωσιν vel ad μεταγγισμὸν, cum Druſio, Moſe Pflachero, & aliis, trahi poteſt, ſed ad ἀναβίωσιν. *Non ex Pythagorica*, inquit Flacius in Gloſs. p. 73. *metempſychoſi hæc opinio venit: ſed quia quidam vivi abrepti fuerant, & contra promiſſum fuerat, Eliam venturum eſſe. ſciebant etiam, aliquos jam olim reſuſcitatos fuiſſe* (diſertè Lucas ſcribit cap. 9. 19. aut unum aliquem ex Prophetis antiquis è mortuis reſurrexiſſe) *Tale quid illi de Ieſu ſomniabant, quod aut redierit aliquis ex illis olim divinitus raptis, aut aliquis ſit ex mortuis excitatus, ſicut Herodes dicebat, Baptiſtam eſſe ex mortuis excitatum.* Affirmat autem è Philoſophis *Plato*, omnes omnium hominum animas *vel ab æternitate vel ab initio temporis ſimul productas eſſe*, easq; ex aliis corporibus in alia circuitu quodam migrare, nec veras formas exiſtimat, ſed tantùm aſſiſtentes, ut eſt guber-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nator in navi; quo dato uno inconvenienti, plura & infinita ſequuntur, ut demonſtrat Joh. Baptiſta Criſpus; qui de ridiculâ iſtâ ambulatoriarum animarum migratione, ex Platone, Pythagora, Virgilio & aliis, *in libro de Ethnicis Philoſophis cautè legendis diſtr. 3. lib. 1. tot.* prolixè diſſeruit.

Joh. IX. ℣. 6. Ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ. In miraculo illo illuſtri, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus cœcum curavit, antiquitatem neſcio quam quęrunt, atq; ad morem gentiũ, quibus in uſu fuiſſe medicamina è ſputo ajunt, referunt. *De Veſpaſiano* (ſcribit ὁ δεῖνα) *Imperatore ſcribit Svetonius, eum ſputo pulveribus mixto morbidum curaſſe. Eandem ceremoniam etiam Chriſto adſcribunt Evangeliſtæ, ut videatur mos ille in Syria tum conſuetus & vulgaris inter curatores Medicorum fuiſſe.* Chriſtus Servator peculiari modo à naturalibus & humanis moribus prorſus diſtincto hoc in opere patrando ſeſe geſſit, & per ea, quæ ſunt vilia abjecta & naturæ rei inimica, coramq; mundo ridicula ſtupenda effecit, ut tota Syria cognoſceret, Dei virtutem in infirmitate eſſe efficaciſſimam. Abſit, ut dicamus, *morem gentis conſuetum & vulgarem*, de quo omnes autores tacent, ſpectaſſe, nedum ſuperſtitioni gentium indulſiſſe. Nec enim nos fugit, in ſputo quem morem & quam ſuperſtitionem exercuerint inter ſe gentiles, de quo totum complevit caput L. Biſciola. Nec latet, mira narrare de Veſpaſiano ſcriptores Romanos, inter quos Svetonius ſcribit, cœcum Veſpaſiani genibus advolutũ, remediũ cœcitatis expopoſciſſe gemitu, monitu Sarapis Dei, *cujus origo*, inquit, *nondum autoribus noſtris celebrata eſt.*

l. 19. hor. ſubc.

addunt

addunt à multis Deum illum pro Æſculapio habitum fuiſſe, quod medeatur ægris corporibus. Sarapin autem à Chriſtianis adorari putabant, quod ex quadam Adriani Epiſtolâ Inn. Gentilletus, cùm contra Machiavellum ſcribit, obſervat. *Neſcio*, ait Rivallius, *quâ arte id, quod de Veſpaſiano legitur, actum fuerit, ut cuidam è plebe luminibus orbato oculos inſpuendo pro concione palàm reſtituerit, & crus alterius debile calce contingendo confirmavit, cum hæc à Deo aut Dei nomine duntaxat fieri poſſint, ut à quatuor hiſtoricus, qui facta geſtaq; Chriſti ſcripſerunt, memoriæ traditum.* Quis autem non videt ea miracula tùm à Satana eſſe conficta, ut veris quoque fidem demeret, tum ab Orcino Medico curationem divinam infeliciſſimè in imitationem protractã, atq; à profanis hominibus Principum nomine vulgatam, ut illis apud homines divinitatis inanem famam pararẽt; ſicut ipſe Bellarminus confitetur, *cœcum & claudum hoc modo à Veſpaſiano curatum, quod Diabolus inſidens in oculo unius, in alterius verò tibia, uſum iſtorum membrorum impedierit; idq; eo fine, ut videretur ſanare, cum deſineret nocere.* ubi vide Gerhardum *Tom. 5. de Eccleſ. th.* 272. 274. Camer. *cent.* 3. c. 42. Caſaub. *in Svet. pag.* 210. Dauſquii *notas in Calabrum pag.* 12. Quod ſi seriò conſideraverimus virtutem agendi perfectiſſimam in Servatore; ſi maximè utitur externis quibuſdam, quæ in oculos occurrunt, mediis in operibus ſuis, *in & per cauſas contrarias* plerunq; ea in creaturis ſuis peragit, ut gloriam miraculorum augeat; quæ Guilielmus Perkinſus, Anglus, etiam ex eo Chriſti miraculo, quo ſputo in terram dejecto cœco viſum reſtituit, deduxit. *In creatione*, ait, *omnis creatura exiſtentiam ſuam accepit ab eo, quod nullam habuit, & aliquid factum fuit, non ex aliquo, ſed*

l.2.hiſt. jur. civ.f.119.

l.4. de Eccl. c.14.reſp. ad 4.

in Deciſ. Caſ. Conſc. l.1.c.8.ſ.5. p.178.

ex nihilo, quod ordini naturæ plane adverſatur. Poſt diluvium Deus Iridem in ſignum propoſuit, ſe mundum amplius pluviis non deſtructurum, cum reverà tamen Iris naturá ſuâ pluvias denuntiet. Sic Chriſtus, quum viſum reſtitueret ei, qui à nativitate cæcus erat, humi ſpuit & lutum ex ſputo fecit, & oculos cæci illius illevit, atq; ita ſanavit: quod ipſum, ſi rationem audias, medium potiùs erat excæcandi hominem, quàm viſus reſtituendi. Miraculum in miraculo hîc fuit; nam ſputum humanum nocet magis oculis quàm proſit. Miraculum itaq; non extollunt ſed elevant in fraudem Sacroſanctæ Antiqui-
Ioſeph. 18. Ant. 4. tatis, qui dicunt Chriſtum *mirabilium operum patratorẽ*, miraculosè quidem, attamen ex uſu ſeculi iſtius pervicaciſſimi ſuſcepiſſe curationem mediante ſputo: quod adhibuit Chriſtus *non remedium ſed ſignum medendi*, ſicut Hu-
l. 2. de jur. bel. c. 22. n. 14. go Grotius ait, myſticum. id quod Diabolus, divinorum operũ ad impoſturã æmulator, in iſtâ Veſpaſiani affectatâ ſanatione imitari forſan volebat. Satanã quoq; imitati ſolebant ſpuendo in ſinum, & ſputo fronti adhibito, præſtigias colorare ſuas gentiles. De veneficâ ſuâ Petronius (ad quem hæc notant de Chriſto, proh hominum fidem!) diſertè: *Illa de ſinu licium protulit varii coloris, filis intortum, cervicemq; vinxit meam. Mox* turbatum ſputo pulverem *medio ſuſtulit digito, frontemq; repugnantis ſignavit.* Perſium addunt, qui de ſacris judicant, tanquam Megaricus ille
Sat. 2. v. 27. Ariſtophanæus porculator de porcis ſuis:

Infami digito & luſtralibus ante ſalivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Quæ conveniunt, ut aureum monile Sui. Hæc enim aliter non conveniunt, quàm βύρσα καὶ μύρον. Miror, cur non adulteratores iſti miraculorum Chriſti ſimili ratione dicant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

cant, *aquam in Baptiſmo* adhibitam; ut in primævâ inſtitutione attenderet Servator *ritum ſeculi in Syriâ tum conſuetum & vulgarem*; qui erat, ut aquas *in omni expiatione & luſtratione* uſurparent frequentiſſimè; quod cogitare nemo, niſi extremè profanus, ad aſſerendum debet.

Joh. c. XIX. ℣. 29. *Οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori ejus.* Qui Critica ſpongiâ eluere ſe ſperant maculas ſcripturæ illatas, hunc locum etiam mendi ſuſpectum habent, textumq́; gloſſemate corruptum cenſent, poſitumq́; eſſe ab inerudito *ὑσσώπῳ* pro *ὑσσῷ* ſuſpicantur, urgentes conſenſum *Matthæi* in c. 27. 48. & *Marci* c. 15. 36. nam illi, inquiunt, *κάλαμον*, quod hic *ὑσσὸν*, telum Romanæ militiæ propriũ ex arundine confectũ, dixerunt. Sic conjectat *Ioach. Camerarius*, quem Germania virum ſine pari habuit elogio Li- *cent. 1. miſc. ep 75.*
pſiano, *in Notat. Figur. N. T. part. 1. p.* 298. & *in Homiliis Græcis ad Evang. pag.* 139. putans Matthæum & Marcum ejus teli lignum, quod Romanis pilum, vocaſſe *κάλαμον* à materiâ, cujus ferro ſpongiam unus ex circumſtante Romanorum militum cohorte præfixam Chriſto crucifixo præbuerit. 2. urgent conſuetudinem illius ævi, militibus n. Romanis, cujuſmodi erant, qui Chriſtum cruci affixerunt, quaſi peculiaris erat *ὑσσὸς*, quem ipſi ſuo idiomate pilum vocârunt, & erat telum bicubitale, craſſitudine digitali, ut ex Polyb. *fragm. de caſtramet.* diſcimus. Sed rationes iſtæ, ut quod eſt res dicatur, pro iſtâ conjecturâ nos non urgent; nam 1. quando Matthæus & Marcus mentionem calami faciunt, Johannes porro explicat, cujuſmodi calamus ille fuerit, nempe calamus hyſſopi; creſcebat

ſcebat enim in altum hyſſopus in Judęâ, quemadmodum
Matt. 13. 32. etiam ſinapi, cujus culmen cum forte reperirent milites,
ut interpretatur Euthymius, propoſito ſuo accommodarunt, id quod etiam ſtatuit Hugo Grotius *Annot. in Matt. p.* 493. 2. Eſto, fuerit ὑσσὸς miſſile telum, Romanis uſuale, nunquid propterea eo ſtatim uſi ſunt hoc in caſu milites? Calamum nominant Matthæus & Marcus, ὕσσωπον vel calamum hyſſopi Johannes, ut oſtenderent κάλαμον idem fuiſſe quod ὕσσωπον, i. e. bacillum ex hyſſopo. Hæc Evangeliſtarum aſſeveratio certior, quàm iſta conjectura. 3. quod ſi conſideraverimus periculum mutandi vel minimũ apicẽ, ubi conſtat de vulgatę lectionis vetuſtate & fide veterũ exemplariũ, niſi ultima urgeat neceſſitas & graviſſima intercedat cauſa, ſatiùs fuerit & religioſiùs τὸ Caſauboni ἐπέχειν, quem vide *Exerc.* 6. *ad Baron. num.* 88. uberius ex Patrum aliorumq; monumentis commentãtem; cujus etiam ſententia, cum verba textus ſervet intemerata, antiquitatem habeat conſentientem, textum ipſum non reluctantem, nos facile ad ſuas partes traduxerit, qui etiam de iſta conjecturâ monet inſuper; pilum
p. 463. Romanum craſſius telum fuiſſe, quam ut uſum arundinis commodè præbere potuiſſet; neque citra incommodum extremitati pili ſpongiã circumdari potuiſſe. Confer Heinſii *Ariſtarch. c.* 29. ubi νεοδερίζων pro ὑσσώπῳ ὀισυπον, *lanam ſuccidam* ponit. Heinſium quoq; hâc in lectione ſe-
Not. ad Plin Paneg. c. 16. quitur Matthias Berneggerus, vel ob ſummam viri auctoritatẽ, his verbis: *Romani milites aliàs bibebant poſcam, i. e. aquam aceto mixto: qualem petulantia Romanorum coprearum bis, ſemel felle quoq; mixto Matth.* 27. 34. *ori deinde morientis Servatoris admovit in ſpongia, circumligatâ* ὀισύπῳ, *h. e. lana ſuccida*

ſuccida (*non* ὑσσώπῳ *planta illa tenui*) *ut tandem piè hunc locum Ioh.* 19.29. *qui magnas animas exercuit, legit & illuſtravit in Exerc. ſacr. c.* 29. *Magnus Heinſius, cui plurimùm omnis ſtudioſa Iuventus præſertim ſacris operata, debet.* Nos interim Rabbinicum illud תיקו.

Act. c. XXVII. ℣. XII. Λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ χῶρον. *Portum Cretæ reſpicientem ad Africum & ad Corum.* Duo venti ſunt occidentales *Africus* & *Corus*; quorũ ille λὶψ Græcis dictus flat ad occasũ meridionalẽ, hic ad Borealẽ; & utriuſq; Columella *lib.* 11. *cap.* 2. de R. R. meminit. Hugo Carrenſis, bonarũ artiũ jejunus, pudendo errore, ex Coro vento, inſulã facit vel civitatẽ in Creta. De vento iſto Plinius lib. 11. c. 2. *Ab occaſu æquinoctiali favonius, ab occaſu ſolſtitiali corus: Zephyron & argeſton vocant.* Seneca l. 5. nat. q. c. 6. *Ab occidente hiberno Africus furibundus & ruens, apud Græcos* λὶψ *dicitur.* Juvenalis *Sat.* 14. *v.* 269.

——— *Coro ſemper tollendus & Auſtro.*

Eodem lapſu, putamus, τὸ Ἄσσον *v. ſeq.* 13. tanquam nomen proprium civitatis capiunt, cum potiùs vertendum ſit, *propiùs*, adverbialiter. ideoq; malè explicari de loco, qui inter mediterraneas urbes Cretæ in Plinio legitur, Beza *in Notis* & Henr. Stephanus *in App. Theſauri part.* 1. *pag.* 554. probant.

Act. XXVII. ℣. 34. Οὐδενὸς ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. *Nullius veſtrûm capillus de capite peribit.* Paulus dejectos metu naufragii animos, qui nullo ad dies quindecim præ mœrore ſumto cibo jejunârant, erigens alloquitur in hunc modum. *Nullus veſtrûm capillus de capite peribit.* Ad quæ verba enarranda arceſſunt morem gentilium, qui urgente tempeſtate ac metu præſentiſſimi periculi, *Vota capillitia nautarum.*

 nulla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

nullaq́; ſalutis ſpe affulgente ſoliti ſunt, ut *tondere capillos*, ita & ungues reſecare, Diisq́; nauticis conſecrare, nam in omni periculo & gravi calamitate lugentes radebant capita, quod in naufragio maximum erat. Etiam Lucianus teſtatur *in Dialogo Deorum*, eos, qui maris tempeſtatem evaſiſſent, raſis capitibus Diis vota perſolviſſe. Petronius in Satyr. *Audio non licere cuiquam mortalium in nave, neq; ungues, neq; capillos deponere, niſi cum pelago ventus iraſcitur.* ubi utrumq; tam capitis raſionem quàm unguium reſectionem in naufragii periculo notat. Juvenalis Sat. XII. lib. 4. 86.

Tunc ſtagnante ſinu gaudens, ibi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Artemidorus in 1. onirocrit. 23. ſomnium raſuræ pilorum ærumnas & triſtia nautis portendere ait: *Radi ſibi videri totum caput navigantibus palam naufragium portendit, & ægrotantibus in extremum periculum collapſionem, ſed non mortem. Naufragi enim, aut ex magno morbo ſervati homines raduntur, minime verò mortui,* interprete Jano Cornario fol. 56. Aſtrampſychus, quem Meurſius edidit nuper, ὀνειρ. p. 143. Τρίχας καρῶσαι πραγμάτων δηλοῖ βλάβην. Τρίχας πεσεῖν δὲ, κίνδυνον φέρει μέγαν. De unguiũ reſectione in naufragio Propertius: *Huic fluctus vivo radicitus abſtulit ungues.*

Indi hodie navigantes in tempeſtatibus loco capillorum pulverem Tabaci Diis conſecrant, aeri & aquæ eum inſpergentes, ſuos enim Deos eo delectari perſuaſum habent. hinc ſacros ignes accendunt, locoq́; ſacrificii pulverem injiciunt Peti ſive Tabaci. Nautæ quoq; adverſâ tempeſtate perculſi inter immanes Oceani æſtus, σωτήρια Diis promittebant, ſi ſoſpites redirent, pro ſalute exhibitâ

Thomas Hariot. in Virginia deſcriptione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

bitâ grato animo hoſtias in peccatotum expiationem vovebant. cauſam quoq; procellæ ſoliti aſcribere impietati alicujus eorum, qui in navi; id quod non tàm exemplo Jonæ ſortitione explorati quàm aliorum probat Caſaubonus *in Theophraſtum pag.* 358. Bias Prienæus, quum unâ navi veheretur cum quibuſdam ſceleratis ac perditis hominibus, & ii ob tempeſtatem ortam Deorum ſpem implorarent: *Silete*, inquit, *ne vos hic illi navigare ſentiant.* ſæpe etiam ad ciendam miſericordiam naufragi depingi curabant naufragium ſuum, ut itidem docet oculatiſſimus Caſaubonus *in Sat.* 1. *Perſii.* & cum procellis jactarentur, ἔξω Γλαῦκε, exclamabant. nam adeo horrebant mori in aquis. ideo Syneſius *ep.* 4 λευγαλέον mortis genus vocat, & Pedo Albinovanus in Fragmento de navigatione Druſi Germanici v. 10. *Inertia fata.* Ovidius 1. Triſt. eleg. 2. *Genus miſerabile leti.* idq; eò magis, quod Syneſius ſtatuat τὸν καθ' ὕδατος θάνατον ὄλεθρον αὐτῆς ψυχῆς, quod notat Giphanius Schol. in *οδ δ*. ad v. 511. Nautarum ſuperſtitionem fuiſſe aliquam in ſæviſſimâ illâ tempeſtate, è quâ Paulus ereptus fuit, probabile eſt; aſt gentilium morem *in tonſura capillorum* Paulum in mente habuiſſe, cum in ſpem bonam ſecum vectos erigeret, multum abeſt ut dicamus, cum proverbium etiam iſtud Ebræis in uſu fuiſſe conſtet. 1 *Sam.* 14. Accedunt tamen ſuffragia eruditorum, è quibus vide D. *v.* 45. Georgium König *in Vindic. Locorum S. Scripturæ diſput.* 22. 2. *Sam.* 14. Dur. Caſellium 2. *Var.* 9. 6. Erhard. *in Petron.* Barth. 57. *adv. v.* 11. 6. Dorleans *in Tacit. p.* 298. 1. *Reg.* 1. *v.* 52.

1. Cor. XV. ℣. 8. Ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι. *Tanquam abortivo.* S. Paulus proverbiali figura ſe q. abortivum inter Apoſtolos modeſtiæ cauſa appellavit. Videtur Ph. Ca-

rolo *in V. L.* Apoſtolus alluſiſſe *ad abortivos Senatores Romanorum*, quos *Svetonius* commemorat *in Octavio cap.* 35. *Abortivos* vocatos, qui ſupra numerum per gratiam in Senatum legebantur. Quæ eſt quoq; Card. Baronii cōjectura minus critica ſub A. C. 44. quam ego non emerim cyatho aut ſeſtertio nummo. Ἐπιφυλλίδες ταῦτ᾽ ἐστι καὶ στωμύλματα. explicationem etenim iſtam admittere nequimus; quod 1. locus, cujus autoritate ad probandum nituntur, ſit mendoſus; nam apud Svetonium eſſe in ſcriptione mendum, & pro *abortivus*, legendum, *orcinus* vel *orchinus*, docent eo loco. Quam lectionem etiam tuentur magni Critici, Turnebus & Caſaubonus. 2. Quod Senatores iſti exiguo fuerint tempore noti; allecti enim poſt mortem Cæſaris ab Antonio, paulò poſt ab Octavio Auguſto ejecti; ut S. Pauli tempore nullum amplius ſimulacrum, ac ne aliquod veſtigium ipſorum exſtaret. Sed verba Svetonii, quibus fruſtra nituntur, quid vetat adſcribere? *Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim ſuper mille & quidem indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos orchinos vulgus vocabat) ad modum priſtinum & ſplendorem redegit, duabus lectionibus, prima ipſorum arbitratu, quo vir virum legit.* Quomodo ergo hoc de iis affirmare aut ad eos alludere potuit, qui nuſpiam extiterunt, nec credo futurum quenquam, qui lectionis illius de abortivis Senatoribus approbatorem ſe profiteri velit. E Republicâ Ebræâ erat accerſenda appellationis ratio, cum ſit veriſimile, hanc loquendi formulam apud Ebræos uſitatam fuiſſe, cum de *re vili*, quæ planè abjici ſoleat atq; abſcondi, loquuntur, præſertim ſi ſpectes *Numer. c.* 12. *v.* 12. eandem

30. Adverſ. 7. Commēt. in Svet. p. 108.

dem locutionem de Miriam, Aaronis & Moſis ſorore, uſurpatam, ubi LXX. ὡσεὶ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρός. Henricus Bullingerus in Comment. p. 240. *Abortivum fœtum ſe appellat, id eſt, hominem projectitium, contemtum, & nullius propemodum vel frugis vel dignitatis. nam paulo poſt ſeipſum exponens ſubdit.* Ego enim ſum minimus Apoſtolorum. *& Germani ſchemate pari homines ignobiliores vocamus* Außwürffling. *Alii expoſuerunt præmaturo partu ac infelici ſidere natum. quemadmodum & Germani de infelicioribus dicere ſolemus.* der iſt zu früh geboren. Lux itaq; περὶ πόδα obvia non erat in alieno ſolo quęrenda, in quo mirum eſt quàm halucinetur Interpretum quorundam cohors; ad quos illa verba Henr. Stephani dirigo: Antiquarii ſæpe in hoc & quidẽ graviter peccant, quòd obliti eorum, quę præ foribus habent, longinquum iter ad priſcum ſermonem & ritus emetiuntur. Romam ad quærendum S. Petrum eunt, quum eum ante fores ſuas habeant.

Dani: [illegible]

in Palæſtra prima de Latinit. Lipſii. p. 407.

2. Cor. VI. ℣. 7. Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν. *Per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.* Eſt aliquis in mundo ſarcinator probus & in Orcheſtra Critica ſpectator nudus, cui videtur alluſum ad morem neſcio quem, quo milites ἀμφιδέξιοι dextra ſtringebant enſem, ſiniſtrâ gladium. Cedo quâ autoritate, quo probati autoris teſtimonio? Sanè hebetiores qui ſunt, minus in his ſacris vident, quàm neceſſe eſt, & acutiores qui habentur, plus etiam interdum, quàm illis ineſt. ita ſæpe contigit iliacos intra muros peccari & extra; hi quo altius in ſcientiis alienis videndo penetrant, & nimis interdum ambitioſè Criticam ſibi depoſcunt, eò longiùs abeunt; illi minus videndo faciunt, ut nihil vel parum videant in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

devia inſcitiæ ſemel detruſi. Metaphoram verò ſumſit Paulus ab athletis ſive militibus intrepidis, qui ut vincant poſthabita vita neglectisq; verberibus, quæ omni ex parte ingeruntur, irruunt in globum hoſtium, enſemq; librant, quocunq; neceſſitas traxerit, ita ut athletarum ſive militum, ut ſæpius ſolet, exemplo fideles ad certamina contra hoſtes ſpirituales invitet. Gladius in ſacris & profanis literis, ſecundùm communem omnium fere gentium opinionem & conſuetudinem, *imperii, regni, dignitatis, poteſtatis, fortitudinis, virtutis, belli, judicii, juſtitiæ, vindictæ, protectionis & defenſionis*, ut inſtrumentum ita ſymbolum atq; ſignum eſt, ſicut eruditè demonſtrat locuples ſuæ ætatis Philologus, Stuckius *in de Angelis fol 42. ſeqq.* Proinde ut in ſacris *Gladii diſcinctio* ſignum eſt imbecillitatis & timiditatis, item fugæ. *Eſa. c. 45. v. 1.* Lumbos Regum aperiam. Jch will den Königen das Schwerd abgürten. Caſtalio: *Regum latera diſcingo*, i. e. Reges exarmo & ſubigo; Ita ejuſdem *accinctio*, ſymbolum eſt ſtrenuitatis &, quæ illam ſequitur victoriæ, ut eod. c. v. 5. de Cyro: *Accinxi te & non cognoviſti me.* Ita quoq; in profanis ſeſe res habet, apud quos *armorum privatio*, pœna fuit in militiâ uſitatiſſima, quod Arcerius *Not. ad Aelianum.* Meurſius *in Leonis Tactic.* Lindebrogius *in Gloſſ. LL. antiq.* docent. nam traditio armorum pertinebat ad militiam aptos, & qui ad bellum improbi erant, *viri clypei* Prov. c. 6. v. 11. dicuntur; quæ propria Romanorum laus bellica inter omnes gentes fuit; unde & Judæi ob res fortiter geſtas *Clypeũ* Romanis *aureum* obtulerunt 1. *Macc.* 15. 18. ita *armorum ademtio* ad ſegniter defunctos. Deſinat tandem aliquando calamus, ubi φιλαρχαίους exoratum cupio, velint

condo-

condonare, ſicubi ſegniter defunctum animadverterint. Ex eo hæc ſunt verba Paulina intellectu cognituq; faciliora, nam ſenſum divinum ex ſermone ſive uſu veteris militiæ quandoq; Apoſtolum deſumſiſſe, vel unicus locus *Epheſ. cap.* 6. *v.* 14. 18. oculariter demonſtrat; atq; doctè Con. Rittershuſius, Jctus, *in de militiâ ſacrâ* declarat. Sic 1. *Cor.* 9. *v.* 24. à certaminibus *curſûs & pugillatûs* Corinthios ad conſummationẽ curſus ſpiritualis & certaminis inter ipſas denſiſſimas mundi calamitates & illecebras hortatus fuit fortiſſimus Chriſti athleta S. Paulus; ut etiam Claſs. 1. annotavimus. Ego hîc non ero longior. Eum nos teneamus curſum, qui non abducat à divini altaris ſacrificiis, ne ambitiosâ eruditionis profanæ oſtentatione in ſacroſanctæ Antiquitatis ταμιείῳ eos excogitemus ſenſus; qui profanitate ſuâ Theologiæ ſacrarium inquinent. Modeſtiam hîc ingenii, non ſupercilium Critico-profanum, quale in plurimis, requirimus. Quotquot ſunt, qui quum vel in Latinâ vel Græca verſione vocem aliquam aucupantur, tot ritus tot ſenſus ex alienis ritibus, etiam qui nondum fuêre, ἐκ τῆς ἄγαν περιεργίας conſarcinant, ut jurares, ſi penes eos ſtaret judicium, Judæam fuiſſe Græciam. De iis loquor, qui cancellos evadunt, & ἀβασανίστως ritus quoſvis, nullâ quandoq; examinatione factâ Ebræi ſermonis, referunt, quod ne fruſtra dixiſſe videamur, fuſius alibi præpoſteram curioſitatem detegemus. Interim ſi quid habes dignius, candide lector, ſignifica.

Culpas operarum ipſe emendabit LECTOR.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

AD AVTOREM
De Uſu & Abuſu rituum profanorum in Sacris utiliter differentem acclamatio,

INgens Amice, & dulce decus meum,
Et pars meorum prima ſodalium
DIETRICE, *Muſis deſtinatum*
Perpetuò Caput : O ſacratum
Æternitati pectus, & intime
Antiquitatum, quos Sacra proferunt,
Scrutator ultra ſeculi hujus
Prætumidi ingenium atq; morē!
Quis namq; Grajûm, & divitis Indiæ?
Quis & Syrorum, vel Latii dedit
Antiquitates tot Sacrorum
Ritibus egregiè applicatas?
Hoc grande munus, quod meditatus es
DIETRICE *laurum perpetuâ tibi*
Quæ fronde ſurget, comparabit:
Poſtera nec reticebit ætas.
Hos, qui inſolenti deſidiæ vias
Conatu abhorrent. Tu Sapientium
Curas, & arcanum Sacrorum
Conſilium retegis ſagaci
Penna; nec audis vulgus iners tibi
Quid impudentiogganniat ore. Nam
Gens imperita hæc, & miſella
Altius ire nequit: Beata
Et clara ſat, ſi quiſquilias leves,
Quas arroganti mente ſuos docet
Scholaſticorum gens ſuperba,
De cathedra explicuiſſe novit.
O vana Turba, & Natio ludicra!
Non hæc palæſtra eſt gloriæ, inertiæ
Sed officina eſt, digna vulgo,
Qui Sophiæ penetrare neſcit
Arcana, diſtans longè ab iis Sacris
Quæ fert Apollo. Hoc Tu pecus improbū
Ad victimas natum Deorum,
Auſibus egregiis repelles
DIETRICE, *cæſim, ſeu mage quod voles*
Punctim premendo, ne Sacra poſtea
Attrectet unquam, quæ nec ipſum
Vel capit, aut capiet profanè.

Ita gratulabatur Amico ſuo
Lugduni in Batavis
Georgius Kirſtenius Medicinæ D.

FINIS.

tiliter

lla

,
et
a,
novit.
rà!
ertiæ
,
ſcit
cris
improbũ
m,

nage quod

oſtea
ipſum
fanè.
ſuo

edicinæ D.

Infirmity 2: Stolidy. p. 185

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-444 4° 1890